37
38 B
22

MAG 4535

Digitized by Google

Digitized by Google

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBRI IX.

TOMUS SEPTIMUS

COMPLECTENS

JUS PAROCHIALE CATHOLICORUM.

Nove non nova. Vincent. Lirinenſis in Comm.



VENETIIS MDCCXCII.

TYPIS SIMONIS OCCHI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD LECTOREM.

DUO ſunt in Litteraria Republica hominum genera, qui optimis artibus, atque diſciplinis maximo ſunt detrimento, atque impedimento. Unum eſt eorum, qui neminem præ ſe putantes, ſuoque ingenio nimium fidentes, quoſcumque Scriptores etiam præclariſſimos arripiunt, olloſque immortales viros, quos endo Cœlo, ut ille ait, merita locaverunt, illinc audacter diripere audent, & ſcutica ad arbitrium cædere. Alterum eſt illorum, qui ſola ingentium, & fumoſorum nominum opinione ducti in eorum verba jurant, ac tanquam Oraculi reſponſa ea omnia, quæ magni quidam homines ſcripſerunt, aut tradiderunt, ultro accipiunt, ac venerantur. Utrumque vitium. Illi ſua cum omnibus litigandi, ac de rebus cunctis dubitandi conſuetudine noſmet nec opinantes ad Scepticorum licentiam ducunt, quæ in quamdam rei Litterariæ *Anarchiam* tandem deſinit. Hi vero interdicta omni contradicendi facultate Pythagoreorum dominatui nos aſſueſcere jubent in quamdam demum Litterarii Regni Tyrannidem erumpenti.

Væ autem, ſi primis illis ad ſacrarum divinarumque ſcientiarum penetralia aditus pateat! In iis ſtudiis, in quibus auctoritas dominatur, quid non metuas ab iis, qui ſuo ingenio, atque judicio omnia permittunt? Quantum bellum gerunt cum Fide, cum Religione! Quam celeri concitatoque curſu, paſſiſque velis ad impietatem pervehentur! Nec hi ſecundi in Eccleſiaſticas ſcholas ingreſſi, licet triſtia, ac funeſta non portendant, proſpera tamen, ac fauſta omnia ominantur. Si ſigna infeſta Eccleſiæ non inferent, non tamen illius hoſtes profligabunt; ſi faces impietati non conſtituent, nec impiorum audaciam frangent, vireſque contundent. Quam e-

nim

nim victoriam ab iis expectes, qui non alias copias in aciem educere valent, niſi quæ ab aliis eductæ fuerunt, quæque millies hunc eumdem campum decucurrerunt, qui non alias ſicas diſtringere, haſtaſque efferre didicerunt, niſi quas alii jam vibrarunt torſeruntque, quæque adverſarios etſi pupugerunt, non eos tamen confoderunt, qui denique ab ſuorum ſigniferorum latere diſcedere non auſi, nec quidquam viribus ſuis conati, Theologicum quiddam pronuntiaturi ab iis, qui ejuſdem artis Atlantes, ac principes nominantur, tanquam ab chori duce ac magiſtro muſici, toti pendent?

Neque vero is ego ſum, qui hoſce modeſtiſſimos homines a divinarum Scripturarum, ſacrorum Canonum, Pontificiarum conſtitutionum obſequio, reverentia, verecundia vel tantillum avocare, abducere, retrahere velim. Sint hæc ſalva, ſint incolumia, ſint integra, atque extra omnem ingenii, dubitationis, hæſitationis aleam poſita. Sed dummodo ab hiſce auguſtiſſimis Religionis noſtræ ſacrariis omne examen, omnem inquiſitionem, omnem inveſtigationem abſtineas, quid trepidas, in alia omnia loca lynceos oculos circumferre, ac magnorum virorum auctoritati non tantum tribuere, ut nullus amplius inquirendæ veritati locus ſuperſit? Sunt enim non pauca, quæ a primariis Scholarum Magiſtris quaſique parentibus ut certa veri principia habita ſunt, quæ ſi ad exactam trutinam, lydiumque lapidem revocentur, explorenturque, partim parum firmitatis habere, partim etiam falſitatis nota laborare dignoſcuntur. Non vacat hæc omnia modo colligere, unum tantum attingam, quod ad hunc locum pertinet, & ad rem, de qua in hoc Libro acturi ſumus, maxime facit.

Quid tam certum, firmum, ac ratum apud Eccleſiaſticarum rerum Scriptores, atque Doctores, quam Parochos ſeptuaginta Chriſti Diſcipulorum eſſe Succeſſores? Id primo a Ven. Beda pronuntiatum, ab Hincmaro Rhemenſi, Richulpho Sveſſionenſi, Theodulpho Aurelianenſi deinde adoptatum, a Petro Lombardo, Divo Thoma, S. Bonaventura poſtea uſurpatum, tandem a Gerſonio, a Bellarmino, totaque Scholaſticorum caterva tanquam Theologicum axioma vulgo receptum, nunc in omnium ore, & in communi proverbio verſatur. (Vid. ſup. Lib. III, in Præf. ad Lect.) At hoc effatum, quod tanquam fundamentum jacitur Jurium Parochialium, quam faci-

Digitized by Google

facile corruit, ſi parumper excutiatur! Ac primo, quem mihi ſucceſſorem nominas ducentos & amplius annos natum, poſtquam ejus Deceſſor deceſſit? Neque tu unus ex illis es, qui Parochos Sæculo IV antiquiores velis, neque illi Magiſtri tui, quos modo memoraſti, & in quorum auctoritate deliteſcis, id unquam ſenſerunt. Toto igitur illo tempore, quod inter Diſcipulorum obitum, ac Parochorum ortum interceſſit, quiſnam locum tenuit Diſcipulorum? Presbyteri, inquis. Ergo non ſolum Parochos, ſed etiam Presbyteros ad 70 Diſcipulorum ſucceſſionem vocas. Jura igitur Parochorum Presbyteris omnibus communia? Vide ſis, ne dum tua bona cum nimiis multis communicas, nimium tenuentur, ac vilem redigantur ad aſſem. Sed Presbyteri creati fuerunt, antequam Diſcipulorum ulſus locum ſuum deſeruiſſet, vitamque ſuam poſuiſſet (Vid. ſup. Lib. V, Qu. II.). Aut igitur ſucceſſorem datum ante Anteceſſoris obitum fatearis neceſſe eſt, aut nonniſi poſt trium ſæculorum decurſum inventos fuiſſe, qui Chriſti Diſcipulis ſuccederent, eorumque locum obtinerent. Præterea 70 Diſcipuli miſſi fuerunt a Chriſto Domino *in omnem locum, & civitatem*, ut viam ſternerent Evangelicæ doctrinæ; Presbyteros autem eidem loco affixos, eidemque Chriſtianorum cœtui addictos ſemper videmus. Diſcipuli itidem ab Apoſtolis adhibiti ad Fidelium cœtus colligendos, Eccleſiaſque fundandas; Presbyteri vero collectis Chriſtianorum cœtibus adeſſe, fundatiſque Eccleſiis præeſſe juſſi (Vid. ſup. Lib. III, Qu. IV, §. 3, & Lib. IV, Qu. II.). Denique Diſcipuli Epiſcopali Ordine cumulati fuere, Presbyteri vero nonniſi Sacerdotio initiati (Vid. ſup. Lib. IV, qu. II.). Juvit hæc præfari ad fundamenta ſubruenda, quibus illorum innititur opinio, qui Parochialia jura, & officia non humano, ſed Divino ſatu orta eſſe, proindeque nulla humana vi auferri, aut imminui poſſe contendunt. Ita horum adverſariorum bello ſublato, ſolutiores, atque expeditiores Parochorum provinciam peragrare, ac luſtrare poterimus.

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

Avendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. F. Gio: Tommaſo Maſcheroni* Inquiſitor Generale del Santo Offizio di Venezia nel Libro intitolato: *Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ Univerſæ Libri IX. Tomus Septimus complectens Jus Parochiale Catholicorum MS.* non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni Coſtumi, concediamo Licenza a *Simon Occhi* Stampator di Venezia, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28 Decembre 1792.

(GIACOMO NANI CAV. RIF.
(
(FRANCESCO PESARO CAV. PROC. RIF.

Regiſtrata in Libro a Carte 191, al Num. 13.

Marcantonio Sanfermo Segret.

Adi 28 *Decembre* 1792.

Regiſtrato a Carte 174 nel Libro del Magiſtrato degl' Illuſtriſs. ed Eccellentiſs. Signori Eſecutori contro la Beſtemmia.

Antonio Cabrini Segr.

J U.

JURISPRUDENTIÆ
ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ
LIBER SEPTIMUS.
DE JURE PAROCHIALI.
QU. I.

Quid tibi vis, cum Parochiam Parochialemque Eccleſiam dicis?

§. I. Parochiam cum dico, territorium dico certis limitibus circumſcriptum, intra Epiſcopalis Diœceſis fines ſitum, cujus ſacra, ac populus in ſui Presbyteri cura latent, atque tutela, Epiſcopo excubias agente, ac violati juris, imminutique Officii ultorem ac vindicem ſe ſe præbente. Tria igitur neceſſaria ſunt, ut aliqua Eccleſia inter Parochiales cenſeri poſſit, I ut in Epiſcopali Diœceſi contineatur. Nam illa territoria, illæque Eccleſiæ, quas Epiſcopalis Diœceſis complexu ſuo non coercet, ad Cathedrales magis, quam ad Parochiales accedere videntur, uti nunc ſunt *Abbatiæ vere nullius*, atque uti olim erant Presbyteria, antequam ſingulares crearentur Epiſcopi. (Vid. ſup. Lib. IV, Part. I, qu. VII, VIII.) II neceſſe eſt ut ſingula Parochialia territoria iis finibus ſint definita, ex quibus dignoſci poteſt, quinam populus uniuſcujuſque Parochi curam attingat. Hinc Oratoria, Baſilicæ, Auditoria, aliaque hujuſmodi loca, in quibus tribus prioribus Sæculis Chriſtianorum cœtus agebantur, Sacraque Myſteria celebrabantur, Paræciæ dici a nobis non poſſunt, cum nec certus populus, nec definita regio illis eſſent aſſignata, III requiritur, ut ſingulis Paræciis ſinguli præſint Presbyteri, qui non precaria, non vicaria, non delegata, ſed ſua, ſed propria, ſed ordinaria poteſtate eas regant, atque ad earum regimen ita ſint alligati, & adſtricti, ut neque illi aliarum fines invadere poſſint, nec ſuos ſinant ab aliis occupari. Quam ob rem illi Presbyteri, qui ab Cathedrali Eccleſia ad minores Eccleſias mittebantur, ut rem divinam facerent, Parochi minime cenſendi, nec illæ Eccleſiæ in Parochialium numero habendæ. (Vid. ſup. Lib. V, qu. XI, XII, §. 3.)

§. II. Neque hanc Paræciarum definitionem ex meo ingenio extudi, ſed ex Concilio Tridentino expreſſam extudi. Nam Tridentini Patres ad antiquorum temporum collapſam diſciplinam reſtituendam, veteremque Parochiarum formam revocandam animum mentemque adjicientes, hæc ſanxerunt Seſſ. XXIV, cap. 13, de Reform. *In iis Civitatibus, ac locis, ubi Parochiales Eccleſiæ CERTOS*

non habent fines, nec earum Rectores PROPRIUM Populum, quem regant, ſed promiſcue Sacramenta adminiſtrant, mandat S. Synodus Epiſcopis pro tutiore animarum eis commiſſarum ſalute, ut DISTINCTO populo in certas, propriaſque Parochias UNICUIQUE SUUM, PERPETUUM, PECULIAREMQUE Parochum aſſignent, qui eas agnoſcere valeat, & a quo licite Sacramenta ſuſcipiant, aut alias utiliori modo prout qualitas loci exigeret provideant. Habes hic veram, germanam, ac genuinam Parochiarum effigiem, formam, atque ideam. Verba illa *mandat Epiſcopis* nobis denuntiant, Parochias in Epiſcoporum territorio, ac ditione ſitas eſſe. Illa vero vocabula *certos fines, diſtincto Populo*, alteram Paræciarum notam nobis ob oculos ponunt, nimirum, ut ſuis ſingulæ ſint diviſæ limitibus. Tandem eæ voces *unicuique, ſuum, perpetuum, particularem*, tertium exprimunt Paræciarum characterem, videlicet, ut ſuos ſingulæ habeant ſacrorum Præſides, qui non aliena, ſed propria induti ſint poteſtate ac Juriſdictione.

§. III. Neque enim hæc definitio, quam ex Tridentina Synodo ſumptam hauſimus, ejuſmodi eſt, quæ recentioribus, non etiam vetuſtioribus Parochiis præclare inſideat, & ad unguem quadret. Nam Tridentini Patres de primævis Parochiis verba facientes his ipſis notis, atque veſtigiis ſignatas eas nobis exhibent Seſſ. XIV, cap. 9. *Jure optimo diſtinctæ fuerunt Diœceſes, ac Parochiæ, & unicuique gregi proprii attributi Paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores, qui ſuarum quiſque ovium curam habeant, ut Eccleſiaſticus Ordo non confundatur.* Vides cujuſmodi fuerint primæ priſcorum temporum Parochiæ, ut (I) Eccleſia in Diœceſes primum tributa; deinde Diœceſes Paræciis auctæ; ut (II) tam hæ, quam illæ ſuis certis finibus diſtinctæ; uti denique (III) utræque ſuo, proprio, peculiarique Sacrorum Præſide inſtructæ.

§. IV. Quamvis hæc perſpicua ſint, ac communi omnium perſuaſione recepta, nec ullum relinquant dubitationi locum, tamen ſuos nuperis hiſce temporibus nacta ſunt adverſarios. Marius Lupus, Bergomenſis Eccleſiæ Canonicus, ac Primicerius, nec non honorarius Pii VI P. O. M. cubicularius, duobus ab hinc annis grandi volumine ſuffarcinatus in arenam deſcendit, atque omnibus Doctoribus, qui hactenus de Parochiis ſcripſerunt, bellum indicens, tria Parochiarum genera ſibi fingit, ac ſomniat. Primum earum quæ tribus primis Eccleſiæ Sæculis extiterunt, alterum illarum, quas medium tulit ævum, tertium denique earum, quæ noſtris viſuntur temporibus. At cum tribus prioribus Sæculis nullæ extiterint, eæque quas ipſe comminiſcitur, nullam habeant ſimilitudinem cum iis, quæ nobis ſe ſe offerunt poſt Sæculum IV, duas ille Paræciarum definitiones nobis cudit, alteram, quæ in eas, quas prioribus ipſe confingit temporibus conveniat (*a*), alte-

(a) Marinus Lupus de Paroch. in Præfat. pag. IV. Antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus ad quartum uſque ſalutis fæculum, Parochiarum nomine intelligo diſpertitos quorumdam fidelium peculiares cœtus, qui liturgicis diebus alicubi apud Presbyteros eiſdem præſidentes, & ſeorſim ab Epiſcopo ſacra facientes, legitime convenire conſue-

ſeram, quæ cum iis cohæreat, quæ poſterioribus Sæculis ortæ ſunt. At pace tua dicam, hoc eſt non rei definitionem, ſed definitioni rem accommodare. Ita ſi eſt, ubivis locoram, ubivis gentium, ubivis temporum Parochiales Eccleſias facile invenies, cum, ſint nec ne Parochiales, non ex re ipſa, ſed ex tuo cerebro, tuaque ad arbitrium conficta definitione pendeat. Maneat igitur ea definitio, quam ex Tridentinis Patribus didicimus, ſapientum (*b*) virorum conſenſione probata, ac conſtan-

ſueverant, conventum ſcilicet habere. Quod ad reliqua vero ſæcula uſque ad annum milleſimnm, quo conſiſtam, attinet, Parochias definio, Eccleſias a Cathedrali diſtinctas cum eiſdem attributis regiunculis, quæ eodem nomine cenſebantur, in quibus congregabantur fideles in illo tractu degentes, & a Presbytero ab Epiſcopo ipſis aut ordinatione, aut alia ratione præpoſito, eidemque ſubjecto ex injuncto proprio munere dominicis, feſtiſque diebus publica Miſſarum peragebantur ſolemnia, & Chriſtianæ Religionis miniſtrabantur ſacramenta: ſeu ſtrictius, peculiares Eccleſias in quibus a Presbytero ſeorſum ab Epiſcopo cum Chriſtiana plebe eidem credita ex officio ſacri habebantur legitimi conventus.

(b) Barboſa de Offic. & Poteſt. Paroch. Part. I, Cap. I, n. 19. Parochia Græce idem eſt quod accolarum conventus, & unaquæque Parochia dictus fuit locus, in quo degit populus alicui Eccleſiæ deputatus, certis finibus limitatus. Egid. Bellamer. conſil. 38, numer. 8, Roman. cons. 356, in princip. Grilenzon. conſil. 6, numer. 5, Mantic. deciſ. 48, n. 1, Card. Tuſch. tom. 6, lit. p. concluſ. 94, num. 1, non minus quam decem diſtinctæ domus, & familiæ Parochiam facere poſſunt, quæ municipia nominantur, cap. unio 10, q. 3, Carar. de juribus paroch. tit. 3, c. 3, in fin. Pacian de probat. l. 2, c. 31, n. 23, & cum quælibet haberet ſnum territorium ſeparatum, & diviſum, non amplius licitum fuit alteri Parochiæ in eo aliquid facere. Calc. conſ. 34, ex n. 10, Card. Tuſcud. lit. P. concl. 95, num. 7, nec Epiſcopus deinde dici poteſt Rector, ſive Parochus totius diœceſis, ſed ſolius Eccleſiæ Cathedralis, & Prælatus ſuper omnes ſuæ diœceſis Rectores. Gonzal. d. gloſ. 6, num. 83, Rota deciſ. 25, n. 4 part. 1, recent.

Idem ibid. n. 27. Quæ autem debeant concurrere ad conſtituendam Eccleſiam Parochialem, tradunt Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de qual. & ſtat. benefic. §. circa ſecundum, a num.* 7, *Sarnen. in reg. de idiomate, quæſt.* 11, Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. ſtatuimus, li.* 2, *verb. Parochiales Eccleſiæ.* Cuch. *in inſtit. major. li.* 2, *tit.* 15, Maſc. *de probat., concl.* 469, Quintanad. *Eccleſiaſt. lib.* 4, *a num.* 68, Fuſc. *de viſit. li.* 2, *cap.* 2, Camill. Borell. *in ſum. deciſ. par.* 1, *tit.* 2, *nu.* 17, Zerol. *in praxi multis ſeqq.* Rot. *decis.* 52, *pag.* 2, *diverſ.* & in Florentina Parochialis 22 Maij 1630, coram Reverend. Domino meo Coccino Decano, quæ reperitur impreſſa noviſſime *part.* 5 *recent. deciſ.* 380, ex quorum dictis, & præcipue Rotæ conſtat, quod probare volens Eccleſiam eſſe Parochialem debet juſtificare quatuor requiſita, primum eſt poteſtas fori pœnitentialis, hoc eſt, poteſtas ligandi, atque ſolvendi: secnndum eſt certa Parochia, hoc eſt locus certis finibus conſtitutus, in quo populus alicnjns Eccleſiæ deputatus degit: tertium ut Parochus curam exerceat nominè ſuo, quod requiſitum convenit perſonæ, non autem Eccleſiæ: quartum quod etiam reſpicit perſonam, & non Eccleſiam, videlicet, quod Sacerdos tamquam Rector ſuo nomine ſingulariter, & non cum aliis ad regimen Parochialis Eccleſiæ admittatur, ut declarat Rota *d. deciſ.* 52, *a num.* 1, *uſque ad num.* 19. Et propterea eadem Rota conſiderans ſtatum Eccleſiæ breviter

ſtanti omnium temporum voce firmata; Marium vero Lupum cum fictis, commentitiis, ac futilibus ſuis definitionibus, ac nugis ad fabularum inventores dimittamus.

QU. II.

dixit ad oſtendendum Eccleſiam eſſe Parochialem non ſufficere, quod Rector adminiſtret Sacramenta, niſi etiam oſtendat, quod de neceſſitate adminiſtret, & populus ab eodem de neceſſitate recipiat, gloſ. *verb. impendat*, *in Clem. dudum de ſepult.* ubi Imol. *num.* 32, Gonzal. *d. gloſ.* 6, *nu.* 36, Mantic. *deciſ.* 48, *num.* 5, Gregor. XV *deciſ.* 387, *num.* 7, ubi Beltram.

Idem ibid. n. 38. Ut Eccleſia conſtituatur Parochialis, auctoritas requiritur Epiſcopi, qui eam Parochialem conſtituat, fines deſignet, & plebem denotet, c. *nullus omnino*, 16, *quaeſt* 7, Carat. *de jurib. Paroch. tit.* 1, *cap.* 3, *num.* 2, Azor. *inſtit. mor. par.* 2, *lib.* 3, *cap.* 11, *quaeſt* 14.

Ibid. n. 43. Conſtituta eſt, & limitata Parochia, & in ea Parochiali Eccleſia erecta, & ædificata, tota ejus cura uni Preſbytero tantum, qui vocatur communiter Parochus, ſeu Plebanus, Rector, ſive Curatus, (quia hæc nomina uti ſynonyma variantur, & unum ponitur pro alio) committitur, ut in ea Baptiſmum, & reliqua Sacramenta populo miniſtret, & conferat, prout infra late videbimus; nomen enim Rectoriæ ſonat in beneficium Curatum eſt, text. *in cap. de Rectoribus*, *de Cler. ægrot.* dicitur enim Rector, quaſi populum regens. Roman. *conſil.* 356, Joan. Andr. *in cap. licet Canon. num.* 1, *de elect. in* 6, Rot. *deciſ.* 489, *num.* 3, *part.* 1, *recentiſſim.* nam ſicut una mulier non poteſt duos, vel plures ſponſos habere, *cap.* 1, *de ſponſa duorum*, nec unum corpus duo capita: quia eſſet monſtrum, c. *quia pleriſque de offic. ordin.* ſic nec Eccleſia duos, vel plures Parochos, ſive Curatos, c. *cum non ignores*, *de præbend.* Oldrad. *conſ.* 67, *n.* 1, Rot. d. *deciſ.* 52, *num.* 17, *cum ſeqq. part.* 2, *diverſ.* Gonzal. d. *gloſ.* 6, *a num.* 45, ubi *num.* 42 exinde infert ad regimen Parochialis Eccleſiæ aſſumi debere unum Parochum, qui ſuo nomine, & non cum aliis præficiatur, quia ſi illi duo, vel plures præficiantur, qui confeſſiones audiant, & baptizent, & alia ad curam ſpectantia faciant, non dicerentur propriæ Parochi, ſive Curati, & ideo ex Oldrad. *conſ.* 67, *num.* 1, & 2, Rota, *in Meſſanen. juriſdictionis* 1 *Martii* 1616, *coram Reverendiſſ. Lugdunen.* impreſſa apud Farinac. *deciſ.* 298, *a num.* 4, *part.* 1, *recentiſſim.* duo conſiderat ad effectum, ut quis dicatur Parochus, quorum primum eſt, ut curam exerceant Preſbyteri Curati nomine proprio, non autem alieno ex text. *in capit extirpandæ* §. *qui vero de præbend.* Archid. *Clem.* 1, *num.* 4, *de Offic. Vicar.* Mileſ. *in repert. verb. Eccleſiæ Parochialis*. Rebuff. *in praxi*, *tit. de non promoto intra annum*, *num.* 36. Alterum eſt, quia Rector, & Parochus is dicitur, qui ſuo nomine ſingulariter, non autem cum aliis ad regimen. Eccleſiæ Parochialis aſſumitur; ita ut ſi duo, vel plures præficiantur, qui confeſſiones audiant, baptizent, & alia ad curam ſpectantia faciant, non dicantur Curati, quia in una Eccleſia unus debet eſſe Sacerdos, ſponſus, & Rector, qui curam habeat, ut pluribus allegatis copioſe traditur *in deciſ.* 52, *num.* 57, *p.* 2, *diverſ.* & quando aliqui Canonici hebdomadatim habent curam animarum, talis cura non remaneat penes ipſos, vel ſingulos Canonicos, ſed penes collegium. Oldrad. *conſ.* 67, *num.* 1, Pur. *deciſ.* 282, *lib.* 1, Gonzal. *d. gloſ.* 6, *num.* 71, & 74, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 865, *n* 35, & 36.

Digitized by Google

QU. II.

Quot ſunt Parochiarum genera?

§. I. DUplex eſt Parochiarum genus. Aliæ Matrum, aliæ Filiarum loco habentur. Matres eæ dicuntur, quæ nullam aliam Parochialem Eccleſiam parentem habent, ſed ipſæ aliarum (*a*) Eccleſiarum procreatrices ſunt. Filiæ vero vocantur illæ, quæ ab aliis Parochialibus Eccleſiis ortæ ſunt, aut in aliarum Parochiarum fundo ſitæ. Sunt & aliæ Eccleſiæ Parochialibus valde affines, quibus nec certus populus, nec ſacer Miniſter deeſt; ſed quia aliarum Eccleſiarum ſunt ſubſidiariæ, earumque Presbyteri non ſui, ſed alieni juris ſunt vicarii, ideo *Succurſales* appellantur; cumque Parochialium quædam ſint lineamenta, Parochiales etiam dici latiore, & liberiore vocabulo quandoque ſolent; qua quidem libertate nos etiam ſuperius uſi ſumus, ubi de primis Parochiarum rudimentis ſumus locuti. (Vid. ſup. Lib. IV, Part. III, qu. XIV, §. *6*, qu. XV, §. 1, Lib. V, qu. XIII, §. 2.) Hiſce adde Ædiculas, ſeu Oratoria, quæ & certo populo, & certo carent Miniſtro, inque Parochialium Eccleſiarum ditione poſitæ ſunt. De ſingularum ortu, & juribus, dicendum erit. (Vid. Inf. Qu. XXIII, XXIV, XXV, XXVI.)

QU.

(a) Barboſa de Offic. & Poteſt. Paroch. Part. I, Cap. I, n. 4. Horum quidam vocantur Plebani, ut *in cap. ſcriptum eſt*, *de elect.* qui videlicet curam exercent animarum in Plebania habentes ſub ſe plures Eccleſias vel Capellas, *cap.* 1, ubi Gloſſ. *ne Clerici vel Monachi*, *lib.* 6, ſic dici a plebe, vel populo, qui ſub eorum cura regitur, & habet ſe Plebanus cum cæteris Curatis unfus plebis, ſicut Archiepiſcopus cum Suffraganeis Provinciæ ſuæ: nam & ipſi viſitatores conſtituuntur, qui vicos, & caſtella in Epiſcoporum loco circumeant, *cap. non debere*, *cum gloſſ.* 80 *diſt. cap. ſicut olim*, *de accuſat.* Et Eccleſia Plebani appellatur matrix, quaſi mater Eccleſiarum, quas ſub ſe continet, *cap. ad audientiam*, *lib.* 1, *de Eccleſ. ædific. c.* 1, *de præſcript.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 21, *de reformat. cap.* 7, gloſ. 1, *in Clem. unic. de Baptiſmo*, Azor. *d. par.* 2, *lib.* 3, *cap.* 12, *q.* 3, *& lib.* 9, *c.* 3, *q.* 14, *verſ. matrix*, Rot. *deciſ.* 272, *num.* 2, *cum ſeqq. par.* 1, *recentior.* Sicut Archiepiſcopi Eccleſia Metropolis dicitur, id eſt, civitatum ejuſdem Provinciæ mater, ut contra Iſidor. *in c. cleros*, *verſ. Archiepiſcopus diſt.* 21, animadvertunt Forcat. dialogo 61, n. 4, Alciat. *lib.* 2, *diſpunct. cap.* 23, *ad fin.* Covar. *practicar. c.* 19, *num.* 2, Gambar. *de officio*, *& poteſt. Legati a latere*, *tit. de variis Ordinariorum nomin. ex num.* 34, Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. c. 1, n. 23,

QU. III.

Quænam ſunt Parochorum officia, & jura?

Divini verbi prædicatio eſt ne Parochorum munus?

§. I. TRidentini Patres prædicationis munus plus vice ſimplici Parochis commendarunt hiſce verbis: *Archipresbyteri quoque, Plebani, & quicunque Parochiales, vel alias curam animarum habentes Eccleſias quocunque modo obtinent, per ſe, vel per alios idoneos, ſi legitime impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiando cum brevitate, & facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & Cæleſtem gloriam conſequi valeant.* Id vero *ſi quis eorum præſtare negligat, etiamſi ab Epiſcopi Juriſdictione quavis ratione exemptum ſeſe prætenderet, etiamſi Eccleſiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui Monaſterio etiam extra Diœceſim exiſtenti forſan annexæ, vel unitæ, modo reipſa in Diœceſi ſint, provida Paſtoralis ſolicitudo non deſit, ne illud impleatur:* Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. *Itaque ubi ab Epiſcopo moniti trium Menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, ſeu alias ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur. Ita ut etiam ſi ei expedire viſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſolvatur, donec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum impleat. Seſſ. XXIV, de Reformat. cap. 2. Quamobrem retento ubique, cujuſque Eccleſiæ antiquo, & a Sancta Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum Matre, & Magiſtra probato ritu, ne oves Chriſti eſuriant, neve parvuli panem petant, & non ſit, qui frangat eis, mandat S. Synodus Paſtoribus, & ſingulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Miſſarum celebrationem vel per ſe, vel per alios ex iis, quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant; atque inter cætera Sanctiſſimi hujus Sacrificii Myſterium aliquod declarent diebus præſertim Dominicis, & Feſtis.* Seſſ. XXII, de Sacrif. Miſſæ cap. 8. *Cum PRÆCEPTO DIVINO mandatum ſit omnibus oves ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, VERBIQUE DIVINI PRÆDICATIONE, Sacramentorum adminiſtratione, & bonorum omnium operum exemplo paſcere &c.* Seſſ. XXIII, de Reformat. cap. 4. *Moneat Epiſcopus Parochos ut inter Miſſarum ſolemnia, aut divinorum celebrationem Sacra eloquia,*

& ſa-

& ſalutis monita, *eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis*, *vel ſolemnibus explanent*, *eademque in omnium cordibus*, *poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere*, *atque eos in lege Domini erudire ſtudeant*. Seſſ. XXIV, de Ref. cap. 4. (*a*)

§. II. Parochorum officia ita reſpon-

(*a*) Parochi, qui raro, aut nunquam Concionem habent ad populum, peccant mortaliter, etiam præciſa gravi populi neceſſitate; & ſi populus graviter indigeat prædicatione, peccant toties contra Divinum præceptum, quoties populus graviter indiget ipſa prædicatione; cum ex Dei præcepto teneantur oves ſuas verbi Divini prædicatione paſcere, ut expreſſe habet Tridentinum *ſeſſ.* 23, *de reform. cap.* 1. *Cum præcepto Divino mandatum ſit &c.* Barboſa *de Offic. & poteſt. Parochi, part.* 1; *cap.* 14, *ſub num.* 8, & alii paſſim. Hinc graviter peccant Parochi, ſi tribus Menſibus totius anni diſcontinuis per ſe, vel per alios non concionentur, cum ſit materia gravis; Concilium enim Tridentinum *ſeſſ.* 5. *de reform. cap.* 2, per verba adducta ſupra *ſub num.* 69, decernit, Parochos, ſi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, cogendos eſſe per Cenſuras, & alias pœnas. Unde Concilium ſupponit ſaltem trium menſium ſpatium eſſe notabile, & gravem culpam; cum Eccleſiaſticæ Cenſuræ imponi non ſoleant, niſi graviter peccantibus; Barboſa *loc. cit. ſub num.* 8, & apud ipſum Bonacina, Trullench, & alii. Nec Parochi Officio ſuo ſatisfaciunt quoad Deum prædicationes totius anni aliis committentes; Barboſa *loc. cit. ſub num.* 9; cum pluribus aliis ibi adductis. Vide *ſupra num.* 18, & 19.

Quamvis *in una Bituntina die* 2 *Maji* 1629, *Sacra Congreg. Concilii* ſub Urbano VIII ſtatuerit, quod dum prædicat Epiſcopus, ſilere debeant alii Concionatores, illiſque poſſit præcipere, ut eo tempore a prædicatione ſe abſtineant; poſſunt tamen Parochi ſermonem habere inter Miſſarum ſolemnia per ſe ipſos etiam quando Epiſcopus ipſe prædicat. Sic cenſuit *Eadem Sac. Congreg. Concilii in Verulem.* 11 *Junii* 1631, ubi ſubdit, id non intelligi reſpectu Parochorum in Eccleſia Parochiali. Ita apud Barb. *de Offic. & poteſt. Parochi part.* 1, *cap.* 1, *num.* 3.

Van-Eſpen Jus Eccl. Un. Part. I, Tit. III, Cap. IV. Synodus Tridentina Paſtorum aliorumque, quibus cura Animarum commiſſa eſt, obligationem perſonaliter reſidendi colligens ex Divino præcepto, quo iis mandatum eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre, Verbique Divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pro indubitato ſupponere debuit, Paſtores alioſque curam Animarum habentes, eodem Divino præcepto teneri ea per ſe facere.

Si enim huic præcepto ſatisfacerent, modo ea *per alios* facerent; hoc eſt alios delegando, qui oves agnoſcerent, Sacrificium pro iis offerrent, Verbi Divini prædicatione paſcerent, &c. qua ſpecie ex allegato præcepto Paſtorum perſonalem reſidentiam concludere potuiſſet Synodus? Aut quomodo dixiſſe potuiſſet Synodus, ea omnia nequaquam ab iis præſtari & impleri poſſe, qui gregi ſuo non invigilant neque aſſiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt? Quandoquidem hæc omnia etiam ab abſentibus, & iis qui mercenariorum more gregem ſuum deſerunt, facile præſtari poſſent, ſi ea *per alios* præſtare poſſent.

Nihil ergo evidentius, quam ex mente Synodi, Parochos, alioſque, quibus cura Animarum commiſſa eſt, debere omnia paſtoralia *per ſe* præſtare, & implere. Et ſane quid a ratione magis alienum, quam habere Officium, & non facere quæ Officii ſui ſunt? Habere curam, & nolle curare? Eſſe Paſtorem, & non paſcere?

Porro, cum inter cætera quæ ſpectant ad curam Animarum, teſte Concilio Latera-

Digitized by Google

pondent Parochianorum oneribus, ut quæ illi prædicare, hi audire, quæ illi docere, iſti diſcere teneantur. Itaque Tridentini Patres poſtquam Parochos ad populum divini verbi pabulo alendum adegerunt, ſtatim etiam populum ad divinos hoſce latices e ſuorum Parochorum ore ebiben-

---

teranenſi *in Cap. 15, de Officio Ordinarii, pabulum Verbi Dei permaxime noſcatur neceſſarium*, hi, quibus cura hæc incumbit, præcipue ſoliciti eſſe debent, ut illud ovibus porrigatur: exemplo Apoſtolorum, qui, ut eorum Acta referunt, dixerunt: „ Non eſt æquum nos relinquere Verbum Dei, & miniſtrare menſis. Conſiderate ergo Fratres, inquiebant, viros ex vobis boni teſtimonii, plenos Spiritu Sancto, & Sapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus, nos vero orationi, & *Verbi Dei Miniſterio* inſtantes erimus. “ Hinc illud Apoſtoli: *Væ mihi, ſi non Evangelizavero.* Hæc quoque oſtendunt, Apoſtolos, haud dubitaſſe, quin ipſi, & conſequenter qui ipſis in curam Animarum, & Eccleſiæ regimen ſuccederent, id muneris *per ſe* implere deberent.

Proinde Synodus Tridentina non novam aliquam obligationem Paſtoribus impoſuit, ſed jure naturali, & divino impoſitam urſit, dum *Seſſ. 5, cap. 2, de reformat.* præcipit. „ Quicumque Parochiales, vel alias curam animarum habentes Eccleſias quocumque modo obtinent, *per ſe*, vel alios idoneos, ſi legitime impediti fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, plebes ſibi commiſſas pro ſua, & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis; docendo quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiandoque eis cum brevitate ſermonis vitia, quæ eos declinare; & virtutes quas ſectari oporteat, ut pœnam æternam evadere, & cœleſtem gloriam conſequi valeant. “

Verum cum experientia notorium ſit, Catholicis pleriſque lacte potius, quam ſolido cibo opus eſſe; Paſtoribus, & Animarum Curatoribus ſingulariter incumbendum inſtructioni, in qua prima Fidei & Religionis rudimenta ad captum & parvulorum, & rudiorum traduntur, quam hodie *Catechiſmum* dicimus. De qua inſtructione agit Synodus Trident. Seſſ. 24, cap. 4, de Reformat. eamque, ut perneceſſariam, vult in ſingulis Parochiis diebus Dominicis & Feſtis fieri.

Mirum! quanta ſolicitudine hanc inſtructionem Parochis commendent Synodi Belgicæ.

Synodus P. II Cameracenſis *tit. 21, cap. 5*, poſtquam præcedenti capite de hac inſtructione a Parochis inſtituenda dixiſſet, ait „ Si quis autem Parochus non legitime impeditus hoc tam neceſſarium officium, quod etiam ex Concilii Tridentini Decreto præſtare debet, prætermiſerit, is toties unius floreni mulctam fabricæ Eccleſiæ applicandam incurrat, quoties hoc neglexerit. “ Deinde *cap. 6* ſubjungit. „ Ut autem etiam ipſi Parocho ſuccurratur, omnibus Sacerdotibus, & Clericis, qui intra fines Parochiæ degunt, præcipit hæc Synodus, ut eum in hoc ſancto docendi munere pro ſua quiſque virili adjuvent. “ Sane, ſi omnes paſſim Sacerdotes tam ſancto, & neceſſario operi, ubi per alias graviores, & magis neceſſarias occupationes licet, applicarentur, & populus foret inſtructior, & Sacerdotes ab otio multorum malorum & ſcandalorum occaſione, retraherentur. Synodo Provinciali conſonans Diœceſana Cameracenſis anno 1604, præcipit „ ut ſaluberrimam Catechiſmi doctrinam numquam intermittant Parochi, etiamſi *pauciſſimi* forent Auditores, ſed ſingulis diebus Dominicis ante vel poſt Veſperas diligenter eo munere fungantur, magnam a Domino mercedem tam pii operis conſecuturi. “ *Tit. 3, cap. 5.* Non minori zelo, & efficacia hoc catechizandi opus reliquæ Synodi inculcant: obſecratque Synodus Ganden-

Digitized by Google

-cendos perpulerunt. *Moneat Epiſcopus populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, ubi id commode fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei*. Seſſ. XXIV, cap. IV, de Reform. Hæc verba expendens S. Carolus

---

denſis „ Omnes, & ſingulos Paſtores per „ viſcera miſericordiæ Dei, & ſub obteſtatione Divini judicii mandat, ut huic „ officio ſerio, diligenter, & *ſine intermiſſione* incumbant, tum in ſuis Parochiis, tum in ſcholis, aut ſi fieri poſſit, „ in particularibus Congregationibus per „ hebdomadam aliquando indicendis in „ vicis a Parochia ſua remotioribus. “ *Tit.* 4, *cap.* 3.

Et quia, ut jam dictum eſt, non ſolum pueris, ſed & adultis neceſſaria eſſe ſolet hæc inſtruendi ratio; utpote frequenter in præcipuis, & maxime neceſſariis Religionis Articulis parum inſtructis, merito Synodus Leodienſis anno 1618, tit. 4, cap. 3, mandat: „ Soliciti ſint Parochi, „ ut diebus feſtis & Dominicis unam „ horam in iſtruendis Parochiæ ſuæ pueris, aliiſque etiam *adultis* rudioribus „ catechizandis, impendant. Memores, „ quod pro eorum animabus ſint Deo „ rationem reddituri. “ Et Synodus Buſcoducenſis ſub Maſio *tit.* 11, *cap.* 8, vult „ ut finita Miſſa matutinali, tam in hyeme, quam æſtate ſoliciti ſint Paſtores, „ ut Pauperes mendici, famuli, ancillæ, „ atque alii mechanici catechizentur, & „ erudiantur in his, quæ ſine ſalutis ſuæ „ periculo ignorare non poſſunt. “ Quam neceſſaria ſit hodie hujus Decreti executio, negare non poteſt, niſi qui ignorat, quanta in hoc hominum genere ſoleat eſſe circa præcipua Religionis noſtræ Myſteria ignorantia. Neque eſt, quod de fructu hujus exercitationis ambigant Paſtores; cum hic manifeſtus ſit in iis Parochiis, in quibus Paſtores zeloſiores eam inſtituerant. Quin & Synodus Namurcenſis an. 1639, conſiderans hujus inſtructionis neceſſitatem „ Hortatur omnes Verbi Dei „ præcones, ut conciones ſuas ita diſponant, etiam diebus ſolemnioribus, ut „ potius Catechiſmum, quam concionem „ redoleant, & captui populi, quantum „ fieri poteſt, accommodent. “ *Tit.* 2, *cap.* 1. Duo ex his Synodorum Decretis conſectaria ſunt. Primum, nequaquam dubitaſſe Synodorum Patres, quin Parochis aliiſque curam animarum habentibus incumbat obligatio inſtruendi tam adultos, quam parvulos, *id eſt*, omnes ſuæ curæ ſubjectos; ſingulos nimirum pro eorum capacitate, & neceſſitate. Alterum, hanc ſeu puerorum, ſeu adultorum inſtructionem non tantum in hyeme, ſed & æſtate, *id eſt*, toto anni tempore eſſe faciendam: neque omittendam eo quod pauci forſan ſint auditores; nam nec hi pabulo Verbi Dei ob aliorum negligentiam, aut impedimenta fruſtrandi ſunt: Ne alias & ob neglectum horum vere dicatur: *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret illis*. Unde & improbanda atque a Synodis improbata eſt illorum Parochorum praxis, ſeu potius ignavia, qui cauſa frequentantium paucitatis tempore æſtatis, aut meſſis, inſtructionem, præſertim parvulorum, intermittunt. Ex quo contingit, parvulos circa fidem, & Religionis rudimenta nihil aut parum eſſe inſtructos; cum ex intermiſſione tanti temporis facile excidat puerorum memoria, quod leviter in hyeme didicerunt. Quam procul a mente illorum, qui Synodo Namurc. ultimæ interfuere, hæc Parochorum excuſatio abfuerit, claret ex ejus Decreto *tit.* 16, *cap.* 2, quo monet Parochos: „ Ut tempore meſſis, & etiam illis diebus, quibus „ opiliones, vel bubulci, vel ſubulci in „ agris ſunt, illos viſitent ibidem & doceant; imitaturi ea in parte veſtigia „ Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui per „ vicos, & plateas tranſibat evangelizare „ Regnum Dei. “

Idem ibid. cap. V. Regula juris 68, in VI, ita habet. *Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum*. Ut hujus Regulæ ſenſus habeatur, prænotandum: intentionem eorum, qui regulas juris com-

rolus Borromæus in Concilio Provinciali Mediolanenſi VI: *Sacra Tridentina OEcumenica Synodus*, inquit, *ab Epiſcopis Fideles non ſolum hoc moneri voluit, ut frequenter ad Eccleſias Parochiales ſaltem Dominicis diebus, Feſtiſ-*

---

poſuere, fuiſſe, ex multis particularium factorum deciſionibus communia quædam capita, quæ Juriſconſulti *Regulas*, Medici *Aphoriſmos* vocant, conſtituere; ad quæ veluti ad quaſdam ſtationes, in tanta cauſarum varietate, & multitudine recurri poſſet, ut notat Peckius in proœmio ad Regulas juris. Unde L. 1, ff. de R. J. ait: „ Regula eſt, quæ rem quæ eſt, breviter enarrat. Nec ut ex Regula jus ſumatur, ſed ex jure, quod eſt Regula, fiat. “ II Pro genuino ergo Regulæ ſenſu aſſequendo inquirendum, quæ juris deciſiones particulares huic Regulæ conſtituendæ occaſionem dederint. Certum eſt, multa eſſe negotia, præſertim civilia, quæ nullam perſonæ induſtriam, aut perſonalem qualitatem requirunt, & in quibus ipſa perſonæ induſtria non inſpicitur aut ſpectatur. Alia vero ſunt, quæ a perſonarum induſtria & peritia potiſſimum dependent, & ſuam utilitatem potiſſimum ab ea mutuantur, & in quibus perſonarum ſingulares qualitates ſpecialiter attenduntur. Priora, utpote a perſonarum qualitate, ac induſtria non dependentia, per procuratores, alioſve mandatarios æque, ac per principales perfici poſſe, in variis factorum generibus deciſum fuit. III Hæc vero, quæ a perſonarum induſtria dependent, & in quibus perſonæ induſtria eligitur, alteri committi non poſſe, ex adverſo ſæpius declaratum eſt. „ Is cui injungitur (ait Pontifex in c. 43, „ *De offic. & poteſtat. Judic. Delegat.*) „ ut perſonaliter negotium exequatur, po„ teſt, dummodo partes conſentiant, hoc „ aliis delegare, præterquam, ſi inquiſi„ tionem fieri, vel Eccleſiis de Prælatis „ vel aliis Miniſtris provideri mandare„ mus, cum in his omnibus caſibus *in„ duſtriam & fidem perſonæ*, cui talia „ committimus, eligere videamur. “ Et Bonifacius VIII, in cap. 12, eod. in VI, ait: „ Is cui ab Apoſtolica Sede com„ mittitur certæ perſonæ proviſio de certo „ Beneficio in certa Eccleſia, Diœceſi, „ vel Provincia facienda, poteſt alii com„ mittere licite vices ſuas. Sed ſi (non ex„ preſſa certa perſona) committatur ei„ dem, ut alicui perſonæ idoneæ de cer„ ta Eccleſia, vel Beneficio debeat pro„ videre, (*quia circa eligendam perſonam* „ *ejus induſtria hic videtur electa*) pro„ viſionem ſibi commiſſam alteri deman„ dare non poteſt. “

IV. Cum ergo Regula ex Jure ante conſtituto deſumatur, evidens eſt, hanc Regulam non concernere eâ negotia, quæ perſonæ induſtriam requirant: ſive de quibus perſonæ induſtria eligitur ſeu ſpectatur: utpote, quæ ex juris deciſione aliis committi nequeunt. Et ita unanimi Canoniſtarum calculo receptum eſt, ad ſimilia negotia hanc regulam non extendi. Quis vero ambigat, quin Eccleſia eligens Paſtores, alioſque animarum Curatores, perſonæ qualitates, & induſtriam conſideret & ſpectet? Ut quid enim tanta circa mores, doctrinam, cæteraſque perſonales qualitates, & dotes inquiſitio, tamque exactum examen, niſi ut de his omnibus ſufficienter conſtet, & eorum ratio habeatur? V Illud accedit, quod non tantum in Paſtoribus eligatur & attendatur induſtria, & qualitas perſonæ, ſed quod inſuper munia paſtoralia, præſertim populi inſtructio, multis titulis cum majori fructu per proprium Parochum, quam per extraneum, licet æque induſtrium, & capacem, ordinarie fiat. Primo, cum Paſtori id muneris a Deo & Eccleſia ſpecialiter ſit impoſitum, illiuſque populi proprius inſtructor ſive Doctor deſignatus, merito confidendum, fore ut Deus populo ſingulariter per ejus verba benedicat. Secundo, dum populus videt Paſtorem per ſe prædicationi, & inſtructioni incumbentem, & laborantem, ma-

Digitized by Google

ſtiſque majoribus accedant, ſed illud etiam diligenter oſtendit, UNUMQUEMQUE TENERI, ubi commode fieri poteſt, Parochiæ ſuæ intereſſe ad audiendum verbum Dei. Quamvis hæc clara ſint, atque perſpicua, nec ullo indi-

magis excitatur ad affectum, & amorem ſui Paſtoris, quo fit, ut non ſolum diligentius & libentius, ſed & cum majori fructu illum audiat. Tertio, cum Paſtor, exactiorem ſuorum noritiam habeat, etiam melius novit quæ vitia magis regnent, quæ virtutes minus frequententur, quæque conſequenter frequentius, & utilius pro hoc populo ſint dicenda: quibus affectibus, & mediis ſint & movendi, & trahendi. Denique cum Paſtor proventus, & ſubſidia temporalia ſibi habeat aſſignata, neque a populi liberalitate, & benevolentia illa debeat expectare, quemadmodum frequenter extranei, & vices Paſtorum ſupplentes illa tenentur ſperare, contingit, ut Parochus etiam liberius, majorique auctoritate vitam & defectus in populo carpere, & corripere audeat; cum e contra hi a populo temporalia ſperantes, non raro dicere cogantur ea, quibus favorem populi concilient, ea vero tacere, quæ populum offendunt. Hæc aliaque, quæ evincunt, Parochi inſtructiones ordinarie populo eſſe utiliores, quam extraneorum, ac præterea Parochum ſpecialiter a Deo & Eccleſia eſſe delectum, ut populum verbo Dei paſcat, eique proprie curam populi commiſſam, ſat probant, quam inepte quidam Mercenarii, potius quam Paſtores, in velamentum ſuæ ignaviæ, & negligentiæ hanc juris Regulam aſſumant, idque contra adeo manifeſta Eccleſiæ toties iterata Decreta; quibus declarat, Paſtoribus hoc munus incumbere; uti etiam ex Synod. Namurc. 1570, ſub Haverio e Synodo Tridentina recenter reduce, declaratur, examen de qualitatibus ad Eccleſiam parochialem aſſumendorum ideo inſtitui, ut appareat, eum poſſe & velle *per ſe* officium Paſtorale implere. „ Animarum cu„ra nemini poſthac credatur, niſi vitæ „ ac morum integritate, & doctrina talis „ ſit, qui *velit* & poſſit populum recte „ docere, & pro auditorum captu Verbum „ Dei explicare. Itaque ad Paſtoratum no„ minatus, ſi facto diligenti examine de„ prehenſus fuerit idoneus, *tum demum*, „ ad munus paſtorale admittatur, *ubi pro„ miſerit juramento medio, ſe pro viribus „ ſuæ vocationi ſatisfacturum.* " Tit. 9, cap. 5.

Idem ibid. Cap. VI. Synodus Trid. loco citato poſtquam declaravit, Parochos alioſque, qui curam Animarum habentes Eccleſias obtinent, teneri *per ſe*, ſi legitime impediti non fuerint, diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, plebes ſibi commiſſas paſcere ſalutaribus verbis, ſubjungit. „ Id vero ſi quis eorum præ„ ſtare negligat, etiamſi ab Epiſcopi ju„ riſdictione quavis ratione exemptum ſe „ eſſe prætenderet; etiamſi Eccleſiæ quo„ vis modo exemptæ dicerentur, aut ali„ cui Monaſterio, etiam extra Diœceſim „ exiſtenti forſan annexæ, vel unitæ, mo„ do reipſa in Diœceſi ſint, provida pa„ ſtoralis Epiſcoporum ſollicitudo non de„ ſit, ne illud impleatur: *Parvuli petie„ runt panem, & non erat qui frangeret „ eis.* Itaque ubi ab Epiſcopo moniti trium „ menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, „ per Cenſuras Eccleſiaſticas, ſeu alias, „ ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur; „ ita ut etiam, ſi ei ſic expedire viſum „ fuerit, ex Beneficiorum fructibus alteri, „ qui id præſtet, honeſta aliqua merces „ perſolvatur; donec principalis ipſe reſi„ piſcens officium ſuum impleat. " Manifeſtum ergo eſt ex mente Concil. Trident. muneris Epiſcopalis eſſe, adigere Parochos, ut *per ſe* populum inſtruant, ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, ni legitime *ſe impeditos probent.* Neque Epiſcopum permittere poſſe, ut Parochi haud legitime impediti extraneis inſtructionem committant. II Nec Parochis hac in parte contrarius uſus, quantumvis longævus, ſuffragari poteſt, quandoquidem, ea-

Digitized by Google

digeant interprete, tamen non defuerunt, qui ſuis ſophiſmatibus, ambagibus, captiunculis ea corruperunt, ac depravarunt, ad illumque ſenſum detorſerunt, qui Parochialibus Eccleſiis maxime eſt infeſtus; atque inimicus. Nam Suarez Tom. I de Relig. Lib. II, cap. 16, num. 10, Rodriguez qu. Regul. Tom. I, Fagundez Lib. II, cap. 1, num. 10, Bonacina

---

dem declarante Synodo, præcepto *Divino* mandatum ſit omnibus, quibus Animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas Verbi Divini prædicatione paſcere. *Seſſ.* 23, *cap.* 1, *de reformat.* Cui præcepto contrarius uſus pro abuſu reputandus eſt. Quapropter nuper declaravit Innocentius XI, Parochos Bruxellenſes per Archiepiſcopum Mechlinienſem cogendos, ut *per ſe* catechizent; tametſi annis 90 continuis per Patres Societatis id feciſſent.

III. Procul proinde abeſt a mente Synodi Tridentinæ, ut Epiſcopi Parochis haud impeditis, immo & *per ſe* munus prædicationis obire volentibus, mittere poſſent Regulares, aut eos in ſuis ſtationibus, ut vocant, Parochis invitis, & *per ſe* concionari volentibus, firmare. Quod & ipſa Synodus ſatis declaravit, cum dixit, Epiſcopos non legitime impeditos obligari *per ſe* in ſua Cathedrali Eccleſia, in aliis vero per Parochos, ſive iis impeditis, per alios, Sacras Scripturas, Divinamque Legem annuntiare. *Seſſ.* 24, *cap.* 4, *de Reform.* Quid enim evidentius, quam Synodum velle ut Epiſcopus populo Legem Divinam annuntiet in Eccleſiis parochialibus a ſua Cathedrali diſtinctis, per *Parochos*; nec, niſi iis impeditis, aliis id committat? IV Quod ergo dicitur in *Clementina DUDUM de ſepulturis*: „ In Eccleſiis parochialibus Fratres illi (Prædicatores, & Minores) nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere Verbum Dei, niſi Fratres prædicti a Sacerdotibus parochialibus invitati fuerint, vel vocati, & de ipſorum beneplacito & aſſenſu, ſeu petita licentia fuerit, & obtenta: niſi Epiſcopus, vel Prælatus ſuperior per eoſdem Fratres prædicari mandaret: " Locum habet, cum Parochus, vel *per ſe* prædicare non vult, vel ſolus cum iis, qui curam Animarum ſuſtinent, inſtructioni populi inſufficiens eſt, & tamen adjutorium irrationabiliter recuſat: quo indubie caſu Epiſcopus, cui primario Animarum cura incumbit, quique defectum Parochi in his, quæ eam curam concernunt, ſupplere debet invito Parocho, Fratres mittere poteſt: Qui non quidem Parochum in functionibus paſtoralibus impediant, ſed juvent. Ita quoque hunc textum intellexit Zypæus *Reſp.* 4, *de Parochiis*. His quæ ex Zypæo, *Reſp.* 4, *de Parochiis* notata ſunt, addendum: Non ſine fundamento, a Zypæo in eodem reſponſo, *num.* 7, dictum eſſe; *& illud, cui Parochus diſſentiat, cauſæ cognitionem exigere*. Cum enim jure Beneficii Parochialis Parocho totius Parochiæ cura animarum incumbat, eamque *jure proprio* ſuſtineat, & functiones ad eam curam ſpectantes obire poſſit & debeat, conſequens eſt, quod ipſi tamquam negligenti, aut inſufficienti alius ad has functiones in ſua Parochia obeundas ſubſtitui nequeat, niſi probata ſit ejus negligentia, vel inſufficientia, ſive quod injuſte, & irrationabiliter conſenſum ſuum deneget. Ulterius, quia Parochus titulo ſui Beneficii functiones exercet, nec, niſi ſervato juris ordine, in hac cura, vel functionibus ad eam pertinentibus, quovis modo turbari, vel impediri poteſt, conſequens eſt, & in hac cauſæ cognitione ordinem juris eſſe ſervandum.

Notandum quod etiam refert Cardinalis de Lucca *diſcurſu* 27. Inter Miſcellanea num. 3, *& 7. Quod ubi Parochus idoneus eſt, & vult prædicare per ſeipſum, eo caſu Epiſcopus non poſſit alium deputare*; *ut pluries* (inquit) *declaratum fuit per Congregationem Concilii*.

Digitized by Google

cina Diſputat. V, de tert. Decalog. præcept. Qu. unic. ſenſerunt, Concilium Tridentinum præcipere quidem populo, ut audiat verbum Dei, verum huic præcepto ſatisfieri etiam ab illis, qui alibi, quam in ſua Parochia divino ſermoni interſint, nec Tridentinos Patres Parochiæ mentionem feciſſe, ut in illam Parochianos concluderent, ſed ut locum indicarent, ubi ſingulis feſtis Sacræ conciones habentur. At, bone Deus, nonne Parochi ab ipſo Tridentino Concilio monentur, divinitus illis mandatum eſſe, *ut oves ſuas agnoſcant, eaſque verbi divini prædicatione paſcant*? Qui unquam ſalutaribus verbis eas alant, ſi non ſibi, ſed aliis aures ſuas commodant? Qui noſſe poſſunt, num oves ſuæ bono paſtu utantur, num bene valeant, num aliqua morbi vi conflictentur, ſi libere vagari, & peregrina paſcua ſectari non prohibentur? Interea is nunc mos receptus, ea conſuetudo inducta, ut onus divini verbi audiendi Parochianorum arbitrio, optionique relinquatur, & Parochiales Eccleſiæ deſertæ vivant, ac ſolitudine, & mœrore confectæ extabeſcant.

QU.

QU. IV.

Sacramentorum adminiſtratio cujum munus, ac jus?

§. I. TRidentina Synodus Seſſ. XXIV, de reform. cap. 13, de Parochiis, Parochorumque muneribus, ac juribus integrandis cogitans decrevit, *ut Epiſcopi diſtincto populo in certas, propriaſque Parochias, unicuique ſuum, peculiaremque Parochum aſſignent, qui oves ſuas cognoſcere valeat, & a quo SOLO* (a) *LICITE SACRAMENTA SUSCIPIANT*.

(a) Van-Eſpen J. E. U.Part. II, Tit. I, Cap. XI, §. 14. Ex Synodorum, ac Ritualium Decretis & monitis circa obſervanda, & cavenda in adminiſtratione Sacramentorum illud perſpicuum eſt, ea potiſſimum ad Parochos dirigi, hoſque præcipue circa Sacramentorum adminiſtrationem inſtrui.

Nec mirum; cum enim Parocho totius Parochiæ cura ſpiritualis incumbat, etiam ipſi principaliter & jure Ordinario competit Sacramentorum adminiſtratio ad excluſionem omnium aliorum inferiorum Sacerdotum; adeo ut ſi qui in ejus Parochia, aut ejus Parochianis Sacramenta adminiſtrent, id nonniſi ut ejus Coadjutores, & ſubſidiarii, ac de ipſius tacito, vel expreſſo conſenſu facere cenſeantur.

Hoc Parochorum jus expreſſit Synodus Tridentina monens Epiſcopos *Seſſ.* 23, *cap.* 13, *de Reform.* ut pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute, deſtituto populo in certas propriaſque Parochias unicuique *ſuum perpetuum peculiaremque Parochum* aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & *a quo*, ait *Soto*, *licite Sacramenta ſuſcipiant*.

De hoc Parochorum jure haud dubitans Roythovius Epiſcopus Iprenſis, qui Tridentinæ Synodo interſuerat, in ſua Synodo anno 1577, Tit. 2, cap. 5, ita loquitur: „ Cum in omnibus rebus pro pace, „ & tranquillitate ſit certus ordo ſervan„ dus, neque conveniat quempiam in *alie*„ *nam* meſſem manum ſuam mittere; ſed „ unuſquiſque ſuper grege ſibi credito vi„ gilare debeat: Ordinamus, ut nullus Sa„ cerdos (ceſſante periculo, & citra ne„ ceſſitatem) extra limites ſuæ Parochiæ „ aut etiam in ſua Parochia alienis Paro„ chianis Sacramenta abſque proprii Pa„ ſtoris conſenſu, aut noſtra ſpeciali licen„ tia, adminiſtrare præſumat. “

Id ipſum iisdem pene verbis expreſſum eſt in Synodis Buxoducenſibus ſub Metſio, & Maſio, Cameracenſi anno 1567, item anno 1604, Audomarenſi anno 1585, aliiſque adeo ut jure communi, & etiam Belgico, Parochi ſint *ordinarii* Sacramentorum Miniſtri in ſuis reſpective Parochiis, & reſpectu ſuorum Parochianorum.

Hoc ex capite Parochus *proprius Sacerdos* reſpectu populi ſibi commiſſi vocatur in Cap. *OMNIS UTRIUSQUE SEXUS tit. de Pœnitent. & remiſſ.* utpote cui jure *proprio* competit Sacerdotale officium populo impendere. Item antonomaſtice *Paſtor* dici conſuevit; utpote cui incumbat populum Divini verbi prædicatione, & Sacramentorum exhibitione ſpiritualiter paſcere. *Curatus* quoque nonnumquam appellatur; eo quod *cura* populi ipſi primario incumbit.

Digitized by Google

PIANT. Ex hiſce verbis perſpicuum eſt, Sacramenta nonniſi ab Parochis petenda eſſe, nec cuilibet Presbyterorum, aut Diaconorum integrum eſſe illa aut conficere, aut miniſtrare, niſi ex Parochorum Sententia.

§. II. Verum neque huic Tridentinorum Patrum loco pepercerunt ii, qui Eccleſiaſticarum legum ſe ferunt interpretes, qui licet Baptiſmi, Extremæ Unctionis, ac Matrimonii adminiſtrationem ſolis Parochis relinquant, Pœnitentiæ tamen, atque Euchariſtiæ Sacramenta ab aliis etiam, proprio Parocho reluctante, adminiſtrari poſſe contendunt. Vid. Henric. Gandav. Quodlib. 7, Durand. a S. Porciano in 4 Sentent. Diſtinct. 17, qu. 12, Marſilium ab Ingen. in 4 Sentent. qu. 12, Art. 1, Ægydium Carlerium in 4 Sentent. Diſtinct. 17, Jacobum Almain. in 4 Sentent. Diſtinct. 17, qu. unic. de Confeſſ. Artic. 3, Joannem Majorem in 4 Sentent. Diſtinct. 17, qu. VII, Martinum Aipilcueta, Navar. in cap. *placuit* de Pœnit. Diſtinct. VI, n. 136, Georgium Gemmigenum in Annot. pro Confeſſ. Spir. Arturum Fillonium in Specul. Curat. de Pœnitentia, Joannem Celaja in 4 Sentent. Diſtinct. XVII, qu. IV, Philippum Gammachæum in Tract. de Sacram. Pœnitent. Cap. 18, Nicolaum Yſambertum Diſputat. 20, art. 1. Horum doctrina tanto ubique plauſu, atque approbatione excepta eſt, ut modo nonniſi Viaticum, ac Paſchalis communio Parochialibus Eccleſiis reliqua ſint.

§. III. At operæ pretium eſt audire, qua fidelia hanc ſuam dealbent doctrinam. Ajunt Epiſcopum omnium ſuæ Diœceſeos Paræciarum proprium eſſe Sacerdotem, eaque in omnes poteſtate uti poſſe, qua ſinguli Parochi in ſingulis ſuis utuntur Parochiis. Quemadmodum igitur Parocho in ſua Parochia uti licet adjutoribus ad Confeſſiones excipiendas, ita Epiſcopo integrum erit ad omnes ſuæ Diœceſeos Parochias Pœnitentiæ Miniſtros delegare. Porro Regulares, Sodalitiorum Capellanos, alioſque Sacerdotes Confeſſariorum titulo auctos nil aliud eſſe, quam Epiſcopi, ſeu Paræciarum omnium Parochi delegatos. Qui igitur ad ſua errata expianda iis ſe ſiſtunt, perinde eſt, ac ſi Parocho ejuſve adjutoribus ſeſe ſiſterent. (Vid. Natalem Alexand. in ſec. XIII, XIV, Diſt. IV, & Proſper. Lambert. de Synod. Diœc. Lib. XI, Cap. XIV, §. 2, 3, 4, 5, 6.) At non vident hi, quantum ſuis hiſce ratiunculis bellum movent Tridentinorum Patrum menti, qui non alio conſilio ſtatuerunt ab uno Parocho Sacramenta eſſe petenda, niſi ut ita Parochus ad omnium ovium ſuarum agnitionem facilius pervenire valeat, morbos omnes detegere, ac neceſſarias curationes adhibere, totiuſque omnium vitæ rationem reddere poſſit. Quæ omnia locum quidem faciunt Parochorum adjutoribus, qui Parochorum lateri ſemper adhærent, Parochialiumque curarum, laborum, ac periculorum ſocii ſunt, ac comilitones; at Epiſcoporum delegatis, quibus nulla cum Parochis ſocietas, atque conjunctio, nullum certe locum dare poſſunt. Quo autem velo obtendant eum morem, ac conſuetudinem; quæ non ſolum extra Paræciam, ſed etiam extra Diœceſim, quibuslibet Confeſſariis Pœnitentiæ adminiſtrationem aſſentit, videant alii, ego certe non video. Quamobrem illud fateamur neceſ-

Digitized by Google

ceſſe eſt, conſuetudinem Sacramenta petendi ab aliis, quam a proprio Parocho, Sacris Canonibus eſſe inimicam, atque inter Eccleſiaſticæ diſciplinæ morbos eſſe numerandam.

§. IV. Huic malo illacrimatus eſt Innocentius IV (Conſtitut. Etſi animarum) hiſce vocibus: *Ita eorum Parochi, qui curam ſuſcipiendo ipſorum pro eis animam obligant, dum ſibi taliter ſubtrahuntur, ſtatum eorum ignorantes, non poſſunt, quod in eis eſt ægrotum, ſanare, nec conſolidare infirmum, nec alligare infractum. Et ſic dum, cura commiſſa, non adhibentur remedia invaleſcentibus morbis uſque ad interremptionem, læſio debacchatur, & iidem ſacerdotes nullam poſſunt de ſic petentibus animabus Judici rationem reddere .... Hinc, relicto proprio Parocho, non tantum indevotio, & contemptus in populo prodeunt contra proprios Sacerdotes, verum etiam erubeſcentia, quæ eſt magna pars Pœnitentiæ, tollitur.* Has lacrimas excuſſere Innocentio IV ea quæ Anglicanæ Eccleſiæ Epiſcopi ad ipſum ſcripſerant, nimirum *Parochianos audacter jam peccare, & impudenter, ſcientes ſe coram Presbytero proprio non erubeſcere ſua peccata enormia confitendo, dicebantque ſuſurrantes peccaturi ad invicem: Perpetremus, quæ nobis voluptuoſa videntur, & placentia, aliquibus enim eorum Confeſſariorum, quos nunquam vidimus, vel nuſquam viſuri ſumus, cum conſummatum fuerit, quod deſideramus, ſine aliqua moleſtia confitebimur, & ſic contemptis Ordinariis, & eorum diſciplinis, peccatum copioſius exuberavit.* (Matth. Pariſ. ad ann. 1226.) Senſit id & Divus Bonaventura clamitans, nihil eſſe tam neceſſarium, quum ut Parochiani ſuæ conſcientiæ vulnera proprio Sacerdoti aperiant, ab eoque medicinam quærant. *Ut Paſtor cognoſcat in quo ſtatu quilibet commiſſorum ſibi ſit, ut ſaltem ſciat Medicinam competentem ei exhibere, inſtructiones, correctiones, conſolationes, deinde ut noſcat, quibus poſſit Chriſti corpus indulgere, & quos a Sacramentis arcere; denique ut diſcernantur obedientes a negligentibus, vel Hæreticis per obſervantiam talis ſtatuti.*

QU.

Digitized by Google

QU. V.

Solemnis divinorum Officiorum celebratio cujum jus, ac munus? Num Parochorum?

§. SUnt qui functiones Parochiales ita a juribus Parochialibus diſtinguunt, ut hæc ad ſolos Parochos pertinere, illas vero ad Parochos quidem attinere atque imprimis, ſed non ita, ut non ad alios etiam Eccleſiarum, atque Oratoriorum Rectores ſpectare poſſint. In harum numero ponuntur ſolemnis Miſſarum celebratio, divini verbi prædicatio, Euchariſtiæ adminiſtratio, Benedictiones Cinerum, Palmarum, Candellarum, Functiones Hebdomadæ Majoris, & cætera de genere hoc, ita ut Parochialia Jura ad ſolemnem Baptiſmi adminiſtrationem, Paſchalem Parochianorum communionem, Viatici, ExtremæqueUnctionis adminiſtrationem, ac Matrimoniorum conjunctionem redigantur (*a*).

§. II.

(a) Proſper Lambertinus Inſtit. 105, pag. 283. Nonnulli Scriptores poſt hæc Decreta Sacram Congregationem nimis in ſodalitia liberalem putantes affirmare non dubitarunt, plura in ſodalitiis, & ab eorum Capellanis fieri nequaquam poſſe, licet Sac. Congregatio ſtatuerit, illa ad jus Parochorum minime pertinere. Nam (inquiunt) multa inter jura Parochialia non recenſentur, ſed inter munia ſolis Parochis in ſua ditione convenientia: ut hanc opinionem comprobent, in medium proferunt antiqua Decreta Sac. Congregationum, quibus ſancitur, hoc, vel illud ſpectare ad Parochum, non autem ſodalitiis, eorumque Capellanis tribuenda.

Hanc viam inſiſtit Baptiſtellius Fulginatum Epiſcopus: *Benedictiones* (inquit) *Cinerum, Candelarum, Ramorum Olivæ, Ovorum, delationes Sanctiſſimi Sacramenti, Miſſæ, ac Veſperæ ſolemnes, aliaque Eccleſiaſticæ Functiones, quæ etſi ſtricte de juribus Parochialibus non ſunt, aliquam tamen cum eis connexionem, & affinitatem habent, juxta communem infraſcriptorum Doctorum ſententiam, non ad confraternitates, earumque Capellanos, ſed ad Parochos ſpectant; excepto caſu, quo Parochus ipſe requiſitas hujuſmodi functiones ſe gratis exhibere nolle, alias non poſſe declaraverit.* Idem prorſus inſtitutum amplectitur Monacellus, qui admonet præter jura Parochialia, recenſeri quoque munia Parochorum, quæ ipſis ſolum permittuntur, aut quia dimanant, & conjunguntur iiſdem juribus, aut quia neceſſario cum paſtorali Officio copulantur. Hinc licet reſponſum fuerit ad quæſtionem quintam, benedictiones Cinerum, Candelarum, ramorumque Olivæ non adnumerari inter jura Parochialia, & licet idem reſponſum ſit de expoſitione Divinæ Euchariſtiæ per 40 horas, ac de benedictione populo impertienda, uti conſtat ex undecima quæſtione, tamen negat Monacellus, has functiones a Capellanis exerceri poſſe in O-

§. II. Verum hæc diſtinctio inter Functiones Parochiales, & Jura Parochialia antiquitati ignota prorſus fuit. Nec alii Eccleſiarum Rectores olim cogniti, quam Epiſcopi, quique a nobis nunc Parochi appellantur. Nullæ tunc Sodalitates, aut Sodalitatum Sacella, nulli earum Recto-res,

---

ratoriis, aut in Eccleſiis Sodalitatum. Rem eamdem confirmat Urſaya, qui hoc argumentum diſceptatione 29 ſapienter illuſtravit. Attamen huic adhærere ſententiæ nullo modo poſſumus, eo quod labefactare prorſus videtur Decreta prudentiſſime confecta, & Summi Pontificis auctoritate confirmata. Equidem Sacra Congregatio ea Decreta promulganda cenſuit: *Ad debitum imponendum finem controverſiis, quæ inter Parochos, & Confraternitates Seculares, eorumque Capellanos, & Officiales ſuper juribus Parochialibus, & functionibus Eccleſiaſticis, nonnulliſque præeminentiis, ſeu prærogativis, frequenter exoriri ſolent*. Sed hæc utilitas minime ſequeretur, nec ullum finem haberent diſſidia, ſi poſtquam Sac. Congregatio conſtituit aliquid *non eſſe de juribus Parochialibus*, illud peragendum a Capellanis ſodalitatum non concederetur. Nam Parochi ſemper id impedire poſſent Capellanis ob eam cauſam quod illud quidem non eſt *de juribus mere Parochialibus*, ſed tamen adſcribitur inter functiones, quæ a ſolis Parochis exerceri debent. Idem prorſus contingeret, ſi poſt Decreta Noſtra *Urbis, & Orbis* anno 1703, liceret repetere contraria Decreta, quæ ante illud tempus edita fuerunt, cum Sacra Congregatio poſt diuturnum, & accuratum examen aliqua ex ipſis penitus abrogaverit, alia vero confirmarit, & alia nova condiderit, ut priſtinis controverſiis optatus finis, certaque in poſterum norma ſuper hac re ſtatueretur.

Accedit, quod diſcrimen inter jura Parochialia, & Parochiales functiones ſatis adverterunt Conſiſtoriales Advocati, quos *pro veritate* conſulendos accivit S. Congregatio. Idem prorſus Cardinalis Colloredus cauſæ relator, & Sacra ipſa Congregatio in ſuis decretis cognoverunt. Nam Sardinius poſt explicata jura Parochialia, ad recenſendas Parochiales functiones deſcendit: *Jura vero quæ honorifica ſunt, & præeminentialia, & quæ vere, & proprie verſantur circa functiones Eccleſiaſticas, improprie dictas functiones Parochiales, diſtinguuntur a juribus Parochialibus, & ea ſunt, quæ in earum exercitio præſeferunt quamdam honorificentiam, & præeminentiam in Parocho*. Bottinius etiam collegæ ſui ſententiam ſequutus eſt: *Et primo quidem certa, & indubitata videtur principalis Domini mei Advocati Sardinii diſtinctio inter functiones, & jura mere Parochialia, & alias functiones pure Eccleſiaſticas*. Poſt hæc affirmat a Capellanis etiam ſodalitatum has functiones exerceri poſſe, ſi ipſæ ſodalitates templis Parochialibus addictæ non fuerint, etiamſi intra limites Parochiæ conſtituantur; ea tamen adjungitur conditio, nempe, ſi exercitium illarum functionum juribus Parochialibus minime adverſetur. Idem quoque diſcrimen perſpexit Cardinalis Colloredus cauſæ relator, quemadmodum ex verbis ipſius ſuffragii deſumitur apertiſſime, neque revocari in dubium poteſt, quin Sacra Congregatio cognitum illud diſcrimen habuerit, uti conſtat ex ſecunda quæſtione: *An benedictiones mulierum poſt partum, Fontis Baptiſmalis, Ignis, ſeminis, ovorum, & ſimilium, ſint de juribus mere Parochialibus?* Cui ſane reſpondit: *Negative*, nempe inter jura Parochialia non eſſe adſcribenda: *ſed benedictiones mulierum, & Fontis Baptiſmalis fieri debere a Parocho*, cum hæc munera ſolis Parochis conveniant. Inſuper octavæ quæſtioni: *An celebratio Miſſæ ſolemnis feria quinta in Cœna Domini ſit de dictis juribus Parochialibus?* Pari modo Sac. Congregatio reſpondit; *Negative, prout jacet, ſed ſpectare ad Parochos*.

Quare, ſi illis, qui Decreta condiderunt, ignotum haud fuit diſcrimen inter ju-

Digitized by Google

res, aut Capellani, ſed omnes omnino, qui Parochiam incolebant, ad Parochialem Eccleſiam convenire, neceſſe habebant, ibique Sacris omnibus intereſſe. *Solis qui dicitur die* (ne pigeat toties audire S. Juſtinum de hac re) *omnium ſive agros, ſive Urbes incolentium IN ID IPSUM FIT CONVENTUS, & commentaria Apoſtolorum, aut ſcripta Prophetarum leguntur, quoad licet per tempus. Deinde, ubi Lector deſiit; IS QUI PRÆ-*

EST

---

jura Parochialia, & Parochialia munera, quanam ratione affirmari poteſt conceſſum fuiſſe tamquam munus Parochiale, quod negatum fuit tamquam jus Parochiale?

Sacta Congregatio quæſtioni quintæ reſpondit haud eſſe *de juribus Parochialibus* benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, ignis, ſeminis, ovorum; neque enumeranda inter Parochorum jura per annum ſolemnia ſacra, Divinæ Euchariſtiæ expoſitionem per 40 horas, *& benedictionem ſuper populo*. Poſtremo hæc omnia congerens quæſt. 13: *An Functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto, ad duodecimum expreſſæ, peragi poſſint in Oratoriis contradicente Parocho*: reſpondit his verbis: *Satis proviſum in ſuperioribus*, ex quibus ſatis oſtendit has functiones exerceri poſſe a Capellanis in Eccleſiis, & Oratoriis a Parochia ſejunctis, licet ipſius Pasochiæ limitibus contineantur.

Hujus rei veritas ex eo potiſſimum comprobatur, quod ſacra Congregatio, ſi aliter res intelligenda foret, controverſiis nullum finem ſtatuiſſet, quod unum maxime contendebat. Accedit etiam, quod Conſiſtoriales Advocati *pro veritate* conſilium ferentes, aſſeruerunt, nullum a Parochis impedimentum afferri poſſe, ne functiones illæ in aliis Eccleſiis indicantur, quamvis intra Parochiæ ſuæ limites poſitæ fuerint. Tum quidem Cardinalis Colloredus cauſæ relator contrarium ſe præbuit, monuitque ſuffragio ſuo reſponſurum ſe fore, *Negative*, ob hanc cauſam: *Non ſolum, quia Parochus repugnat, ſed quia Privata Oratoria his functionibus exercendis idonea non ſint*; ſed reſpondit: *Satis proviſum in ſuperioribus*. Ex quo ſatis patet aſſenſiſſe opinioni, quam Conſiſtoriales Advocati protulerant: & cum antea reſpondiſſet *haud eſſe de juribus Parochialibus* eaſdem functiones, aperte docuit illas inſtitui poſſe in Eccleſiis, & Oratoriis Sodalitatum a Parochia diſcretis, licet ipſius limites non excedant.

Sed omiſſis priſtinis Decretis, certiſſimum eſt, quod Sacræ Congregationes, cæterique Judices, Romæ in cauſis propoſitis poſt Decreta, de quibus verba facimus, perpetuo decreverunt, eas functiones peragi licere in Eccleſiis, & Oratoriis Confraternitatum, niſi vetuſta conſuetudo, aut leges Diœceſanæ Synodi id prohibeant, quemadmodum in noſtris etiam Decretis admonetur. Porro id magnopere argumentum, de quo agimus, confirmat.

Sed qui cauſam hujus opinionis penitus inveſtigare cupiat, libros evolvat de iis pertractantes, quæ Parochiali Eccleſiæ tribuenda ſunt ab aliis Eccleſiis, quæ ab illa disjunctæ ſunt, ſed ipſius limitibus includuntur. *Caput final. de Offic. Archidiacon.* decernit, Eccleſias poſitas intra limites Parochiæ ipſi nequaquam ſubeſſe, niſi forte de perſolvendis juribus Parochialibus agatur; ſi aliquid aliud ſibi repetat Parochia, cauſas, ac rationes ſuæ petitionis afferre debet. Id quoque monuit Altovitus Sacræ Congregationis Concilii Secretarius cum die 5 Martii anno 1689, cauſa *Bononienſis Jurium Parochialium*, propoſita fuiſſet, quæ nullum tunc reſponſum habuit: *Opus eſt* (inquit) *præmittere tanquam principium indubitatum, non ſolum ab hac Sacra Congregatione in Romana Funerum 10 Januarii 1682, & in Forolivien. 18 Novembris 1684, & in Nonantulana 13 Januarii 1685, verum etiam a Rota coram Coccino deciſ. 2089, numer. 3, & ſeqq. Eccleſias licet fundatas intra li-*

EST, admonitionem, & adhortationem ad res tam præclaras imitandas ſuſcipit. Poſtea omnes conſurgimus, ac preces emittimus, atque ut jam diximus, ubi deſtimus precari, panis affertur, vinum & aqua, & QUI PRÆEST, pre-

mites, Eccleſiæ Parochialis non eſſe huic ſubjectas, niſi quod ad jura Parochialia, ſecus autem quoad alia. Idem Romanæ Rotæ Judices ſanxerunt. At Scriptores etiam non prætermittunt enumerare, quænam jura Parochialia reipſa cenſeantur. Illorum veluti princeps fuit Abbas *in Rubrica de Parochis num.* 2, qui tradit inter jura Parochialia illud primum locum tenere, ut diebus feſtis ad Parochiam accedat Populus, ubi Miſſæ ſacrificio interſit. Id tamen conſilium potius, quam præceptum nunc exiſtimatur. Secundo, ut populus e manu ſui Parochi Sacramenta percipiat. At nunc Euchariſtiam in Paſchate, Viaticum graviter ægrotantibus, Extremam Unctionem, & Matrimonii Sacramentum ſolus Parochus adminiſtrat, uti præcipit Tridentina Synodus. Tertio, ut Fideles in ſua quiſque Parochia poſt mortem ſepeliantur, niſi proprium alio loco familiæ ſepulchrum habeant, aut tumulum ſibi in alia Eccleſia non deſignaverint. Tunc autem pro Conſtitutionibus, & conſuetudine Diœceſum quædam Parocho emolumenta conferenda jubentur. Quarto, ut Parochiæ ſolvantur decimæ, & oblationes, quæ juxta leges, & inſtituta Diœceſum indicuntur. Hæc ſane omnia *ex allata Coccini deciſione* ſumuntur. Certum eſt, præter hæc jura Parochialia functiones quoque alias recenſeri, quæ cum iiſdem juribus ita implicitæ, & connexæ ſunt, ut ſoli Parocho liceat ipſas in ſua ditione exercere. *Domini procedendum eſſe cum diſtinctione cenſuerunt: quatenus enim bujuſmodi jus privativum exercendi functiones Eccleſiaſticas reſpicit eas, quæ ſunt de jure Parochiales, ſane diverſimode judicari non poteſt, quam favore ipſius Parochi, ad quem proculdubio privative quoad quemcumque Rectorem alterius Eccleſiæ, vel Oratorii, intra fines ſuæ Parochiæ exiſtentis, earum exercitium ſpectat.*

Sed paulo poſt hæc ſuperadduntur: *Quatenus vero ad alias extendi prætendatur functiones, quæ Parochiales non ſunt, ſed mere Sacerdotales, utique nullum Parochus jus habet eas prohibendi Rectori alterius Eccleſiæ, niſi ita ex aliquo privilegio, aut pacto in fundatione poſito ſtatutum eſſe docuerit.*

Reſtat igitur, ut exponamus, quænam Parochiales, aut Sacerdotales functiones appellari debeant. Porro id explicari nequit alio modo, quam ex Decretis editis anno 1703, quibus declaratur Sacerdotale id eſſe cenſendum, quod non Parochiale decernitur: illud autem concedi etiam Rectoribus aliarum Eccleſiarum, & Capellanis Sodalitatum, quamvis ipſarum Eccleſiæ Parochiæ limitibus comprehendantur: *Quales vero* (ita proſequitur eadem Sacræ Rotæ ſententia), *& quot ſint iſtæ functiones, quæ Parochiales dici non debent, ſed Sacerdotales, Domini non exiſtimarunt ſingulariter explicare; cum ſatis illæ pateant, ex prædictis generalibus Decretis Sacræ Congregationis Rituum Urbis, & Orbis anno 1703 a Sanctiſſimo approbatis.* Numero autem decimo hæc habentur. *Hujuſmodi vero Decreta a Sanctiſſimo Domino Noſtro ſubinde confirmata, tamquam leges in quocumque Tribunali recepta jam ſunt, & præſertim in hoc noſtro.*

DECRETA.

Idem pag. 281.

Congregationis Sacrorum Rituum circa jura Parochialia, Functiones, & præeminentias inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumque Capellanos, & Officiales.

Ur-

preces; & gratiarum actiones totis viribus emittit, & populus acclamat: Amen: & eorum, in quibus gratiæ actæ ſunt, diſtributio fit, & communi-

Urbis, & Orbis.

Ad debitum imponendum finem controverſiis, quæ inter Parochos, & Confraternitates ſæculares, earumque Capellanos, & Officiales ſuper juribus Parochialibus, & functionibus Eccleſiaſticis, nonnulliſque præeminentiis, ſeu prærogativis frequenter exoriri ſolent, in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentiſſimo Domino Cardinale Colloredo, propoſitis infraſcriptis dubiis, videlicet:

I. *An Confraternitates Laicorum legitime erectæ in Eccleſiis Parochialibus habeant dependentiam a Parocho in explendis Functionibus Eccleſiaſticis non Parochialibus?*

II. *An dictæ Confraternitates erectæ in Capellis, vel Oratoriis tum publicis, tum privatis, annexis Parochialibus Eccleſiis, & ab eis dependentibus, habeant dictam dependentiam a Parocho quoad dictas functiones?*

III. *An Confraternitates erectæ in aliis Eccleſiis publicis habeant, quoad eaſdem functiones, aliquam dependentiam a Parocho, intra cujus Parochiæ limites ſitæ ſunt Eccleſiæ?*

IV. *An Confraternitates erectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis, ſejunctis ab Eccleſiis Parochialibus, quoad dictas functiones Eccleſiaſticas habeant dictam dependentiam a Parocho?*

V. *An benedictiones, & diſtributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum ſint de juribus mere Parochialibus?*

VI. *An benedictiones mulierum poſt partum, Fontis Baptiſmalis, Ignis, Seminis, Ovorum, & ſimilium ſint de juribus mere Parochialibus?*

VII. *An functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ ſint de juribus mere Parochialibus?*

VIII. *An celebratio Miſſæ ſolemnis feria quinta in Cœna Domini, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

IX. *An prima pulſatio campanarum in Sabbato Sancto, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

X. *An celebratio Miſſarum ſolemnium per annum ſive pro vivis, ſive pro defunctis, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

XI. *An expoſitio Quadraginta Horarum, & benedictio, quæ fit ſuper populo, ſit de dictis juribus mere Parochialibus?*

XII. *An expoſitio, quæ fit cum Reliquiis, vel ſacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis fit ſuper Populo, ſit de dictis juribus Parochialibus?*

XIII. *An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto ad duodecimum expreſſæ, peragi poſſint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho?*

XIV. *An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres ſtatis horis recitari poſſint Horæ Canonicæ cum cantu, vel ſine, abſque alia licentia Parochi?*

XV. *An in dictis Oratoriis privatis ſit licita celebratio Miſſæ privatæ, aſſentiente Ordinario Loci, & contradicente Parocho?*

XVI. *An Capellani Confraternitatum poſſint populo denunciare Feſtivitates, & Vigilias occurrentes in hebdomada abſque licentia Parochi?*

XVII. *An Parochus, invitis Confratribus, docere poſſit Doctrinam Chriſtianam in prædictis Eccleſiis, & Oratoriis publicis, & privatis a Parochiali diviſis, & ſeparatis?*

XVIII. *An in ſæpedictis Eccleſiis publicis Confraternitatum poſſint haberi publicæ Conciones, etiam per totum curſum Quadrageſimæ, vel Adventus cum licentia Ordinarii, & abſque licentia Parochi?*

XIX. *An in eiſdem Eccleſiis poſſit celebrari Miſſa, ſive lecta, ſive cantata, ante Miſſam Parochialem, ſive lectam, ſive cantatam?*

XX. *An ad Parochum ſpectet facere officium funebre ſuper cadaveribus ſepeliendis in prædictis Eccleſiis, & Oratoriis pu-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

nicatio unicuique præſentium, & abſentibus per Diaconos mittitur. Hæc ſæculo II. Neque ab hac avita diſciplina per plura poſtea ſæcula diſceſ-

---

publicis Confraternitatum ?

XXI. *An intra ambitum earundem Eccleſiarum fieri poſſint Proceſſiones juxta cujuſque Confraternitatis inſtitutum abſque interventu, & licentia Parochi ?*

XXII. *An eædem Proceſſiones fieri poſſint extra ambitum dictarum Eccleſiarum, abſque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium tranſeundum eſt?*

XXIII. *An in dictis Proceſſionibus Capellani Confraternitatum poſſint deferre Stolam ?*

XXIV. *An Epiſcopo accedenti ad Eccleſias publicas Confraternitatum, quæ non ſint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum ſit adſperſorium a Parocho, in cujus territorio ſunt ſitæ dictæ Eccleſiæ ?*

XXV. *An earumdem Eccleſiarum, & Confraternitatum Rectores, & Capellanos poſſit Parochus, ceſſante alio ſpeciali, ac legitimo titulo, & ex ſolo jure Parochialitatis, compellere invitos ad aſſiſtendum Functionibus Eccleſiæ Parochialis?*

XXVI. *An in ſæpedictis Eccleſiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus retineri poſſit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſine ſpeciali Indulto Sedis Apoſtolicæ?*

XXVII. *Præſuppoſita facultate retinendi, an poſſit infra annum publice exponi ſine licentia Ordinarii ?*

XXVIII. *An poſſit Parochus ſe ingerere in adminiſtratione oblationum, vel eleemoſynarum in ſæpedictis eccleſiis recollectarum, vel capſulæ pro illis recipiendis expoſitæ clavem retinere?*

XXIX. *An in Eccleſia Parochiali Confratres, vel eorum Capellani immiſcere ſe valeant invito Parocho, in ejuſdem Eccleſiæ functionibus, ſive Parochialibus, ſive non Parochialibus?*

XXX. *An Confraternitates, ſive ſint erectæ in Eccleſia Parochiali, ſive extra illam, poſſint pro libito, & juxta uniuſcujuſque peculiaria ſtatuta, Congregationes ſuas facere abſque interventu, vel licentia Parochi ?*

XXXI. *An poſſint propria bona adminiſtrare, ac de illis diſponere, abſque ulla dependentia a Parocho?*

XXXII. *Quando Parochus eiſdem Congregationibus interſit de mandato Ordinarii, & tanquam ejus delegatus, an poſſit ſuffragium deciſivum ferre? & quatenus affirmative ?*

XXXIII. *An etiam ſuffragium duplex?*
Sacra eadem Rituum Congregatio re mature diſcuſſa reſpondendum eſſe cenſuit.

Ad Primum affirmative.

Ad Secundum affirmative,

Ad Tertium negative.

Ad Quartum negative.

Ad Quintum negative.

Ad Sextum negative; ſed benedictiones mulierum, & Fontis Baptiſmalis fieri debere a Parochis.

Ad Septimum negative, pro ut jacet.

Ad octavum negative, pro ut jacet; ſed ſpectare ad Parochos.

Ad Nonum negative, pro ut jacet, ſed ſpectare ad Eccleſiam digniorem, ad formam Conſtitutionis Leonis X, 22, §. 14.

Ad Decimum negative, pro ut jacet; ſed licere Confratribus dumtaxat in feſtivitatibus ſolemnioribus ejuſdem Eccleſiæ vel Oratorii, ut in Brunduſina ſub die 1 Junii 1601.

Ad Undecimum negative.

Ad Duodecimum negative: & quoad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus ſerventur Decreta.

Ad Decimum tertium, ſatis proviſum in ſuperioribus.

Ad Decimum quartum affirmative; niſi aliter Ordinarius ſtatuat ex rationabili cauſa.

Ad Decimum quintum affirmative.

Ad Decimum ſextum affirmative.

Ad Decimum ſeptimum negative.

Ad

ſceſſum fuit. Nam Concilium Eliberitanum anno 306, Sardicenſe anno 347, Quiniſextum anno 692, Nannetenſe anno 896, ſtatuerunt, ſanxerunt, edixerunt, ut Chriſtiani omnes *Miſſæ* (quo nomine cunctas ſacras functiones antiquitus (*b*) comprehenſas fuiſſe ſcimus) Parochiali intereſſe deberent. *Memini* (inquit Oſius Epiſcopus in Concilio Sardicenſi can. 14, Tom. I Concil. Hard. col. 648.) *Fratres noſtros conſtituiſſe, ut ſi quis Laicus in ea, in qua commoratur, Civitate tres Dominicos dies, id eſt per tres hebdomadas NON CELEBRASSET CONVENTUM, communione privaretur. Si quis* (Concil. Quiniſext. can. 8.) *in Civitate agens tribus diebus Dominicis, in tribus Septimanis, una non conveniat, ſi ſit quidem Clericus, deponatur; ſi vero Laicus, ſegregetur. Dominicis, & Feſtis diebus* (Concil. Nannet. can. 1.) *Presbyteri, antequam Miſſas celebrent, interrogent plebem, ſi alterius Parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto Presbytero, ibi Miſſam velit audire; quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſia eiiciant, & ad ſuam Parochiam redire compellant.*

§. III. Hic mos tam ſanctus, qui, uti Parochos ad Parochiales Functiones obeundas, ita Parochianos ad eas frequentandas compellebat, cum Concilii Tridentini temporibus prope jam obſoleviſſet, illum, quoad illorum temporum ferebat calamitas, exſuſcitare conati ſunt Sanctiſſimi illi Patres Seſſ. XXII, in Decret. de Obſerv. & evitand. in celebrat. Miſſ. *Epiſcopi moneant populum, ut frequenter ad ſuas Parochias ſaltem diebus Do-*

Ad Decimum octavum affirmative.

Ad Decimum nonum negative: niſi aliter Epiſcopus diſponat.

Ad Vigeſimum affirmative, quando tumulandus eſt ſubjectus Parocho, intra cujus fines eſt Eccleſia, vel Oratorium.

Ad Vigeſimum primum affirmative.

Ad Vigeſimum ſecundum negative; niſi adeſſet licentia Epiſcopi.

Ad Vigeſimum tertium negative, extra propriam Eccleſiam.

Ad Vigeſimum quartum negative.

Ad Vigeſimum quintum negative.

Ad Vigeſimum ſextum negative.

Ad vigeſimum ſeptimum negative.

Ad Vigeſimum octavum negative.

Ad vigeſimum nonum negative.

Ad Trigeſimum affirmative, dummodo non impediant functiones, & divina Officia.

Ad Trigeſimum primum affirmative.

Ad Trigeſimum ſecundum negative.

Ad Trigeſimum tertium negative.

Et ita, ſalvis tamen conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forſan factis, concordiis inter partes initis, & a Sancta Sede approbatis, Indultis, Conſtitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, conſuetudinibus immemorabilibus, vel ſaltem centenariis, declaravit, ac decrevit, ſi Sanctiſſimo Domino noſtro videbitur.

Die Decima Decembris 1703.

(b) Selvagius. Antiq. Chriſtian. Inſtitut. Lib. II, Cap. VI, §. 3, num. 7, pag. 40. Miſſa pro tota Liturgia accipi conſuevit & ſingulas publici divini cultus partes complectente: quo ſenſu plurali numero ſæpius uſurpata invenitur, vel quia duplex vulgo diſtingueretur Miſſa *Catechumenorum & Fidelium*, vel quia ejus nomine omnia divina officia, omniſque Sacramentorum adminiſtratio intelligeretur. Hinc in Regula S. Benedicti de Sacerdote ad habitum, & ad Profeſſionem recepto ſtatuitur: Concedatur ei poſt Abbatem ſtare, & benedicere, & Miſſas tenere; id eſt Sacrum celebrare, & Sacramenta admini-

Dominicis, & majoribus Feſtis accedant. Id ipſum urſerunt etiam Leo X, anno 1527, Gregorius XIII, anno 1572, Clemens VIII, anno 1592, ac plures Provinciales Synodi ſummo cum ſtudio hanc in rem connixæ ſunt (*c*). Sed ad ſpem non reſpondit eventus.

§. IV.

---

niſtrare. Adhæc in Synodis Agathenſi, Can. XXI, & Bracarenſi I, Can. XVI, Miſſas tenere idem eſt, ac Miſſas, ſive univerſam Liturgiam celebrare, eique intereſſe.

(c) Natalis Alexand. Theolog. Mor. Tom. I, de Sacrament. Euchariſt. Lib. II, cap. VI, Art. V, Reg. X, pag. 826. Ex ſtatutis Synodalibus Eccleſiæ Rothomagenſis anno 1344. „ Parochianus exiſtens in „ Parochia, ſi tribus diebus Dominicis ad „ Miſſam non venerit, excommunicetur, „ & ſic frequenter in Eccleſiis publicetur. „ Item inquirat ſpecialiter a Pœnitentibus „ Parochianis, ſi venerint diebus Dominicis, & feſtivis ad ſuam matrem Eccleſiam Parochialem, cum ad hoc teneantur tam de jure divino, quam humano, „ tam naturali, quam poſitivo, & quod „ non ſint deterioris devotionis, quam Judæi, & Saraceni, qui in ſuis ſolemnitatibus Sabbatinis in ſuis conveniunt Synagogis: Quod ſi non venerint, prout „ tenentur, ipſam taliter in proſperitate „ contemnendo, debent merito formidare, „ ne ipſa ſua Parochialis Eccleſia ipſos, „ vel ſuos liberos deſpiciat in adverſitate, „ utpote in ſuis infirmitatibus, vel in morte. “

Ex Synodo Senonenſi anni 1524, Carnotenſi anni 1526, Pariſienſi anni 1557, quæ Promotoribus Epiſcopalis Fori denunciari jubent Parochianos, qui tribus diebus Dominicis continuis ſine cauſa juſta, & legitimo impedimento Miſſæ Parochiali defuerint.

Ex Concilio Narbonenſi anni 1551, Can. XXXVI. „ Præcipimus (*inquit*) Parochis „ omnibus, eorumque vicem gerentibus, „ e ſuggeſtu, ſive Throno Parochianos monere, Excommunicationis pœnam illis „ minitantes, ut unuſquiſque ad Miſſam „ Parochialem veniat, diebus præſertim „ Dominicis; & Domeſticos omnes ducat. “

Ex Concilio Rothomagenſi anno 1581, Tit. *De Curatorum, & Parochianorum Officiis*, Num. XXIII. „ Quoniam (*inquit*) „ videmus multos adduci ad præceptorum „ Eccleſiæ, & Miniſtrorum ejuſdem contemptum, non facile admittantur fundationes, & erectiones Capellarum, & „ Fraternitatum, in quibus ordinatur celebratio Miſſæ Dominico die, ea potiſſimum hora, qua populus univerſus convenire debet ad audienda divina præcepta Dei, & Eccleſiæ. In Miſſis vero „ Charitatum, atque aliarum Fraternitatum ab antiquo eo die conſtitutarum, „ nec Aqua, nec Panis benedicantur; & „ inter illarum Miſſarum ſolemnia moneantur non eſſe prætermittendas Miſſas Parochiales propter aſſiſtentiam in ea Miſſa, quæ ex devotione, & conſilio celebratur. Quiſquis vero Presbyter in alia „ Miſſa, quam Paræciali, Aquam, & Panem benedixerit, ſit ſuſpenſus a Divinis. “

Ex Concilio Burdigalenſi anni 1583, cap. V. „ Vetus etiam illud Decretum identidem denuntient, quo propoſita Excommunicationis pœna præcipitur, ne „ quis tribus continuis Dominicis a Parochialis Miſſæ celebratione abſit. Quod „ ut accuratius adhuc obſervetur, ſciſcitentur Confeſſarii a Pœnitentibus, an huic „ officio ſatisfecerint: & peccati gravitatem, ut ab eo in poſterum arceantur, „ ipſis proponant. “

Ex Concilio Turonenſi anni 1583, cap. XV. „ Sanctorum Patrum (*inquit*) antiqua Decreta renovantes, omnibus, & „ ſingulis Chriſti Fidelibus, ſuis Miſſis Paræcialibus, & aliis ſuarum Paræciarum „ Divinis Officiis, ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis intereſſe, diſtricte præ„ ci-

Digitized by Google

§. IV. Nam ea tempora conſequuta ſunt, quibus Miſſa Parochialis ſolitudine, ac viduitate ali videtur; eaque opinio pleroſque Chriſtianorum jam pervaſit, ſatis ſuo facturos muneri Parochianos, ſi vel in domeſticis Oratoriis, vel in Sodalitatum Sacellis feſtis diebus Miſſæ interſint. Huic

„ cipimus; a quibus ſi per tres dies Dominicos continue ſequentes illos abeſſe contingat, niſi legitimo impedimento retineantur, pœnas a Sacris Canonibus inflictas incurrere declaramus, quod illis ſui Rectores, & Confeſſarii ſæpius inculcare non omittant. Et ne prætextu Divinorum Officiorum, quæ in aliis Eccleſiis, quam Parochialibus, celebrari ſolent, revocari aut diſtrahi poſſint, Majorem Miſſam, & Veſperas in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Monaſteriis, poſt Paræciale Officium peractum, tantum debere inchoari decernimus: quod ut fiat commodius, Epiſcopi, ſeu eorum Officiales, ipſis Rectoribus, ſeu Paræcis certas horas, quibus Majorem Miſſam, & Veſperas in ſuis Eccleſiis celebrare teneantur, ita præſcribant, ut Paræcialibus Divinis peractis, ipſi Paræciani ad Cathedralem, & Collegiatas, aliaſque Monaſteriorum Eccleſias, ad Divina in his audienda, pro ſua devotione ſe transferre valeant. “

Ex Concilio Mediolanenſi VI, in quo *S. Carolus* Decreti a Concilio Tridentino editi de Parochiæ frequentatione a Fidelibus, diebus ſaltem Dominicis, aliiſque majorum Solemnitatum, executionem Monitoriis Litteris urget, & ad Miſſam Parochialem his diebus audiendam amantiſſime adhortatur, graviſſima incommoda, & mala ex hujus officii neglectu oriri docens. „ Hinc (*inquit*) in pleriſque ſæpe fidei Articulorum, & Dei, Sanctæque Matris Eccleſiæ præceptorum, quæ ad ſalutem conſequendam Chriſtianum hominem noſſe oportet, imperitia; feſtorum dierum cultus neglectus, debita Chriſtianæ pietatis opera non exculta; non cognita Chriſtiana familiarum inſtitutio; langueſcens Sacerdotum Parochorum omne officium, eorum aliquis con-

temptus, Sanctiſſimorum Inſtitutorum, & Sacrorum Canonum violatus uſus; hinc denique in Eccleſiis Parochialibus inſtaurandis, ornandis, ſartis tectiſque habendis cura multis ex partibus neglecta, in illiſque nulla, aut pene exigua Eccleſiaſtica ad Divina Officia obeunda ſupellex. “

„ Nec vero quemquam aliquod, quod vel ex Parochialis Eccleſiæ aliqua diſtantia, vel ex pluvia, frigore, æſtu, temporumve viciſſitudine exiſtit incommodum, ab hoc officio deterreat; immo vero ad illud diligentius exequendum, prout in Domino confidimus, ſe quiſque eorum accendant neceſſe eſt, qui ſalutis ſuæ memores, hujus rei gravitatem, eorum, quæ commemorata ſunt, rationes perpendent; quique aliquando ſecum animo reputabunt, non ſolum Parochialem Eccleſiam ſibi datam eſſe, in qua primum Baptiſmo ſuſcepto, Chriſto Domino renati aliis Sacramentis aluntur ad perpetuam ſalutem; ſed Parochum etiam Sacerdotem ſibi loco parentis eſſe debere, quem diligant, colant, atque obſervent; hoc ſibi proponentes, illum pro fidelibus ſibi commiſſis apud Deum internuncium, ac deprecatorem eſſe, Divinæ Legis interpretem, Diſpenſatorem Myſteriorum Dei, Chriſtianæ vitæ, & morum diſciplinæ Magiſtrum, a quo omne petant pie, recteque agendi conſilium, ac denique Miniſtrum omnium fere, quæ ad ſalutem eis neceſſaria ſunt. “

„ Huic autem noſtræ Monitioni, etſi omnes pro præcipua ſalutis ſuæ cura audientes eſſe debent, in primis tamen patres familias, tutores, curatores, ludimagiſtros, ceteroſque aliorum moderationi, curationive præfectos cohortamur divinaque conteſtatione admonemus, ut de

Digitized by Google

Huic opinioni tam longe, lateque pervagatæ anſam præbuere Sylveſter V. *Miſſa* part. II, qu. V, Navarus Manual. cap. 31, n. 5, Trullenchius Tom. I, Lib. III, Cap. I, Barboſa Cap. XI, num. 14, Suareſius Tom. I de Relig. Rodriguez Tom. I, qu. 43, Fagundez Lib. II, Cap. I, Bonacina, aliique plurimi Decretaliſtæ, ac Caſuiſtæ, quibus verba Leonis X *(d)*, & Cle-

---

ſua, & aliorum, quotum curam gerunt, ſalute ſoliciti, primum ipſi hæc paterna Monita amplectantur, tum illos etiam crebris cohortationibus ad illa exequenda inflamment, idque curent, ut non ſolum Miſſæ, & Divinorum Officiorum tempore illi in Parochialem Eccleſiam conveniant; verum etiam, ut inſtitutas in ea Doctrinæ Chriſtianæ ſcholas ſtatis illis diebus frequentent. “

Ex Comitiis Generalibus Cleri Gallicani habitis annis 1625, 35, & 45, quæ Fideles una ſaltem ex tribus Dominicis Miſſæ Parochiali adeſſe teneri, & a Prælatis Eccleſiaſticis, ut id officinm impleant, cogi poſſe, declarant: Regularibus prohibitum, ne Fideles Concionibus, doctrina, conſiliis a Miſſa Parochiali avertant, & ne Conciones habeant; Supplicationes, ſolemnes Congregationes, aut publicos Couventus in ſuis Cœnobiis, quo tempore Miſſa Patochialis celebratur.

Ex Judicio Cenſorio Sacræ Facultatis Pariſienſis, quæ plurimas inter Propoſitiones, die tertia Februarii 1665, ad ſe delatas, & damnatas, hanc quoque confixit, ut *Falſam, & Decreto Concilii Tridentini contrariam*, quæ verbis his expreſſa erat: „ Populus Chriſtianus vi Tridentini Concilii cogi non poreſt per Cenſuram, & pœnam Eccleſiaſticam, ut Dominicis diebus Miſſam Parochialem audiat. “

Clerus etiam Gallicanus in Generali Conventu anni 1700, ſeqnentes Propoſitiones damnavit.

„ Nullus in Foro conſcientiæ Parochiæ ſuæ intereſſe tenetur, nec ad audiendum verbum Dei, divinam Legem, fidei rudimenta, morumque doctrinam, quæ ibi in Cathecheſibus annunciantur, & docentur. “

„ Talem legem in hac materia nec Epiſcopi, nec Concilia Provinciarum, nec Natiouum ſancire, nec delinquentes aliquibus pœnis, aut Eccleſiaſticis Cenſuris mulctare poſſunt. “

„ Plebs virtute Concilii Tridentini cogi non poreſt Cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ut eat ad ſuam Parochiam ad audiendam Miſſam (Parochialem ſcilicet). “

De his autem Propoſitionibus Reverendiſſimus, & Illuſtriſſimus Ordo ita judicavit: „ Harum Propoſitionum doctrina falſa eſt, temeraria, ſcandaloſa, jam a Clero Gallicano graviter condemnata, ſacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Apoſtolicæ Traditioni contraria, dicente Apoſtolo (*Hebr. X*, 25.): Non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibusdam. “

(d) Leo X Conſtitutione edita die 13 Novembris 1517, diſerte ait: „ Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, notum facimus, omnes Chriſtifideles, qui, non contempto proprio Sacerdote parochiali, in Eccleſiis Fratrnm Ordinum Mendicantium, Dominicis, & Feſtis Diebus Miſſas audiunt, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec in aliquam labem mortalis peccati, pœnamve incurrere. “

Clemens VIII in Brevi, quod incipit *Significatum*, dato anno 1592, hæc ſtatuit: „ Præſenti noſtro Decreto ſancimus, ſecularibus univerſis libere Miſſas diebus Dominicis, & aliis majoribus Feſtis audire in Eccleſia tam Fratrum Prædicatorum, quam aliorum Mendicantium, nec non etiam ſocietatis Jeſu, licite poſſe, dummodo in contemptum parochialium Eccleſiarum non faciant. “

S. Pius

Digitized by Google

& Clementis VIII, *non contempto proprio Sacerdote Parochiali, dummodo in contemptum Parochialium Eccleſiarum non faciant*, viſa ſunt Parochianis facultatem largiri ubilibet Sacrum audiendi etiam diebus feſtis, modo abſit *formalis* contemptus, & deſpicientia. At Leo X, & Clemens VIII, hanc ſuam loquendi rationem mutuati ſunt ab Synodo Nannetenſi, apud quam verba illa, *proprio CONTEMPTO Presbytero*, nihil aliud ſonant quam *proprio NEGLECTO Presbytero*, qui ab iis negligi cenſebatur, qui ſemel, bis, ter ab Miſſa Parochiali abeſſe non verebantur. Quanto igitur magis Parochum ſuum contemnere dicendi ſunt ii, qui nunquam, aut fere nunquam Parochiali Miſſæ adeſſe ſolent (*e*)? Interea hæ tot tantorum.

que

S. Pius V ſuis Apoſtolicis Litteris, datis XVII Kalend. Septembris 1567, definivit: „ Chriſtifideles audiendo Miſſas in „ Eccleſia Fratrum hujuſmodi, diebus Do- „ minicis, aut Feſtivis, præcepto Eccle- „ ſiæ de illis audiendis ſatisfeciſſe cenſean- „ tur. “ Sed hæc Pii V Conſtitutio revocata fuit a Gregorio XIII, Conſtit. *Cum in tanta rerum*.

(e) *Litteræ Monitoriales S. Caroli Borromæi de conveniendo ad propriam Parochiam*.

Fuit olim tanti apud antiquos Patres frequens ille in Eccleſiam propriam Parochialem conventus, ut ad hanc diſciplinam populi Chriſtiani inſtitutioni valde accommodata retinendam certis decretis cautio aliqua adhibita ſit. *Primo* enim hoc juſſum eſt, ut Dominicis feſtiſque diebus Parochi, antequam Miſſam celebrent, plebem interrogent, an alterius Parochiæ Fidelis adſit, qui proprio contempto Presbytero ibi Miſſam audire velit; quem ſi invenerint, ſtatim inde ejiciant, & in Parochialem ſuam Eccleſiam ad Miſſam audiendam redire compellatur. *Deinde* illud plane vetitum fuit alienæ Parochiæ fidelem a Parocho ad Miſſam non recipi, niſi in itinere fuerit, & placitum ibi habuerit. Cujus diſciplinæ reſtituendæ, in uſumque revocandæ deſiderio flagrans olim Summus Pontifex Urbanus VI, eo de genere Apoſtolica ſanctione diligentiſſime cavit, & nuper ſacra Tridentina Synodus Œcumenica ab Epiſcopis fideles non ſolum hæc moneri voluit, ut frequenter ad proprias Parochiales Eccleſias ſaltem Dominicis diebus, Feſtiſque majoribus accedant, ſed illud etiam diligenter oſtendit, unumquemque teneri, ubi commode fieri poteſt, Parochiæ ſuæ intereſſe ad audiendum verbum Dei. Ac proinde id præterea ſtatuit a Parochis, animarumque Curatoribus inter Miſſarum Solemnia aliquid ex iis, quæ in Miſſa leguntur, exponi, & ſanctiſſimi illius Sacrificii miſterium aliquod explanari: plebes ſibi commiſſas ſalutaribus verbis paſci, eaſdemque doceri, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, in lege Domini erudiri, & ſacra eloquia illis explanari, tum in unaquaque Eccleſia Parochiali pueros Fidei rudimentis inſtrui.

Proſequuntur dictæ litteræ oſtendendo, qui fructus proveniant ex Parochianorum præſentia ad Miſſam Parochialem.

His igitur ejuſdem Tridentinæ Synodi decretis, & vereri ſalutari exemplo adducti; cum populum Urbis, Diœceſis, Provinciæque Mediolanenſis noſtræ rebus ad ſalutem neceſſariis inſtructum per bona opera ad præmium ſempiternum perducere ſummopere in Domino cupiamus; Hac noſtra monitione eos univerſos, & ſingulos cohortamur, & per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti obſecramus atque obteſtamur, ut quamvis in vicinis oppidis, & ſuburbiis, oratoria, capellas, aliaſve Eccleſias habeant, ubi Sanctiſſimo Miſſæ Sacrificio intereſſe poſſint, frequenter tamen, Domi-

que Doctorum ſententiæ pro quadam lege receptæ ſunt (*f*), maluntque mo-

nicis ſaltem, aliiſque ſolemnibus feſtis diebus ad ſuam quique Parochialem Eccleſiam conveniant, ubi a Parocho, cui eorum cura commiſſa eſt, verbo Dei paſcantur, Fidei Chriſtianæ rudimentis, aliiſque animarum ſaluti neceſſariis præceptis erudiantur, ad Sanctiſſima Sacramenta religioſius percipienda inſtruantur, ad eorumque frequentem uſum, ut illa Sacra Synodus optat, paternis ejus cohortationibus in dies magis inflammentur, tum ab eodem item audiant, qui dies feſti (ſi qui in hebdomadam inciderint) colendi, quæ vigiliæ, jejuniave ſervanda ſint.

Diſcant ab ipſo item, quæ Chriſtianæ pietatis officia in illis religioſe colendis præſtari oporteat, ac quæ præterea ſupplicationes, proceſſiones, aut ſtationes, orationes, indulgentiæ, Jubilæa indicantur, quæ matrimoniorum denuntiationes fiant, quæ iſta pro ratione temporum admonitu, juſſuque Epiſcopali ad diligentiorem eorum inſtitutionem promulgentur. His atque adeo aliis fructibus, quæ ex Paternis Parochi vel in cohortando, vel in monendo officiis exiſtunt, eos carere continget, qui ad Miſſam iis diebus in ſuam Parochialem Eccleſiam non conveniunt.

Quæ autem incommoda proveniant ex abſentia Miſſæ Parochialis indicant dictæ litteræ.

Immo vero quod hoc audiendæ illis diebus Miſſæ Parochialis munus a Fidelibus minime diligenter præſtatur, & a quibuſdam plane negligitur, multa incommoda inde exiſtunt. Hinc in pleriſque ſæpe Fidei articulorum, & Dei, ſanctæque Matris Eccleſiæ præceptorum, quæ ad ſalutem conſequendam Chriſtianum hominem noſſe oportet, imperitia, feſtorum dierum cultus neglectus, debita Chriſtianæ pietatis opera non exculta, non cognita Chriſtiana familiarium inſtitutio, langueſcens Sacerdotum Parochorum omne officium, eorum aliquis contemptus, ſanctiſſimorum inſtitutorum, & Sacrorum Canonum violatus uſus, hinc denique in Eccleſiis Parochialibus, quæ a majoribus tanto pietatis ſtudio exædificatæ ſunt, inſtaurandis, ornandis, ſartis, tectiſque habendis, cura multis in partibus neglecta, in illiſque nulla, aut pene exigua Eccleſiaſtica ad Divina Officia obeunda neceſſaria ſupellex. His tot, tantiſque malis, atque incommodis unuſquiſque occurrere ſtudeat, id diligenter exequendo, quod Sanctorum Patrum ſuadet auctoritas, quod Tridentina Synodus moneri jubet, quod ex illius juſſu nos de uniuſcujuſque veſtrum ſalute ſoliciti paternis vicibus cohortamur, & monemus in Domino.

(*f*) Ex Mſſ. Anonym. Una terza Claſſe di Legislatori ſonoſi intruſi nelle Chieſe, e queſti ſono li Decretaliſti, ed i Caſiſti. Siccome i Giuriſconſulti, ed i Prudenti colle loro Riſpoſte hanno formato una gran parte del Gius Civile, così i Decretaliſti colle loro interpretazioni hanno formato una gran parte delle oſſervanze Eccleſiaſtiche. Nel Gius Civile, allorchè ſi trovava nelle Leggi qualche ambiguità, ovvero oſcurità, ſi conſultavano i Prudenti, oſſia i Giuriſconſulti, e ſi concludeva eſſere il vero ſenſo delle Leggi quello, che da eſſi Prudenti, o dalla maggior parte di eſſi veniva approvato, e dove mancavano le Leggi, ſupplivano i Giuriſconſulti colle loro riſpoſte tratte (dicevano eſſi) dall' equità. Quindi nacquero alcune regole nel Gius Civile non procedenti da alcuna Legge, o Decreto, ma ſolo dalle opinioni de' Giure-Conſulti, come fu l' origine de' Codicilli, il diſeredare i Poſtumi, le ſoſtituzioni Pupillari, le Donazioni tra Marito e Moglie, le querele del Teſtamento inofficioſo &c. le quali ottennero quaſi forza di Legge per il nome degli Autori, e poſcia rimaſero compreſe nelle altre Conſtituzioni del Gius Civile. Lo ſteſſo è avvenuto nel Gius Eccle-

Digitized by Google

modo cum hiſce Eccleſiaſticæ diſciplinæ Novatoribus errare, quam cum Conciliorum canonibus, Maximorumque Pontificum oraculis vere ſentire.

QU.

eleſiaſtico, in cui le Interpretazioni, le Chioſe, e le Opinioni de' Dottori ſono divenute un Loco Teologico, (non ſi parla dell' autorità de' SS. Padri, e Dottori della Chieſa, la quale ſi venera, ma de' Dottori Decretaliſti, e Caſiſti) da cui ſgorgarono, e traboccarono innumerabili regole, colle quali ora ſi procede nelle materie Eccleſiaſtiche, non già provenienti da alcuna Legge Eccleſiaſtica univerſale, ma dal ſolo Cervello de' Dottori, i quali ne caſi dubbj s' arrogarono il Gius d' interpretare i Canoni, e dove mancavano i Canoni, hanno ſupplito queſti Pſeudo-Legislatori colle loro opinioni *cerebrine*.

Digitized by Google

QU. VI.

Tenentur ne Parochi feſtis diebus Sacrificium offerre pro populo?

§. I. QUærenti mihi, quæ ratio Parochialis Miſſæ audiendæ neceſſitatem Parochianis omnibus impoſuerit (Vid. ſup. Qu. V.) illa tandem occurrit, ſcilicet, ut illud Sacrificium, quod fit pro ſalute totius populi, ab omni etiam populo fieri videatur (*a*). Quamvis in Altaris Sacrificio primus Sacerdos ſit ipſe Chriſtus, qui ſemetipſum æterno Patri immolat, tamen una cum Chriſto divinam hanc hoſtiam litant & Miniſter qui celebrat, & Fideles qui Sacrificio interſunt, omneſque pro modulo ſuo Sacerdotio funguntur (*b*). Hinc illa Miniſtri celebrantis ad populum verba: *Orate, ut meum, ac VESTRUM Sacrificium acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.* Et S. Petrus Ep. II, v. 5, & 9, ita Fideles eſt alloquutus: *Ipſi tamquam lapides vivi ſuperædificamini domus Spiritualis Sacerdotium Sanctum offerre Spirituales hoſtias Deo per Jeſum Chriſtum. Vos autem genus electum, Regale Sacerdotium, gens electa.*

§. II. Quamobrem cum Sacrificium, quod in Miſſa Parochiali a Parocho, & a populo celebratur, unum idemque ſit Sacrificium, cum in eo & Parochus, & Populus unius tantum Sacerdotis perſonam quodammodo gerant, neceſſe eſt, ut omnium & Pa-

(a) Van-Eſpen Jur. Eccl. Univerſ. Part. II, Tit. V, Cap. II, n. 16, pag. 59. Ut autem facilius intelligatur, qua ratione tantopere Miſſa Parochialis præ cæteris commendata fuerit, ipſiuſque frequentationem tantopere urſerint, notandum, quod ipſa Miſſa Parochialis primario ſit inſtituta, ut in illa unius particularis Eccleſiæ populus una cum ſuo Paſtore adunatus, uno animo, unoque Spiritu Deum oret, atque Sacrificium offerat, atque Parochus ſpecialiter pro populo preces, & ſacrificium ad Deum dirigat.

(b) Selvag. Antiq. Chriſt. Inſtitut. Lib. II, Part. II, Append. I, pag. 204. Miſſæ Publicæ ea fuit olim apud antiquos ſubjecta notio, ut eſſet incruentum Euchariſtiæ Sacrificium publice, ac palam in Eccleſiis Dei oblatum, Sacerdotibus, atque Epiſcopis Sacrificantibus, Diaconis, Hypodiaconis, ceteroque clero, pro ſuis quiſque muniis, miniſtrantibus, populo vero offerente, reſpondente, & communicante. Hæc, inquam, Publicæ Miſſæ notio eſt, ſiquidem de primis Eccleſiæ Seculis ſermo ſit. Namque in noſtris, qui nunc ſunt mores, Publicis Miſſis, neque jam populus univerſus offert, neque communi-

Parochi, & populi una ſit vox, una mens, unum conſilium, unum propoſitum, ne dum unum populus petit, aliud Parochus poſcat. Dum igitur populus pro communi omnium incolumitate Deo preces fundit, ac Sacrificium offert, id ipſum & Parochi precatio, ac ſacrificatio voveat, oportet. Sapientiſſime igitur Eccleſiæ Patres, qui & Populum, ut Feſtis ſingulis Miſſæ Parochiali interſit, & Parochos, ut illis diebus Miſſæ Sacrificium pro populo offerant, monitos eſſe voluerunt. *Cum præcepto divino mandatum ſit omnibus* (ita Tridentina Synodus ſeſſ. XXIII, cap. 1, de Reform.) *quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre* (c).

§. III. Qui ab hoc onere Parochos li-

nicat, neque reſpondet viciſſim, ejus vices fungente Clero. At contra apud antiquos, ad ordinarium Liturgiæ miniſterium quod attinet, in Eccleſiis, qua Orientalibus, qua Occidentalibus, Miſſæ celebratæ ſunt publico Fidelium conventu, publica ſacrificantium voce; ſemper populus panem, vinumque obtulit.

(c) Benedict. XIV Conſtit. 102, Tom. I, pag. 163. Cum ſemper oblatas Nobis occaſiones Apoſtolica ſcripta dirigendi ad Fraternitates Veſtras libenter amplectimur, ut ſinceræ Noſtræ erga vos dilectionis argumenta frequenter eluceant, tum vero majori animi alacritate idipſum præſtamus, quum ad exercitandum Fraternitatum Veſtrarum Zelum pro conſervatione rectæ diſciplinæ in Clero regimini veſtro commiſſo, præſentibus rerum aut temporum conditionibus commodemur. Nec enim impoſitum imbecillitati Noſtræ omnium Eccleſiarum ſolicitudinis onus aliter ſuſtinere Nos poſſe confidimus, quam ſi Divini Cultus augmentum, atque exactam Eccleſiaſticarum Sanctionum in ſingulis Diœceſibus cuſtodiam, religioſæ vigilantium Paſtorum Curæ identidem inculcando, commendemus.

Hujus porro Epiſtolæ ad vos ſcribendæ occaſionem Nobis atque argumentum in primis præbet onus illud, quod omnibus animarum curam gerentibus incumbit, applicandi Miſſam Parochialem pro populo ipſorum curæ commiſſo; tum etiam applicatio Miſſæ Conventualis, quæ pro Benefactoribus in genere facienda eſt ab iis, qui Miſſas canunt in Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis, tum denique debitum pſallendi, quo tenentur Canonici prædictarum Eccleſiarum Choro aſſiſtentes. Cujus quidem argumenti minime nova, ſed a Scriptoribus frequenter habita tractatio eſt; cumque ea res in hujus Almæ Urbis Noſtræ Congregationibus, & potiſſimum in Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cujus Secretarii munere olim in minoribus conſtituti multos annos perfuncti ſumus, multoties diſcoſſa, ac definita fuerit, quamvis earumdem Congregationum Decreta plerumque circa eam uniformia, & ſibi conſona prodierint, eorumque Decretorum nonnulla etiam Pontificiam Prædeceſſorum noſtrorum approbationem, & confirmationem meruerint; minime tamen mirandum eſſet, eorum notitiam ad ſingulos quoſque Veſtrum non adhuc perveniſſe. Quapropter non modo opportunum, verum etiam neceſſarium duximus, Encyclicam hanc Epiſtolam ad Vos ſcribere, per quam, ſublata demum diverſarum, in quas Scriptores abierunt, opinionum varietate conſtans hujus Apoſtolicæ Sedis ſententia prædictis de rebus cuilibet innoteſcat; Fraternitatibus veſtris quædam veluti norma, ac regula ſuppetat, juxta quam ſynodales, aliaſque Veſtras circa præmiſſa Conſtitutiones, Ordinationes, ſeu Edicta, quorum publicationem Vobis injungimus, dirigere valeatis. Eorum vero exequutionem, dum, juxta ea, quæ

liberare volunt, hac utuntur oratione. Munia quæ ab Parochis præſtanda ſunt, noſcuntur ex muniis, quæ a Populo ſunt explenda. (Vid. ſup. qu-

---

quæ in præſentibus tenenda, atque ſervanda præſcribimus, omni, qua decet, ſolicitudine, ac vigilantia urgere ſtudebitis, minime dubitandum vobis erit, ne Statutorum Veſtrorum implemento obicem, aut moram afferre valeant recurſus ad hujus Noſtræ Curiæ Tribunalia forſitan habendi, utpote quos omnino rejiciendos eſſe præcipimus, ac jubemus. Quamobrem has ipſas Litteras Noſtras in ſingulorum Tribunalium Regeſtis aſſervari volumus, atque ad earum præſcriptum, tam ipſorum Tribunalium reſolutiones, quam de Veſtris decretis, quæ ipſis præſentibus inhærentes edituri eſtis, judicia, exigi & conferri mandamus.

Et quidem quod nuper enunciavimus, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium a Paſtoribus animarum applicari debere pro populo ipſorum curæ commiſſo, id veluti ex Divino præcepto deſcendens, a Sacra Tridentina Synodo diſerte exprimitur *ſeſſ.* 23, *cap.* 1, *de Reformat.* per hæc notabilia verba: *Cum præcepto Divino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas dignoſcere, pro his ſacrificium offerre.* Et quamvis minime defuerint, qui per inanes, & frivolas interpretationes hujuſmodi obligationem a Sancta Synodo memoratam de medio tollere, vel ſaltem extenuare contenderit, quum tamen relata Concilii verba ſatis clara, & perſpicua ſint, quumque prædicta Congregatio, ejuſdem Concilii interpertationi privative præpoſita, conſtanter edixerit, eos, quibus animarum Cura demandata eſt, non modo Sacrificium Miſſæ celebrare, ſed illius etiam fructum medium pro populo ſibi commiſſo applicare debere, nec illud applicare pro aliis, aut pro hujuſmodi applicatione eleemoſynam percipere poſſe; quodque magis intereſt, quum hæc intelligentia a Predeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus approbata fuerit, & confirmata; nihil jam amplius ulli Veſtrum deſiderandum ſupereſt, ut eam amplecti, eidemque obſequi, necnon illius promptam executionem in Veſtris reſpective Diœceſibus omni Studio procurare debetis.

Neque nos tamen, qui, ut ſuperius innuimus, in minoribus adhuc degentes, munus Secretarii prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis plures annos obivimus, alioſque non paucos partim in Anconitanæ Cathedralis, partim in Metropolitanæ Bononienſis, Patriæ noſtræ dilectiſſimæ, quam adhuc retinemus, gubernatione aſſidue tranſegimus, non inquam Nos latent multiplicis generis effugia, per quæ nonnulli prædictæ obligationis implementum declinare ſatagunt, quibuſque proinde opportune a Nobis eſt occurrendum.

Quum enim Sacrum Tridentinum Concilium ne Animarum cura negligatur, non uno in loco Epiſcopis mandet, ut quotieſcumque opus fuerit, idoneos Vicarios cum certorum fructuum aſſignatione ad eamdem curam exercendam eligant ac deputent, uti videre eſt *in ſeſſ.* 6, *c.* 2, *ſeſſ.* 7, *c.* 5, & 7, *ſeſſ.* 21, *c.* 6, *ſeſſ.* 25, *c.* 16, non raro autem eveniat, ut aliqua Eccleſia Parochiali vacante, Vicarius pariter ad implenda hujuſmodi Eccleſiæ onera, uſque ad novi Rectoris electionem, ab Epiſcopo deputari debeat, eodem Concilio Tridentino id jubente *ſeſſ.* 24, *cap.* 18, *de Reform.* nonnulli ex hujuſmodi Vicariis nituntur ſe ipſos a prædicta obligatione ſubtrahere, vel ex eo quod, habituali cura penes alium ſeu alios reſidente, ipſi actualem duntaxat exerceant; vel quod ipſi ſint ad nutum amovibiles, vel ad breve tempus hujuſmodi curæ ſint addicti: ut nihil hic loquamur de Parochis Regularibus, qui a prædicta applicatione Miſſæ pro Populo nonnunquam alienos ſe oſtendunt. Itaque mens Noſtra, & ſententia eſt, ſicuti etiam pluries a prælaudaris Con-

Digitized by Google

qu. III. §. 2.) Cum vero Populus diebus Feſtis non jubeatur niſi Sacrum

Congregationibus Judicatum fuit, ac definitum, quod omnes & ſinguli, qui actu Animarum curam exercent, & non ſolum Parochi, aut Vicarii Sæculares, verum etiam Parochi, aut Vicarii Regulares, uno verbo, omnes, & ſinguli, de quibus ſupra dictum eſt, atque alii quicumque etiam ſpecifica, & individua mentione digni, æque teneantur Miſſam Parochialem applicare pro Populo, ut præfertur, ipſorum curæ commiſſo.

Nonnulli vero ad evitandum hujuſmodi obligationis implementum allegare ſolent, congruos ſibi Parochiæ ſuæ redditus non ſuppetere, alii denique ad inveteratam conſuetudinem confugiunt, ſuſtinentes id neque ſibi, neque deceſſoribus ſuis, per longum tempus, quod immemorabile affirmant, unquam in uſu fuiſſe. Nos autem ad præcedentes prædictæ Congregationis Concilii reſolutiones noſtram approbationem, & confirmationem extendimus, & quatenus opus ſit auctoritate Apoſtolica, iterum tenore præſentium decernimus, & declaramus, quod licet Parochi, ſeu alii, ut ſupra, animarum curam habentes, congruis præfinitis redditibus deſtituantur, & quamvis antiqua ſeu etiam immemorabili conſuetudine ipſorum Diœceſibus, ſeu Parochiis obtinuerit, eadem nihilominus omnino in poſterum ab ipſis debeat applicari.

Dum tamen diximus, omnes animarum curam habentes, Miſſæ Sacrificium pro Populo ſibi commiſſo applicare debere, non ideo ſtatuere voluimus, eoſdem aut quotidie, aut quotieſcumque celebraverint, ad prædictam applicationem pro Populo teneri. Et quidem Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 23, cap. 14, præcipit Epiſcopis curare, ut Sacerdotes ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, Miſſarum ſacra faciant, *ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter ut ſuo muneri ſatis faciant, Miſſas celebrent*; in pluribus autem Synodalibus Epiſcoporum Conſtitutionibus novimus provide conſtitutos, ac deſignatos eſſe dies, quibus animarum Paſtores Miſſas celebrare, & applicare teneantur, & quamvis compertum habeamus id, quod alias a Congregatione Concilii reſponſum fuit, Parochum nempe pinguibus redditibus dotatum quotidie pro Populo celebrare, & applicare debere: eum vero qui uberioribus hujuſmodi redditibus non gaudeat, feſtivis tantum diebus id ipſum præſtare teneri; quum tamen pariter Nobis perſpectæ ſint tum controverſiæ ſuper hoc ipſo exortæ; nimirum ad quam ſummam pertingere debeant Eccleſiæ Parochialis proventus, ut pingues, & uberes appellari poſſint; quoniam pingues minime habendi ſunt redditus, etiam copioſi, quibus tamen multiplicia, & gravia ſint onera adnexa; tum etiam multorum querelæ adverſus hujuſmodi decretum, tamquam plus æquo rigidum, excitatæ, Nobis innoteſcant; Idcirco opportunum cenſemus Fraternitatibus Veſtris declarare, Nobis abunde ſatisfactum fore, Vobiſque proinde ſatis eſſe poſſe, dum ii, qui animarum curam exercent, Sacrificium Miſſæ prò Populo celebrent, atque applicent in Dominicis aliiſque per annum Feſtis de Præcepto, quum prædicti Dominici, aliique Feſtis dies ii ſint, in quibus, juxta præceptum Concilii Tridentini *ſeſſ.* 5, *cap.* 2, & *ſeſſ.* 24, *cap.* 4, animarum curæ præpoſitus Populum ſibi commiſſum ſalutaribus verbis paſcere debet, docendo ea quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, iidemque ſint dies, de quibus eadem Sancta Synodus ſtatuit, *ut moneat Epiſcopus Populum diligenter, teneri unumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, ubi commode id fieri poteſt, ad audiendum Verbum Dei*, & quibus Parochi Subditos ſuos in Doctrina Chriſtiana erudire debent, juxta id quod a prædicto Concilio in Cit. Cap. 5, Epiſcopis præcipitur, ut nempe *ſaltem Dominicis, & aliis feſtivis diebus Pueros in ſingulis Parochiis, Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, &* Pa-

Digitized by Google

crum audire, ita etiam Parochi non tenentur niſi Sacrum celebra-
re

Parentes, diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, doceri curent.

Et quia in nonnullis Diœceſibus numerum dierum Feſtorum de præcepto, de Apoſtolica noſtra auctoritate, & conſenſu, eatenus eſt imminutus, ut nempe in aliquibus Feſtis Chriſtifideles, & Miſſam audire, & ab operibus ſervilibus abſtinere debeant; in aliis vero Populo permiſſum ſit opera ſervilia exercere, firma remanente obligatione audiendi Miſſæ Sacrificium; Nos, ut obortæ jam dubitationes circa onus applicationis Miſſæ Parochialis in hujuſmodi diebus Feſtis, penitus eliminentur, ſtatuimus, & declaramus, quod etiam iiſdem Feſtis diebus, quibus populus Miſſæ intereſſe debet, & ſervilibus operibus vacare poteſt, omnes animarum curam gerentes Miſſam pro Populo celebrare, & applicare teneantur.

Quia vero propria nonnumquam experientia ſatis agnovimus, aliquos eſſe Parochos adeo pauperes, ut ferme ex eleemoſynis, quas a Fidelibus pro Miſſarum celebratione accipiunt, vivere cogantur, eos vero qui, Eccleſia Parochiali vacante, ad animarum curam exercendam, ſub Vicarii, ſeu Œconomi nomine deputantur, aliquibus in locis adeo illiberaliter tractari, ut exigui redditus ipſis conſtituti, & pauca incerta emolumenta eiſdem obvenientia, ægre ad eorum vitæ neceſſaria ſufficiant, quod iis quoque non raro evenire ſolet, qui in aliquibus Eccleſiis habituali cura apud alios manente, actuali tantum exercitio ſunt addicti; proindeque cum iſtis ſevere nimis agi videretur, ſi diebus feſtis, quibus potiſſimum hujuſmodi occaſio ſe offert, eiſdem veritum eſſet eleemoſynam pro applicatione Miſſæ recipere: Idcirco Nos tam iſtorum, quam illorum inopiam ſummopere miſerantes, eiſdemque, quantum nobis integrum eſt, conſulere volentes; quamvis, ut ſupra dictum eſt, omnes & ſinguli prædicti teneantur diebus feſtis Miſſam pro Populo celebrare, & applicare; attamen, quod pertinet ad prædictos Parochos egentes, unicuique veſtrum facultatem concedimus, cum iis, quos revera tales eſſe noveritis, opportune diſpenſandi, ad hoc ut, etiam diebus feſtis hujuſmodi, eleemoſynam ab aliquo pio offerente recipere, & pro ipſo Sacrificium applicare, quatenus id ab eo requiratur, libere, & licite poſſint & valeant, dummodo ad neceſſariam Populi commoditatem, in ipſa Eccleſia Parochiali Miſſam celebrent; ea tamen adjecta conditione, ut tot Miſſas infra hebdomadam pro Populo applicent, quot in diebus feſtis, infra eamdem hebdomadam occurrentibus juxta peculiarem intentionem alterius pii Benefactoris obtulerint.

Quod autem ſpectat ad Vicarios, ſive Œconomos Eccleſiarum vacantium, quum a Sacro Tridentino Concilio *cit. ſeſſ.* 24, *cap.* 18, cuilibet Epiſcopo tribuatur facultas eos deputandi, & conſtituendi, *cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis aſſignatione*; veſtrum erit, Ven. Fratres, cum iis agere, qui vacantis Eccleſiæ fructus exigunt, ut egenti Vicario, qui exigua hujuſmodi certorum fructuum aſſignatione, pauciſque incertis proventibus gaudeat, congruum aliquod augmentum præbeatur, pro onere celebrandi, & applicandi Miſſam pro populo diebus feſtis. Quapropter pro iis locis, in quibus Eccleſiarum vacantium fructus ad commodum Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ exiguntur, opportuna Theſaurario Noſtro Generali mandata dirigimus, quæ is denunciare non prætermittet peculiaribus dictorum locorum Collectoribus, cum quibus Epiſcopi Eccleſiaſticæ Noſtræ Ditionis, cæterorumque locorum, in quibus, ut præfertur, Eccleſiarum vacantium fructus ad Cameram prædictam pertinent, officii ſui partes in eum finem, de quo ſupra diximus, interponere debebunt.

Ac

Digitized by Google

re (*d*). Verum ſi vetera memoria repetent, intelligent Parochianos non ſolum diebus feſtis juſſos fuiſſe Miſſam audire, ſed etiam intra Miſſarum ſolemnia ſuam ſacrificii (*e*) partem offerre. (Vid. ſup. lib. V, qu.

Ac demum, quoad illos, qui tamquam Vicarii, ſive perpetui, ſive ad tempus conſtituti, Animarum curam adminiſtrant, quæ apud alios habitu reſidet, ratione alicujus Eccleſiæ Parochialis, ipſorum Eccleſiis, ſeu Monaſteriis, Collegiis, aut Locis Piis olim unitæ: quamvis a recol. mem. Prædeceſſore Noſtro S. Pio Papa V, præfinita fuerit certa pars fructuum hujuſmodi Vicariis aſſignanda, prout in ipſius Conſtitutione, quæ incipit: *Ad exequendam*, data Kalendis Novembris Anni 1567, diſtincte ſtatuitur, nihilominus ubi præſcripta fructuum portio vel nullo modo, vel non integre Vicariis prædictis aſſignata reperiatur, vel etiam ubi ea, quæ ad normam prædictæ Conſtitutionis eiſdem fuerit attributa, minime ſufficiens a vobis reputetur, propter temporum circumſtantias, & ſignanter pro implendo onere celebrandi, & applicandi Miſſam pro Populo diebus Feſtis de præcepto; utendum vobis erit poteſtate, quam fecit Epiſcopis Synodus Tridentina *ſeſſ.* 7, *cap.* 7, dum illorum arbitrio permiſit, juxta temporum, atque injunctorum onerum rationem, congruam, prædictis Vicariis fructuum portionem aſſignare; quam ob cauſam Nos etiam Fraternitatibus Veſtris, quatenus opus ſit, neceſſarias omnes, & opportunas facultates impertimur, quibuſcumque appellationibus, privilegiis, aut exemptionibus, ut in eodem Concilio ſancitur, adverſus ea quæ ſalubriter a Vobis conſtituta fuerint, minime ſuffragantibus.

Hæc igitur circa Miſſam Parochialem ſtatuta judicavimus.

(d) Non videtur Parochus obligandus ad applicationem Sacrificii pro populo ſingulis diebus feſtis, ex illa ratione, quia obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum ſunt diverſæ; non debentur enim proventus Paſtorales præciſe, ut celebret ad intentionem populi, ſed ratione potius officii Paſtoralis; Ita Navar. *in Man. cap.* 25, *n.* 92, Nald. *in Sum. verb. Parochus num.* 18, Vaſq. *p.* 4, *diſp.* 234, *art.* 6, *cap.* 6, vera tamen ſententia Poſſevin. *dict. cap.* 2, *num.* 4, Gavant. *in comment. ad rubricas Miſſalis p.* 3, *tit.* 12, *num.* 27, Philibert. Marchin. *d. cap.* 30, *num.* 2, Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. ſect.* 3, *prænot.* 2, §. 2, Aloyſ. Ricc. in deciſion. Curiæ. Archiep. Neapol. p. 4, deciſ. 201. Confratres in Oratorio, ſeu eorum Eccleſia facientes celebrare diebus Feſtis, vel ob commoditatem ipſorum, ut Miſſam audiant, & ibi communicent, non intelligitur eos Sacrificii applicationem velle: Alſons. Loonius de Jubilæo part. 3, qu. 20, n. 27, Fraxinell. Tract. de obligar. Sacerd. ſect. IV, Concluſ. 4, §. 8, Homobonus Benis de exam. Eccleſiaſt. part. I, Tract. 4, cap. 13, qu. 121.

(e) Martene De antiq. Eccl. ritib. Lib. I, pag. 139, §. 5. Plurima obſervare licet, & primo quidem, Omnes olim in Miſſa obtuliſſe, Clericos & Laicos, viros & mulieres, principes & populos: Si tamen jus communionis obtinerent.

S. Cyprianus, de Op. & Eleem. *Dives es, & Dominicum celebrare te credis . . . quæ in Dominicum ſine ſacrificio venis, quæ partem de Sacrificio, quod pauper obtulit, ſumis?* Auguſtinus etiam, ſeu quis ſit auctor Serm. CCXV de Tempore: *Oblationes*, inquit, *quæ in altario conſecrantur, afferte: erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicaverit*. Immo Conc. Matiſconenſe II acrius eos increpat, qui neceſſario huic religionis officio deerant. Can. 4. *Reſidentibus nobis in Sacro Concilio cognovimus, quoſdam Chriſtianos, relicto fratrum cœtu, a mandato Dei deviaſſe, ita ut nullus eorum*

Digitized by Google

qu. VI, §. 6, qu. X, §. 5, qu. XII, §. 4.) Quod ſi vero Parochiani huic oneri ſe ſe ſubduxerunt, non eſt, cur etiam Parochi tam malo illorum exemplq ſe ſe ab vetere inſtituto abduci patiantur.

QU. VII.

---

rum legitimo obſecundationis patere velit officio Deitatis, dum ſacris altaribus nullam admoveat hoſtiam. Propterea decernimus, ut omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab o mnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis quam vini, ut per han immolationes, & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel, vel cæteris juſte offerentibus promereantur eſſe conſortes.

QU. VII.

Quas pœnas decernis Parochis non recitantibus Horas Canonicas?

§. I. LEO X in Concilio Lateranenſi V, ſeſſ. IX, ſtatuit, *UT QUILIBET HABENS BENEFICIUM CUM CURA, vel ſine cura, ſi poſt ſex Menſes ab obtento beneficio, divinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus non faciat ſuos pro rata omiſſionis recitationis officii, ſed eos tanquam injuſte perceptos in fabricas hujuſmodi Beneficiorum, vel in pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, Beneficio ipſo privetur, CUM PROPTER OFFICIUM DETUR BENEFICIUM. Intelligatur autem officium omittere quoad hoc, ut Beneficio privari poſſit, qui per quindecim dies illud bis ſaltem non dixerit, Deo tamen ultra præmiſſa de dicta omiſſione rationem redditurus*. Lateranenſis Concilii veſtigiis inhærens S. Pius V, Conſtitut. 135, ann. 1571, 18 Kalendas Octobres ſanxit, *Ut ſi quis uno vel pluribus diebus totum officium omiſit, reſtituat fructus omnes, quos illo die, vel illis diebus percepit. Si matutinum tantum omiſit, reſtituat mediam partem fructuum reſpondentium illi tempori; ſi aliquam tantum ex illis ſex, reſtituat tantum ſextam illius medietatis partem*.

§. II. Verba illa Concilii Lateranenſis, *Cum propter officium detur Beneficium*, videntur illos tantum Beneficiarios præ oculis habuiſſe, quibus nullum aliud onus impoſitum, quam horarum Canonicarum recitatio. Nec obſtant illa verba, *Quilibet habens Beneficium CUM CURA*: nam id intelligi poteſt de iis, qui *habituali cura ornati ſunt*, cujuſmodi ſunt Abbates Commendatarii, dignitates, Perſonatus; qui ſuis Præbendis annexas habent Parochias, ad quas regendas perpetuorum Vicariorum opera utuntur. Nam qui *actuali cura* ſunt onerati, onus longe gravius ſuſtinent iis, quibus horarum Canonicarum tantum recitatio imperata eſt. Bona Eccleſiaſtica non tam inſtituta ſunt ad Breviarii recitationem, quam ad divini verbi Prædicationem, & Sacramentorum adminiſtrationem .alendam. Qui igitur animarum cura diſtenti intenſiſſimo opere laborarint, ut Populum ſuum verbo divino paſcerent, Doctrina Chriſtiana lactarent, Sacramentorum ope ac vi recrearent, ſi Breviarii penſum non abſolverint, non video, cur omnibus ſui Beneficii fructibus multandi ſint, perindeque habendi; ac illi, qui nullo omnino funguntur officio.

§. III.

Digitized by Google

§. III. Dicendum igitur eſt, aut Lateranenſes Patres eo canone Parochos complecti noluiſſe, aut, ſi complexi ſunt, non eam illis mulctam irrogare voluiſſe, quæ aliorum omnium officiorum immemor eſſe videatur. Non nova dico, indictaque prius, ſed præeuntes ſequor clariſſimos viros, Lopium in Inſtruct. Conſcient. part. 2, cap. 95, Toletum in Inſtruct. Sacerd. Lib. II, cap. 12, §. 2, Herinqueſium in Sum. Lib. 13, C. 13, §. 2, Avag. 2, 2, qu. 83, artic. 13, Emmanuelem Sà in aphor. Verb. *Beneficium* n. 58, Ludovicum Beja Reſponſ. Caſ. Conſcient. p. 2, caſ. 55, Carol. Mocign. in horis Canon. cap. 28, n. 7, Molfeſ. in Summa Theolog. Moral. Tract. 6, cap. 5, nu. 8, Leſſ. Lib. 2, Cap. 34, dub. 32, Sancheſium in Conſ. Moral. Lib. II, Cap. 2, dub. 83, alioſque & numero plurimos, & egregie cordatos doctores, qui cenſuerunt, ſenſeruntque, Breviarii lectionem non eſſe primum, nec ſolum Parochorum munus, ſed unum ex multis, proindeque eos, qui huic muneri defuerunt, non omni ære, ſed aliquanto eſſe diruendos.

§. IV. Quid quod Parochi inter Beneficiarios numerandi minime ſunt. Nec igitur in eorum lance ponendi, qui ab Lateranenſi Concilio *Beneficium habere* dicuntur. Nam Parochiæ tercentos, & amplius annos extabant, antequam ulla Eccleſiaſticorum Beneficiorum ſemina jacerentur, aut ulla lineamenta ducerentur. (Vid. ſupr. Lib. V, qu. XII, §. 4.) Nec inter Parochias, & Beneficia ulla affinitas, aut cognatio. Beneficia enim, ſi eorum originem ac naturam evolvere velimus, nihil aliud ſunt, quam prædia quædam Clericis præclare de Eccleſia meritis ad fruendum conceſſa, (Vid. ſup. loco cit.) ut & illi laborum ſuorum antea exhantlatorum præmium ferant, & alii horum præmiorum ſpe ad bene de Eccleſia merendum invitarentur, & alacriores fierent. Contra vero Parœciæ nihil aliud ſunt, quam onera Parochorum humeris impoſita, quibus, cum nullum ſuppetat tempus ea ſibi parandi, queis vitam tolerare poſſint, neceſſarius victus, cultuſque corporis ab Parochianis ſuppeditatur. Hoc igitur intereſt inter Beneficiarium, & Parochum, quod ille beneficio ornatus ſit, hic autem officio oneratus. Ne vero hæc Beneficiorum, ac officiorum disjunctio invidioſior accideret, neve ab illa regula diſcederetur, quæ vetat, in quo eſt Beneficium, ab eo abeſſe officium Beneficiariis omnibus Breviarii recitatio fuit imperata, ac ne quis dubitaret, utrum tam leve penſum officii nomen mereri poſſet; idcirco Breviario *Divini Officii* nomen inditum fuit (*).

§. V.

(*) Van-Eſpen Diſſ. de Jur. Parochor. Cap. I, §. 2, P. IV, pag. 287. Verum hic notandum, ab Eccleſiæ & offerentium decimas ſenſu multum aberrare, qui totum officium, ratione cujus Beneficium dari dicitur, Horarum Canonicarum lectione abſolvi putant: quaſi operarius aut miniſter alicujus dici mereatur, ut ab eo corporalem ſuſtentationem accipiat, qui minimam temporis partem illi impendit.

Ex

§. V. Verum ut rem totam paucis expediamus, ſtatuendum eſt, Parochum, qui quotidie Canonicas horas non perſolvit, ab inveterata univerſæ Eccleſiæ conſuetudine recedere, graviſque culpæ pœnam non effugere, eaque bonorum parte, quæ huic Parochialium muniorum parti reſpondet, eſſe indigniſſimum (a).

§. VI. Quod ſi quis illud objiciat, Pa-

Ex his intellige, quod nec Canonici, nec inferiores Beneficiati, juſte percipiant ſuſtentationem ex decimis aliiſque proventibus Eccleſiaſticis, niſi tale Eccleſiæ vel fideli Populo præſtent obſequium, ut ratione illius vere dici queant *operarii & miniſtri*, qui digni ſunt *mercede ſua*.

Unde ad Canonicos dicebat jampridem Dionyſius Carthuſ. in Tract. *De vita Canonicorum art. 2.* „ Idcirco a Laicis & ſæ„ cularibus data ſunt temporalia bona Ec„ cleſiæ, ut quia Laicis ipſis non vacat „ jugiter orationibus, atque divinis obſe„ quiis immorari ac inhærere, Miniſtri Ec„ cleſiæ ac Clerici ſuppleant vices, & im„ perfectum Laicorum, orando, ac mini„ ſtrando, & ſatisfaciendo pro ipſis, quo„ rum eleemoſynis, ſtipendiiſque ſoven„ tur. “

Huic conſonat S. Bernardi exclamatio ſuper illud: *Ecce nos reliquimus omnia &c.* „ Væ, Væ tibi Clerico, mors in olla, „ mors in ollis carnium, mors in ejuſmo„ di deliciis, non modo, quia ſecus in„ troitum delectationis poſita eſſe cogno„ ſcitur, ſed ob id maxime, quia conſtat „ populi eſſe peccata quæ comedis. Sum„ ptus Eccleſiaſticos gratis te habere re„ putas? Cantando, ut ajunt, bona tibi „ provenire videntur, ſed bonum erat ma„ gis fodere, aut etiam mendicare. “

Similiter ex dictis conſectarium eſt, quod Beneficii etiam ſimplicis proventus injuſte a Clerico percipiantur, niſi tale miniſterium Eccleſiæ exhibeat, ratione cujus ſuſtentationem mereatur. Quare Epiſcopi Gallicani (refertur in Libro: Memoires pour le Concile de Trente part. 77.) inter Articulos reformationis, quos Concilio Tridentino obtulerunt, illud quoque ſuggeſſerunt „ ut Beneficiis, quibus ex depra„ vata conſuetudine nullum annexum eſt „ officium concionandi, Sacramenta admi„ niſtrandi, vel aliud onus Eccleſiaſticum, „ ab Epiſcopo cum conſilio Capituli cura „ aliqua ſpiritualis imponatur, aut ea vi„ cinioribus Eccleſiis Parochialibus unian„ tur: cum Beneficium ſine officio, nec „ eſſe debeat, nec poſſit. “

Horum Prælatorum poſtulatis Concilium Tridentinum ſatisfacere volens, in quantum ſcilicet duritia temporis permittebat, præcipit Epiſcopis (Seſſ. 24, cap. 13, de Reformat.) *ut per unionem ejuſmodi Beneficiorum, modo regularia non ſint, provideant Eccleſiis Parochialibus, quarum exigui ſunt redditus.*

(a) Quod quidem extendendum eſſe exiſtimo ad illum, qui mente ultro diſtracta Divinum Officium recitat, quia hic non ſolum male orat, ſed re vera ſimpliciter non orat, licet enim legat, vel verba proferat, illa non eſt oratio, quæ ab Eccleſia præcipitur, cum ergo de ſubſtantia orationis ſit attentio, ſequitur recitantem ſine attentione non ſatisfacere præcepto quoad ſubſtantiam, ac proinde non poſſe fructus retinere, ut tenet Nav. *de orat. cap. 13, num. 18*, Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1, lib. 2, cap. 51, num. 7*, Petr. Navar. *d. libro 2, cap. 2, n. 140*, Fr. Emman. *d. p. 1, capit. 143*, Azor. *d. lib. 10, capitul. 12, quæſt. 6*, Suar. *d. lib. 4, capitul. 30, num. 14*, Barthol. a S. Fauſto *d. lib. 2, 9, 82*, contra Medin. Cordub. & Tolet. & alios, quorum plures refert, & ſequitur Sanch. *in conſil. moral. lib. 2, cap. 2, dub. 85*, exiſtimantes, Beneficiatum recitantem Horas ſine attentione, etiam data opera, non teneri reſtituere fructus.

Digitized by Google

Parochorum munera cum Parochianorum obligationibus eſſe componenda, huic reſpondemus, eſſe potius, cur Horarum Canonicarum auditionem in Parochianorum obligationes referamus (b), quàm earum recitatio-

tio-

(b) Van-Eſpen J. E. U. Part. IV, Diſſ. III, Part. I, Cap. III, §. 3. Quomodo Populus Cæſareæ in Cappadocia una cum ſuo Paſtore de nocte ad Eccleſiam conveniret, teſtis eſt ipſe S. Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus Epiſt. 57. „ De nocte ſi quidem „ populus, inquit, conſurgens antelucano „ tempore, domum precationis petit: in„ que labore & tribulatione ac lacrymis „ indeſinentibus ad Deum facta confeſſio„ ne, Eundem ab Oratione ſurgentes *ad* „ *pſalmodiam inſtituuntur*. Et nunc qui„ dem in duas partes diviſi alternis ſucci„ nentes pſallunt, atque ex eo ſimul elo„ quiorum Dei exercitationem ac medita„ tionem corroborant: & cordibus ſuis at„ tentionem, & rejectis vanis cognitioni„ bus mentis ſoliditatem ſuppeditant. De„ inde uni ex ipſis hoc muneris dato, ut „ quod canendum eſt, prior ordiatur, re„ liqui ſuccinunt: atque in pſalmodiæ va„ rietate precibuſque ſubinde interſertis no„ ctem ſuperant. Illucente jam die pariter „ omnes velut ore uno ac corde uno con„ feſſionis Pſalmum Deo offerunt, ac ſuis „ quiſque verbis reſipiſcentia profitetur. “

De populo Mediolanenſi ſimiliter teſtatur S. Ambroſius, non Clericos duntaxat, ſed & Laicos, tam viros, quam mulieres ad Pſalmorum cantum conveniſſe. „ Be„ ne, ait, mari plerumque comparatur „ Eccleſia, quæ reſponſoriis Pſalmorum, „ cantu virorum, mulierum, virginum, „ parvulorum, conſonans undarum fragor „ reſultat. “ *Exam. lib. 3, cap. 5.*

Sub finem ſæculi VI populum ad Hymnos matutinos, præcipue die Dominico conveniſſe, variis locis teſtatur S. Gregorius Turonenſis *Lib. 6 Hiſt. cap. 25. Cum die Dominico*, ait, *ad Urbem Turonicam ad matutinas ſignum motum fuiſſet, & Populus ad Eccleſiam conveniret, &c.* Lib. 2 Hiſt. cap. 7, *venientibus ad matutinos Hymnos populis*.

Nec Populus tantum & communis plebs divina frequentabat Officia, ſed & ipſi Reges, & Principes: unum alterumve exemplum proferre ſufficiet.

De S. Ludovico Galliarum Rege legitur, quod cum exercitu ſuper mare exiſtens coram ſe in navi totum Officium Eccleſiaſticum cantare juberet. *Ubi quotidie*, inquit Guil. de Nangis vitæ ejus auctor, *Divinum Officium ſolemniter audiebat, videlicet omnes Horas Canonicas. Volebat etiam, quod pueri jam adultæ ætati propinqui, quotidie non ſolum Miſſam, ſed & Matutinas ac Horas Canonicas cum cantu audirent.*

Quin & de ſanctiſſimo Rege referturus, „ quod quantumcunque infirmus aliquan„ do, Horas ſolemniter cantari faciens, „ in capella habebat duos Religioſos, vel „ alios qui horas juxta Sanctum ſuum de „ die, & de Beata Maria dicebant, di„ cens cum eis verſus ſibi contigentes.

Simon Comes Montis-fortis adeo celebris ob partas contra Albigenſes victorias, „ cum eſſet in bellis ſtrenuiſſimus, ait Ri„ gordus, omni tamen die Miſſam, & *Ho*„ *ras Canonicas omnes* audiebat. “ *De Geſtis Philippi Franc. Reg. ad ann.* 1213.

Philippus Dux Burgundiæ Capellam ſuam, adeo famoſam, fundavit, ut in ea quotidie cantaretur totum Officium Eccleſiaſticum ſicuti in Eccleſia Cathedrali, erantque 21 Capellani. Laboureur, *in vita*.

Ex quo exemplo, ut & S. Ludovici, jam relato, notat R. P. Thomaſſinus, unicum finem fundationis Capellarum Regiarum fuiſſe, ut in iis Horæ Canonicæ quotidie decantarentur, quibus Principes cum familia aſſiſterent. *De Diſcipl. Eccl. part. 4, lib. 1, cap. 43, num. 2.*

Plura exempla piorum Principum, qui fervorem ſuum, in frequentandis Divinis Officiis oſtenderunt, profert dictus Thomaſſinus *ibid. cap. 43, & 44.*

Qui

Digitized by Google

tionem Parochorum muneribus expungamus. Conſtat enim, Divinæ Pſal-

Qui priſtinus Chriſtianorum ac ipſorum Principum fervor in frequentandis Eccleſiaſticis Officiis ſi populo proponatur, atque una exponatur, qua ratione publica hæc Eccleſiæ Officia primario ad excitandam ac fovendam populi Devotionem peragantur, & quam enixe Eccleſia ſemper deſideraverit, immo & præceperit, ut fideles, diebus præſertim feſtivis, Divinis illis Officiis devote aſſiſterent; hæc, inquam, ſi populo debito modo proponantur, ſperandum eſt, hodiernum illum populi torporem in frequentandis Divinis Officiis paulatim diminuendum, præſertim ſi & illud accederet omnium efficaciſſimum adverſum hunc torporem remedium, ut Divinum Officium ea, qua par eſt, devotione, & reverentia a Miniſtris Eccleſiæ perſolveretur.

Idem ibid. §. 4. Eccleſia volens, ut Divina Officia, ſive Horæ Canonicæ diebus prætertim Dominicis, Feſtiſque in Eccleſiis publice per temporum intervalla decantentur, atque ad eorum frequentationem fideles ſolicite exhortans, id unice intendit, ut populus iis aſſiſtendo dies illos orationi ac Divinis Laudibus, aliiſque piis operibus impendat, & conſecret.

Proinde licet in Eccleſiis Parochialibus, præ ertim ruralibus, in quibus frequenter Parochus vel ſolus, vel uno Vice-Paſtore adjuncto, populi curam agit, eique Sacramenta, & pabulum verbi adminiſtrare tenetur; atque ob id, neque quotidie, neque etiam Dominicis Feſtiſque diebus totum officium diurnum pariter, ac nocturnum ſolemniter pro populi devotione perſolvi poſſit, ipſum tamen finem, & ſcopum, quem per Divini Officii decantationem intendit Eccleſia, ſeduli ac vigilantes Paſtores non difficulter aſſequuntur, eo ſcilicet modo rem divinam, atque exercitia Eccleſiaſtica diſponendo, ut populus ea ſedulo frequentando, dies feſtos Orationi ac piis operibus dici poſſit impendere.

Atque in primis quod dies Feſtos & Dominicos attinet, ſedulus Parochus in primis curabit, ut tempore matutino, juxta Conciliorum præſcripta, certa, ac ſtatuta hora Miſſa Parochialis ſolemniter celebretur, atque ſub illa ad populum exhortationem ſive concionem habere nequaquam omittat. Deinde ſi alium ſibi Sacerdotem adjunctum habeat, qui Miſſam celebret, ut ajunt, matutinalem, curabit, ut nec ſub illa ad præſentes exhortatio ſive inſtructio deſit.

Tempore pomeridiano, Parochus ſedulam ſui gregis curam agens, juxta Canonum præſcripta, inſtructionem, quam Catechiſmum hodie dicimus, nullo unquam tempore omittet. Deinde conformiter ad Synodorum ſanctiones ſæpius iteratas, certa at ſtatuta hora Veſperas ſolemnes celebrabit, una cum precibus illis ſive Hymnis, quæ vulgo hodie *Laudes* veſpertinæ vocantur.

His publicis Eccleſiæ Officiis, vigilans Parochus alia pietatis exercitia populo adjunget & præſcribet; immo poterit, ſi ita viſum fuerit, vel ipſas Laudes a Veſperis ſeparare, vel circa tempus veſpertinum rurſus ad templum venire, populumque ut eo conveniat, Deo pro beneficiis eo die acceptis gratias acturus, aut pro peccatis commiſſis veniam poſtulaturus, monere, & adhortari.

Quæ omnia ſi ſedulo a Parocho obſerventur, non deerunt publica pietatis exercitia, quibus populus diebus feſtis ac Dominicis utiliter occupetur, atque ita finis, quem Eccleſia per Horarum Canonicarum ſolemnem decantationem intendit, obtinebitur.

Diebus vero feriatis, quibus in Parochialibus Eccleſiis, maxime ruralibus, ne quidem jam dicta publica Eccleſiæ Officia quotidie haberi poſſunt, nec illis, licet haberentur, populus victui ſuo lucrando tum occupatus, intereſſe poſſet; vigilans ac luminoſa veri Paſtoris charitas etiam reperit, quo defectum Officii publici ac Horarum Canonicarum ſuppleat, ipſumque ſpiritum Eccleſiæ teneat.

Quotidie mane, hora populo commodiori, ad templum properat, eoque populum per pulſum campanæ convocat, preces, aliaque una cum populo devote recitaturus, inter earum recitationem, meditationem aliqualem miſcendo. Poſt hæc brevem ad populum exhortationem facit, breviter proponendo illa, quibus ea die populus pie, ac chriſtiane, etiam inter ſæculares occupationes, mentem, ac cogitationes ſuas occupare queat.

Deinde ſedulus Paſtor non contentus, ſi populus ſemel in die Deum oret, illum inſtruit, qua ratione, etiam inter ipſas operas, cor ſuum ad Deum levare poſſit, immo quaſdam breves ſcribit precandi aut aſpirandi formulas, quibus Deum ſæpius de die oret, ac laudet.

Ad hæc ſub veſperam, tempore rurſus populo commodiori templum oraturus, certaſque preces cum brevi aliqua adhortatione recitaturus accedet.

Illos vero, qui vel ob diſtantiam ab Eccleſia Parochiali, aut alia de cauſa, communi orationi veſpertinæ, aut matutinæ intereſſe nequeunt, Parochus ſedulam gregis ſuæ curam agens, inſtruit, & hortatur, ut eo tempore, quo communis oratio habetur (quod per pulſum campanæ indicari poterit) ipſi, ſi fieri poſſit, eo quo ſunt loco orent, aliiſque in communi orantibus ſe ſpiritu conjungant.

Quam ſolicite veſpertinam illam, ac matutinam communem orationem introduci, aut introductam conſervari deſideraverit S. Carolus, quem Paſtoralis ſolicitudo glorioſum reddidit, patet ex Decreto, quod in Concilio ſuo Provinciali IV, *part.* 1, *cap.* 14, edidit: „ Norint, ait, Fideles „ quod etiam Concilio Aurelianenſi quar„ to olim juſſum eſt, ſibi ſæpius ſingulis „ diebus orandum eſſe, quod ſi aliquando „ frequentius non poſſunt, ſaltem non ve„ ſperi ſolum, ſed etiam mane id a ſe „ præſtari oportere. Quare Epiſcopi cura „ ſit, illum *veſpertinæ* orationis *quotidia*„ *næ communis* uſum, *mane* etiam, paulo „ ſcilicet ante auroram, aut ſub ortum ſo„ lis, id quod in *pleriſque* hujus Provin„ ciæ locis jam *ſervari cœptum eſt*, ubique „ locorum, cum in urbe, tum in Diœceſi „ paulatim introduci, atque ea ratione in„ ſtitui, ut vel in Eccleſia, vel ſuæ qui„ que domi cum familia certo loco, vel „ in officinis, tabernisve, vel in ipſis et„ iam agris, atque adeo in itinere, vel in „ aliis denique locis ubicunque, ut in „ Concilio cautum eſt, ea matutina hora „ ſint, & Patresfamilias, & liberi, & fa„ muli, & artifices opificesve, & operæ „ inſtitutoresve, & ceteri, quicumque ſunt, „ ſive mares, ſive feminæ hujus matutinæ „ orationis officio, antequam artificium, „ negotium, remve ullam aggrediantur, „ precibus, litaniis, omnique ratione, ac „ toto animo menteque vacent, ſicque quo„ tidianarum actionum, operum & nego„ tiorum initium, a Deo faciant finemque „ itidem. "

Hujus zeloſiſſimi Paſtoris exemplo quanto cum fructu eam communis Orationis matutinæ ac veſpertinæ praxim nonnulli zeloſiores in Belgio Paſtores induxerint, & obſervent, oſtendit Eruditiſſimus D. Opſtraet in ſuo Paſtore Bono; & indubie in pluribus Parochiis non ſine magna populi ædificatione & utilitate introduceretur, ſi Superiores juxta Sancti Caroli monitum, ad ejus introductionem ſedulo allaborarent.

Hæc ſi obſervent Paſtores, quis ambigat, quin præcipuus finis, quem in publica horarum decantatione etiam florentiſſimis ſæculis intendit Eccleſia, obtineatur? nimirum ut per temporum intervalla, ad communem orationem ac pias inſtructiones a Præpoſitis ſuis accipiendas populus incitetur.

Quid enim aliud fuit, etiam apud ſanctiſſimos illos in Ægypto ac Palæſtina Anachoritas, Pſalmorum recitatio, niſi fervens ac devota rerum divinarum meditatio? Neque ipſi etiam in Palæſtina ſanctiſſimi Monachi opera ſua manualia intermittebant; ut præter matutinum, & veſperti-

num

que fuiſſe commune. (Vid. ſup. Lib. V, qu. IV, §. 2.)

QU.

num tempus ad orationem ac Pſalmorum recitationem convenirent; quia, ut refert Caſſianus *Lib. 3 Inſtit. cap. 2.* „ Ita ab iis
„ inceſſanter operatio manuum privatim
„ per cellulas exercetur, ut pſalmorum quo-
„ que vel cæterarum ſcripturarum medita-
„ tio nunquam penitus omittatur. Cui pre-
„ ces, & orationes per ſingula momenta
„ miſcentes, in his Officiis quæ nos ſtatu-
„ to tempore celebramus, totum diei tem-
„ pus abſumunt. Quamobrem exceptis ve-
„ ſpertinis ac nocturnis congregationibus
„ nulla apud eos publica ſolemnitas, abſ-
„ que die Sabbati, vel Dominica celebra-
„ tur, in quibus hora tertia ſacræ com-
„ munionis obtentu conveniunt. “

Lectiones vero, quas ex ſacro codice pſalmorum meditationi, & recitationi interpoſuere ſanctiſſimi illi Anachoritæ, non aliud quam quædam piæ exhortationes ſive inſtructiones erant; ut infra, ubi de lectionibus agetur, oſtendetur.

Ex quibus intelligitur, quod licet zeloſi Paſtoris ſolicitudo, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ ardens zelus non reperiat deſideratam Eccleſiæ diſciplinam quoad literam, aut vigentem interdum conſervare, aut abolitam reſtaurare queat, ejus tamen ſpiritum teneat, aut reſtauret. Quod non in hac tantum, ſed multis aliis diſciplinæ articulis a providis ac vigilantibus Paſtoribus fieri, qui Eccleſiæ ſpiritum novit, facile advertet.

Digitized by Google

QU. VIII.

Ulla ne in Parochis reſidet cenſurarum infligendarum poteſtas?

§. I. DIVUS Hieronymus ſæculo IV, h. e. haud multo poſt, quam Parochi ortum ſuum habuerunt, ad Heliod. *Mihi*, inquit, *ante Presbyterum* (Parochum) *ſedere non licet. Illi, ſi peccavero, licet TRADERE ME SATANÆ IN INTERITUM CARNIS*. Sæculo V D. Auguſtinus Lib. III, Ep. 215, meminit quorumdam Diaconorum, & Subdiaconorum, quos ait, *propter reprobos mores a PRESBYTERO SUO FUISSE EXCOMMUNICATOS*. Sæculo VI Liber Conſtitutionum rel. in Can. II, Cauſ. II, Qu. I, *Nemo Epiſcopus*, inquit, *nemo PRESBYTER EXCOMMUNICET aliquem, antequam cauſa probetur*. Sæculo IX Concilium Pariſienſe: *De illicita excommunicatione Lex Juſtiniani Imperatoris, QUAM PROBAT, ET SERVAT CATHOLICA ECCLESIA, Conſtit.* 123, *Cap.* 351, *Decrevit, ut nemo Epiſcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam cauſa probetur*. Sæculo XII Alexander III, rel. in cap. 3, de offic. Ordinar. hæc ſanxit: *Cum ab Eccleſiarum Prælatis Eccleſiaſtica ſententia in malefactores aliquos promulgatur, rata, & firma debet conſiſtere, & uſque ad dignam ſatisfactionem inviolabiliter obſervari; quapropter mandamus, quatenus, ſi quando PLEBANUS S. P. in Clericos, vel Laicos ſuos INTERDICTI, VEL EXCOMMUNICATIONIS ſententiam rationabiliter tulerit, ipſam facias rationabiliter obſervari*. Sæculo XIII Concilium Nemauſenſe: *Quia diximus, quod SACERDOTES, VEL RECTORES ECCLESIARUM poſſunt proferre Sententiam Interdicti, attendant, quod ſive mandato noſtro, ſive AUCTORITATE PROPRIA ſententiam INTERDICTI proferre voluerint, ipſam in ſcriptis proferant*. Sæculo XIV Synodus Oxonienſes, *Licebit ECCLESIARUM RECTORIBUS . . . pro Mortuaris, Oblationibus, & aliis juribus Eccleſiæ ſuæ injuſte detentis, in quorum poſſeſſione notorium eſt ſuas Eccleſias extitiſſe, per ſe met ipſos, trina tamen monitione præmiſſa, nominatim ſuſpendere, & excommunicare detentores, cum in hoc caſu, non injuriam ſuam, nec ſibi debitum, ſed Eccleſiæ ſuæ potius perſequi videantur*.

§. II. Qui hanc poteſtatem in iis Parochis, quorum recitati canones meminerunt, precariam fuiſſe, atque extraordinariis privilegiis acceptam referendam eſſe, contendunt, (Dominicus Larius Diſſert. Piſis edita ann. 1733.) ii ea privilegia in medium proferant neceſſe eſt; alias, quod

quod ipſi verbo aſſerunt, nos verbo negâmus. Boehmerus, qui (in annotationibus ad c. 3 de Off. ordin.) Alexandri III Decretalem, alioſque memoratos Canones non de Filiarum, ſed de Matrum Eccleſiarum Parochis loquutos fuiſſe ſentit, aliqua hujuſce ſuæ Sententiæ teſtimonia edat, quæ nos convincant. Alias non eſt, ut nos diſtinguamus, ubi lex non diſtinxit.

§. III. Non omnis hæc Parochorum poteſtas interiit, ſed adhuc quædam fragmenta ſuperſunt, atque reliquiæ. Adhuc integrum illis eſt Sacramenta iis denegare (*a*), qui mani-

(a) Bened. XIV De Synod. Diœceſ. Lib. VII, Cap. XI, §. 4. In tractatu noſtro *de Sacrificio Miſſæ edit. Latin. ſect.* 2, §. 174, diſſeruimus etiam de Sacra Communione peccatoribus deneganda. Quoniam vero deinceps ſuper hac materia graviſſimæ in quibuſdam Regionibus agitatæ ſunt controverſiæ, haud inopportunum duximus quoſdam hîc veluti canones a præſtantioribus Theologis prolatos, atque receptos inſerere, quos præ oculis habere poterunt Epiſcopi, ſi forte, pro recto diœceſium ſuarum regimine, neceſſarium putaverint regulas in hoc rerum genere ſequendas Synodali Conſtitutione præſcribere. Porro Salvator Noſter, *Matth. cap.* 7 apertis verbis edixit: *Nolite dare ſanctum canibus*. Peccatores autem canum nomine deſignari, ſatis eſt exploratum. Ex his vero aliqui occulti ſunt, alii autem publici, & manifeſti. Itaque, cum peccator occultus eſt, & publice Euchariſtiam petit, poterit quidem Sacerdos, ſi occulte id facere valeat, illum monere, ut a ſacra menſa ſe abſtineat, poterit etiam, Euchariſtiam publice miniſtraturus, omnibus in communi edicere, ne quis peccati labe inquinatus, nec antea Eccleſiæ reconciliatus, ad ſacram menſam accedat: verum, ſi nihilominus peccator ejuſmodi ad Sacramentum percipiendum ſe ſe offerat, minime licebit illum repellere, & ſacri doni participationem ei denegare. Ita docet S. Thomas 3 *part. quæſt.* 80, *art.* 6, *per tot.* Atque ita agendum demonſtravit exemplo ſuo Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, dum Judæ, occulto adhuc peccatori, Sacramentum Coporis ſui dare non recuſavit; ut idem S. Doctor advertit *ibid. quæſt.* 81, *art.* 2, *in corpore*, & *in reſponſ. ad ſecundum*. Quamvis enim peccator occultus, coram Deo jus non habeat filiorum pane veſcendi, jure tamen contendere poteſt, ſe publica infamia afficiendum non eſſe; prout eveniret, ſi publice ipſi denegaretur Euchariſtia, cum ad eam percipiendam ſe comparaſſet: ut recte diſſerit Sylvius *in ſuis Coment. in* 3 *part. S. Thomæ quæſt.* 80, *art.* 6, *quæſt.* 2, & proſequitur bon. mem. Cardinalis Gotti *tom.* 3 *in* 3 *part. ejuſdem S. Thomæ de Miniſtro, ſubjecto, & uſu Euchariſtiæ dub.* 3, §. 4, *num.* 12.

Hæc pertinent ad peccatorem occultum, qui Euchariſtiam publice petit. Videndum nunc eſt de peccatore occulto, qui in occulto poſtulat eam ſibi miniſtrari. Quo quidem caſu, ſi illius peccatum Sacerdoti compertum certumque ſit, cum præterea ceſſet infamiæ eidem irrogandæ metus, regula eſt, ut Communio ei denegetur. *Occultos vero peccatores, ſi occulte petant, & non eos emendatos agnoverit, repellat: non autem, ſi publice petant, & ſine ſcandalo ipſos præterire nequeat*: verba ſunt Ritualis Romani: cui ſententiæ non modo conſentanea docet S. Thomas *in* 4 *ſent. dist.* 9, *art.* 5, *in reſponſ. ad quintam quæſtionem*: ſed etiam addit, occulto peccatori, Euchariſtiam in occulto petenti, denegandam eam eſſe, licet Sacerdos, de Communionis adminiſtratione requiſitus, requirentis peccatum ex illius Confeſſione ſacramentali cognoverit: *Si Sacerdos ſciat peccatum alicujus, qui Euchariſtiam petit, per Confeſſionem, vel alio quolibet* me-

Digitized by Google

modo, diſtinguendum eſt: quia aut peccatum eſt occultum, aut manifeſtum. Si eſt occultum, aut exigit in occulto, aut in manifeſto. Si in occulto, debet ei denegare, & monere, ne in publico petat. Si autem manifeſte petit, debet ei dare. Verum cum S. Doctor *in 3 part. Summæ, loco ſuperius citato*, minime repetiiſſe dignoſcatur id, quod *in 4 lib. ſent.* ſcribens poſuerat, quamvis ibi opportuna illius doctrinæ repetendæ occaſio fuiſſe videatur; oritur hinc quæſlio inter illius ſectatores, utrum id, quod *in 4 ſententiarum* dixerat, in poſteriore Summa confirmaſſe non retractando, an revocaſſe prætermittendo, cenſendus ſit.

Nos quidem hujuſce controverſiæ pelagus ingredi nolumus. Sed eam procul dubio ſententiam cautiorem, & magis tutam eſſe, ac merito ſequendam exiſtimamus, ut ſcilicet, quoniam omni ratione vitari oportet ea, quæ Pœnitentiæ Sacramentum odioſum Fidelibus reddere poſſunt, & adeo diſtricta eſt lex ſigilli Confeſſionis Sacramentalis, ut Confeſſarius ne cum ipſo quidem pœnitente extra Confeſſionem loqui poſſit de illius delicto, quod per Confeſſionem unice novit, niſi ipſe pœnitens expreſſam ei licentiam tribuerit, ut, inquam, debeat Sacerdos Euchariſtiam miniſtrare peccatori occulto, eamdem in occulto petenti, quoties illius peccatum ex audita dumtaxat ejuſdem Confeſſione Sacramentali cognoverit. Quod ſi præterea delictum illud aliunde, quam ex ipſa delinquentis Confeſſione, compertum habeat, & propterea eidem delinquenti, licet occulto, & Communionem in occulto petenti, denegandam hanc eſſe duxerit; non omittat eidem ſignificare, ſalvo ſemper notitiæ auctore, cognitum ſibi eſſe illius ſtatum alia ratione, quæ nihil commune habeat cum Sacramento Pœnitentiæ. Hæc ſententia deducitur *ex Cap. Si Sacerdos, de Officio Judicis Ordinarii*; eamque inſinuat Sylvius *loc. cit. §. Singularis tamen difficultas*, pluribus autem illuſtrat, & firmat Cabaſſutius *in Theor. & Prax. Juris Canon. lib. 3, cap. 7, num. 4.* Denique P. Maurus Societatis Jeſu Theologus, qui plures annos in Romano Societatis Lyceo magno cum plauſu Theologiæ Cathedram moderatus eſt, *tom. 3, lib. 12, quæſt. 170, num. 11*, poſt relatam opinionem ab Angelico Doctore prolatam *in 4 ſentent.* quam etiam magni nominis Theologi, Suarez, & Vaſquez amplexi ſunt, eam quidem ſpeculative ſuſtineri poſſe, dicit, ſed in eadem ad praxim deducenda non parum periculi fore, ait, ne forte in aliquem ſcopulum incidatur ex iis, quos ſupra innuimus.

Hactenus de peccatore occulto, qui vel publice, vel occulte Euchariſtiam petit. Jam vero dicendum eſt de publico peccatore, qui Sacramenti Communionem poſtulat ſive in publico, ſive in occulto. De hoc autem tutiſſima & generalis regula eſt, ut a ſacra menſa repellatur. *Sì peccatum eſt manifeſtum, debet denegari Euchariſtia, ſive in occulto, ſive in manifeſto petat.* Ita S. Thomas *loc. cit. in 4 ſentent.* qui etiam alibi *in 3 part. quæſt. 80, art. 6, ad primum*, Salvatoris ſententiam repetens, ait: *Sancta prohibentur dari canibus, idest peccatoribus.* Idem ſentit S. Bonaventura, aliique Theologi communiter docent, poſt S. Cyprianum, cujus ſententia relata eſt *in Can. Pro dilectione, de Conſecrat. diſt. 2.* Plena ſunt autem hujuſmodi prohibitionum Synodalia Epiſcoporum ſtatuta; ut videre eſt in iis, quæ S. Carolus Borromæus edidit, & in aliis, quæ indicantur a Genetto *Theol. Moral. tom. 3, tract. 4, de Sacram. Euchariſt. cap. 9, quæſt. 3.* Quare nil aliud in hac materia quærendum ſupereſt, niſi ut ſtatuatur, quinam ſint publici, & manifeſti peccatores, quibus deneganda eſt Euchariſtia, ſive eam publice, ſive in occulto petant.

Quæſtionem tractat Angelicus Doctor *in cit. art. 6*, ubi hæc habet: *Quidam ſunt occulti peccatores, quidam vero manifeſti, ſcilicet per evidentiam facti, ſicut publici uſu-*

re (*b*), qui mortem Chriſtiano homine prorſus indignam oppetivere. Illud præterea etiamnunc ſibi vindicant Parochi, ut Jejunii lege, Feſtorumque obſervantia ſolvant eos, qui neceſſitatem habent ut ſolvantur. (Vid. Inſtit. Moral. Theolog. Lugdun. pag. 100, Tom. I, & P. Concina Tom. VI, pag. 252.) Plura alia, quæ exteriorem Juriſdictionem ſa-

---

uſurarii, aut publici raptores, vel etiam per aliquod judicium Eccleſiaſticum, vel ſæculare. Cumque deinde *in quæſt.* 82, *art. 9, in reſponſ. ad tertium* ſtatuat, aſſiſtendum non eſſe Miſſæ concubinarii Sacerdotis, ita ſubdit: *Sed hoc intelligendum eſt de notorio, vel per ſententiam, quæ fertur in convictum, vel per confeſſionem in jure factam, vel per evidentiam facti, quando non poteſt factum aliqua tergiverſatione celari*. Itaque hoc tuto aſſerendum videtur cum Sylvio *loc. cit. ad art. 6 dictæ quæſt.* 80, *quæſt.* 1, manifeſtos peccatores, ad effectum de quo agitur, cenſeri eos, *quorum peccata noſcuntur aut per Judicis ſententiam, aut per propriam confeſſionem in judicio factam, aut per evidentiam facti, quæ nulla poſſit tergiverſatione celari*: quod etiam ante illum ſtatuerat Sotus *in 4 ſent. diſt.* 12, *quæſt.* 1, *art.* 6, §. *Ambiguitas*, & recte deducitur *ex Cap. Tua nos, & ex Cap. Quæſitum, de cohabit. Clericorum*. Eorum autem opinio eſt rejicienda, qui aſſerunt, neminem publici peccatoris cenſura notandum, aut ab Euchariſtica Menſa ſegregandum eſse, præter eum, quem Judicis ſententia talem eſſe declaraverit; cum ex præmiſſis conſtet, manifeſti quoque peccatoris nomine, ad hunc effectum, cenſeri eum, qui notorie talis eſt, quamvis nec ipſe in judicio delictum confeſsus ſit, nec ſuper eo Judex Eccleſiaſticus, aut Laicus ſententiam tulerit: ut probe etiam animadvertit Juenin *de Sacramentis diſſ.* 4, *quæſt.* 6, *cap.* 7, *art.* 1, Continuator Operis Tournely, *tract.* 3, *de Cenſuris part.* 1, *cap.* 5, *Genett. tom. 3 de Sacram. Euchar. pag.* 182, *quæſt.* 8, *editionis Latinæ*, Gamachæus *tom.* 3, *quæſt.* 79, *cap.* 2, *pag.* 445, quibus conſonant deciſiones relatæ in Collationibus Andegavenſibus anni 1716, *tom.* 2, *pag.* 235, & in Rotomagenſibus de Sacramento Euchariſtiæ. Ita denique intelligenda eſse Synodorum Decreta, & Ritualium præſcripta, quibus, ut ſupra innuimus, publici peccatores a Comunione arcentur, ſine dubitatione cenſuit Van-Eſpen *Jur. Eccl. Univer. part.* 2, *tit*, 4, *cap.* 2, *num.* 20, ita ſcribens: *Cum ergo ritualia, atque Synodalia decreta velint univerſim, publicos, & notorios peccatores a Communione repelli, manifeſtum eſt, a verbis, & mente Eccleſiæ omnino deviare, qui hujuſmodi peccatores non prius volunt eſſe repellendos, quam per ſententiam Judicis ſint ut notorii peccatores declarati, quaſi non poſſent per notorietatem facti eſſe veri notorii, & publici peccatores, antequam per ſententiam tales eſſent declarati. Num forſan ſcandalum non eſſet, aut Sanctum non daretur canibus, ſi notoriis peccatoribus notorietate facti adminiſtraretur publice Euchariſtia, quamvis necdum per ſententiam domini Officialis ut talis condemnati eſſent?*

(b) Eccleſiaſtica ſepultura pars eſt Chriſtianæ communionis, quæ etiam poſt mortem mânet; ideoque ab illa repelluntur, qui viventes ea communione carebant, atque ab Eccleſia ſejuncti ex hac vita migrarunt (Cap. 12 de ſepultur.). Quamobrem eccleſiaſtica ſepultura privantur Judæi, Ethnici, Infideles omnes, atque etiam infantes mortui ſine baptiſmo, (Can. 27, & 28, dè conſecr. diſt. 1, Rituale Romanum tit. de exeq. rubr. quib. non lic. dar. eccleſ. ſepult.) apoſtatæ, hæretici, ſchiſmatici manifeſti (*Cauſ.* 24, *quæſt.* 1, *per tot*); nominatim interdicti (*Cap.* 10, *de ſepult. Cap.* 17, *de verb. ſignific. Cap.* 20, *de ſenten. excom. in* 6, *Clement.* 1, *de ſepult.*); excommunicati vitandi, qui nimirum palam in Clericum vio-

ſapiunt, & olent, etiam modo Parochis largiuntur leges Eccleſiaſticæ, quas Canoniſtarum vulgus, ſi ſcire voles, tibi paſſim exhibebunt.

QU.

violentas manus injecerunt, & quos Judex Eccleſiaſticus nominatim excommunicatos declaravit; qui ſibi mortem conſciverunt, niſi eos furore actos id egiſse conſtet (*Can.* 11, *&* 12, *c.* 23, *q.* 5.), qui in ſingulari certamine (Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 25, *cap.* 9, *de reform.* Vide etiam *cit. Conſtit. Deteſtabilem* Benedicti XIV.); aut in torneamentis, quæ mortis periculum habent (*Cap.* 1, *&* 2, *de torneamen.* Gregorius XIII *Conſtit. Ad tollendum* 140, *Bullar. tom.* 4, *part.* 4, *pag.* 19, & Clemens VIII *Conſt. Illius vices* 30, *tom.* 5, *part.* 1, *p.* 385.) interfecti ſunt; qui in Paſchate Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentum voluntarie omiſerunt (*Cap.* 12, *de pœniten. & remiſſ.*); uſurarii manifeſti (*Cap.* 3, *de uſur. Cap.* 2, *eod. in* 6.); monachi mortui cum peculio (*Cap.* 2, *&* 6, *de ſtat. monachor.*); fures, & latrones in crimine deprehenſi, & occiſi (*Cap.* 2, *de furtis*); raptores Eccleſiarum, qui non ſatisfecerint (*Cap.* 2, & 5, *de Raptor.*); denique omnes publice peccatores, qui ſine pœnitentia deceſſerint (*Can.* 16, *cap.* 13, *q.* 2.). Quod ſi horum aliquis in loco ſacro ſepulturam habuerit, ejus cadaver, modo internoſci poſſit, e ſepulcro educendum eſt, atque in loco profano collocandum (Cap. 12, de ſepultut.).

QU. IX.

Ullum ne Parochis in Conciliis ſubſellii, ſuffragiique jus?

§. I. QUI Parochorum defenſionem, ac patrocinium arripuerunt, illud etiam pro clientum ſuorum jure poſtulare ſibi poſſe viſi ſunt, ut illi non ſolum in Diœceſanis, ſed etiam in Provincialibus, Œcumeniciſque Conciliis ſedeant, ibique una cum Epiſcopis Fidei, Morum, ac Diſciplinæ canones toti Eccleſiæ deſcribant (a). At quo arrogan-

(a) Cornar. de Paroch. pag. 51, §. 9. E non ſolo atteſa tanta dignità del grado Parrocchiale venivano queſti per ſe a conſtituire il Senato della Chieſa, e il Concilio del Veſcovo, per cui deliberava eſſo delle coſe più rilevanti, venendo in eſſi col proprio Veſcovo tutta quella Chieſa particolare nel modo più nobile formalmente rappreſentata; ma i Parrochi aveano in oltre voce deliberativa, e definitiva anche ne' Concilj Generali. „ Conciosſia-
„ coſachè ſecondo la più probabile ſenten-
„ za, dice quì il pio, e dotto Gerſone,
„ dobbiam dire, non trovarſi propriamen-
„ te nello Stato Gerarchico, che due gra-
„ di, o ſia ſtati; cioè quello de' Prelati
„ maggiori, che ſuccedono agli Apoſto-
„ li, come i Veſcovi, gli Arciveſcovi &c.
„ e quello de minori Prelati, che ſucce-
„ dono alli 72 Diſcepoli; i quali ſi chia-
„ mano Prelati del ſecondo ordine di Di-
„ gnità, o di Onore, come i Curati, ai
„ quali per iſtato, e per diritto ordinario
„ convengono i tre atti Gerarchichi *pri-*
„ *mariamente*, *eſſenzialmente*, *e immedia-*
„ *tamente da Criſto*, i quali ſono purgare
„ colla correzione, illuminare colla Dot-
„ trina, e colle prediche, e perfezionare
„ coll' amminiſtrazione de' Sagramenti. E
„ queſta ſentenza è fondata in S. Matteo
„ al Capo XVIII, dove dopo aver Cri-
„ ſto detto: *Dillo alla Chieſa*, ſoggiunſe
„ di che parlaſſe, quando diſſe: *Qualun-*
„ *que coſa ſciorrete ſopra la Terra &c.*
„ Già è manifeſto, che non agli Apoſto-
„ li ſolamente parlava egli, ma ancora ai
„ Diſcepoli ſecondo la chioſa de' Dottori
„ in queſto luogo. E in S. Matteo altre-
„ sì al Capo X, come in S. Luca pur al
„ capo X, e in S. Matteo ancora al ca-
„ po XVI, dove Criſto diſſe a Pietro per
„ tutti: *Qualunque coſa tu legherai &c.*
„ ed anche: *Sopra di queſta pietra fabbri-*
„ *cherò la mia Chieſa, e le porte dell'In-*
„ *ferno non prevaleranno contro di eſſa.*
„ Sopra di che van d'accordo, Agoſtino,
„ Girolamo, Iſidoro, e Beda . . . . Non
„ più, dice S. Damaſo Papa, che due Or-
„ dini tra i Diſcepoli del Signore noi co-
„ noſciamo, cioè quello de' dodici Apo-
„ ſtoli, e quello de' ſettantadue Diſcepo-
„ li . . . Vuolſi diſtinguere intorno a co-
„ loro, che han voce nel Concilio. Al-
„ cuni han voce conſultiva, altri defini-
„ tiva. I primi ſono quelli che han co-
„ gnizione di quelle coſe, che ſi trattano,
„ la qual ſi eſtende fino alle arti mecca-
„ niche, come ſe ſi cercaſſe del modo di
„ riparare una Chieſa materiale, gli Ar-
„ chitetti doverebbonſi conſultare . . . .

gantior eſt eorum poſtulatio, eo leviora ſunt ea rationum momenta, quibus illam fulcire, ac munire conantur. Nam quod ajunt, Parochos ſeptuaginta Chriſti diſcipulis ſuccedere, id ſane indiget probatione, iique teſtes, quos in hanc rem citant, alio & ipſi teſtimonio egent. (Vid. ea, quæ ſuperius diximus in Præfat. hujuſci libri, & in Præfatione Lib. III.) Quod autem tam fidenter affirmant, Generalia antiquorum temporum Concilia non ſolum ex Epiſcopis, ſed etiam ex Parochis coacta fuiſſe, id autem nullo unquam teſtimonio confirmare poterunt. Contra vero Euſebius Lib. V Hiſtor. Cap. 23, Cyprianus in initio Ep. ad Jubajanum, Hilarius Lib. de Synod. Ambroſius Ep. 32, Hieronym. Lib. II Apol. adverſus Ruffinum, Auguſtinus Ep. 119, S. Leo Ep. 16, & ſeq. Ruffinus Lib. X Hiſt. Cap. I, Athanaſius in Ep. ad ſolitar. vit. agent. fidem nobis faciunt, ſuorum temporum Concilia non niſi ex Epiſcopis conſtitiſſe. At quid clarius iis, quæ Theodoſius junior ſcripſit ad Synodum Epheſinam, cujus Epiſtola extat Tom. I ejusd. Concil. cap. 32? *Illicitum eſt, eum, qui non ſit in ordine Sanctiſſimorum EPISCOPORUM, Eccleſiaſticis immiſcere tractatibus*. Quid evidentius iis Chalcedonenſis Concilii ad Dioſcorum vocibus? *Mitte foras ſuperfluos; Concilium EPISCOPORUM eſt*. (Vid. ſup. Lib. IV, Part. II, qu. V.)

§. II. Quod ſi Concilio II Œcumenico Conſtantinopolitano interfuerunt Flavianus, & Elpidius Presbyteri Antiocheni, (ut videre eſt apud Socratem Lib. I Hiſt. Eccl. cap. 27.) Epheſino Petrus Presbyter Alexandrinus, Chalcedonenſi Philippus, & Memnon Presbyteri Conſtantinopolitani, ii non de Parochorum numero erant; ſed Exocatocœlorum (*b*), qui in Patriarchalibus Eccleſiis, non ſecus, ac Cardinales (*c*) in Romana, principem poſt Patriarcham locum obtine-

---

„ Quanto poi alla voce definitiva, quali „ ſiano que' che l' abbiano, non ha dubbio alcuno, che non l' abbiano i Veſcovi, ed i Prelati ſuperiori. Ma pare, „ che non vi debba eſſer nemmen dubbio „ intorno a' minori Prelati, quali ſono i „ Curati .... Le quali coſe ſono conformi col gius Divino, colla pratica de' „ primi Concilj, e colla ragione. "

In fatti trovaſi, oltre al detto quì ſopra, sì nel Concilio di Calcedonia, che in altri, i Preti ſedere inſieme co' Veſcovi con voce definitiva, e come Giudici, ſtandoſi i Diaconi, e gli altri del Clero in piedi, e darſi in oltre loro egualmente, che a Veſcovi i titoli di Reverendiſſimi, ed altri.

(b) Georgius Codinus de Offic. Magnæ Eccleſiæ cap. 8, & 9, pag. 154. Exocatoçœli noſtri non erant Epiſcopi, ſed Patriarchales Diaconi: (& pag. 155.) erant olim iſti Exocatocœli Sacerdotes, poſtea ab Patriarcha in Patriarchalium Diaconorum numerum redacti, ut Patriarcha diebus ſolemnioribus Miniſtris honoratioribus non careret.

(c) Bellarm. de Concil. & Eccl. Lib. I, Cap. XV. Catholicorum ſententia eſt, ſolos Prælatos majores eoſque omnes, id eſt, Epiſcopos in Conciliis Generalibus, & Provincialibus habere jus ſuffragii deciſivi ordinarii, ex privilegio autem & conſuetudine etiam Cardinales, Abbates, & Generales Ordinum, licet Epiſcopi non ſint, ex Presbyteris autem, & aliis Clericis minoribus tantum vocari aliquos viros do-

Digitized by Google

nebant, ac ſupra ipſos Epiſcopos in Conciliis ſedebant. (Vid. ſup. Lib. VI, qu. V, n. f.g. & qu. VII, N.d.) Hi non ſolum in antiquis Conciliis, ſed etiam in noviſſima Œcumenica Synodo Florentina (*d*) & ſubſellii, & ſuffragii compotes fuerunt. Atque hæc de Conciliis Generalibus.

§. III. Quod autem ſpectat ad Concilia Provincialia, ea quidem Epiſcopis, iiſque omnibus, qui Diœceſana pollent Juriſdictione, necnon & Capitulis patuiſſe invenio, Parochis autem patuiſſe nunquam invenio. *Cum ſederem* (ita præfatus Archiepiſcopus in Actis Concilii Senonenſis ann. 980.) *Ego Severinus Archiepiſcopus Senonenſis, & conſiderent quidam de Epiſcopis cum Presbyteris Eccleſiæ* (Cathedralis) *S. Mariæ Virginis, Sanctique Stephani Protomartyris, quorum Conſilio, & actu vigor Eccleſiaſticus vigere debet*. In Concilio Engilenhemenſi anni 948 adfuiſſe dicuntur Epiſcopi *cum cœtu Abbatum, Canonicorum, & Monachorum*; & ad Concilium Anſani prope Lugdunum una cum Epiſcopis conveniſſe legimus & cæteros Abbates, & Canonicos ejusdem Eccleſiæ (*e*). At Conciliorum omnium acta percurrentes nullos uſpiam Parochos reperimus, qui non aliena, ſed ſuapte induti perſona in Conciliis aut Generalibus (*f*) aut Provincialibus ſub-

doctos, qui juvent in diſputando, vel aliis miniſteriis; Principes autem vocari, tum ut Concilium defendant, tum ut teſtes & conſcii decretorum Concilii, poſtea tranſgreſſores, & contumaces pœnis corporalibus puniant. Denique, ex privatis Laicis tantum vocari aliquos, qui videantur utiles, vel neceſſarii ad aliquod miniſterium Concilii. Hanc ſententiam eſſe Catholicorum, patet, tum ex perſonis, quæ interfuerunt Concilio Tridentino, tum ex Joanne de Turrecremata lib. 3, cap. 12, & 15, & aliis catholicis Auctoribus.

(d) Moriſanus De Protopapis Cap. VI, §. 8, pag. 100. In Decreto unionis in Concilio Florentino præter magnum Œconomum, cujus aut officium tunc temporis fortaſſe vacabat, aut animus ab unione alienus erat, Exocatocœli reliqui ſubſeripti ſunt. Poſt ultimum ſcilicet Græcorum Metropolitam, Emmanuel quidam Chriſocuchus Magnus Sacellarius per Beſſarionem Archiepiſcopum Nicænum Procuratorem ſuum: reliqui vero quatuor Theodorus Xanthopulus Scevophylax, Michael Balſamon Archidiaconus, & Chartophylax, Silveſter Sguropulus Eccleſiarches, ſeu minor Sacellarius, ac Nomophilax, & Gregorius Protecdicus, omnes Diaconi, per ſe ipſos ſubſcribunt.

(e) Bened. XIV de Syn. Diœceſ. Lib. III, cap. IV. Canonicos Eccleſiarum Cathedralium invitandos eſſe ad Synodum Provincialem, deliberatum fuit in Concilio Provinciali Mechlinienſi celebrato Lovanii ann. 1574. *Fuit concluſum, & reſolutum, quod poſthac nominatim ad Concilium Provinciale vocabuntur Decani, & Capitula Eccleſiarum Cathedralium*: apud Martene, & Durand. *Theſaur: nov. Anecdot. tom.* 4, *col.* 451, & cum communi docet Fagnanus *in Cap. Etſi membra a num.* 37, *uſque ad fin. de his, quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu Capituli*. Inviti tamen compelli nequeunt, ut interveniant, quemadmodum idem Fagnanus proſequitur, & ſi Concilio Provinciali interſint, votum mere conſultivum, non deciſivum, habent, juxta decretum ſacræ Congregationis Concilii, in *Salernitana Synodi* die 19 Aprilis 1596, *lib.* 8 *decretor. pag.* 174: *Capitulorum Deputatos vocem dumtaxat conſultivam in Concilio Provinciali habere*.

(f) Inſtruction Paſtorale de Monſeigneur L'Eveque d'Amiens, a Paris 1790. Les Pretres compoſoient originairement le con-

ſeil

Digitized by Google

ſubſellii, aut ſuffragii jure gaviſi ſint. Qui illos ſe repeririſſe putant, *Presbyteri* nomine decepti ſunt, atque ubicumque in Presbyterum inciderunt, ſtatim in Parochum ſe incidiſſe putarunt. Haud equidem ignoro, in *Presbyterorum* nomine olim Parochos latuiſſe, ſed illud etiam ſcio, non unos Parochos, ſed etiam Canonicos in hoc eodem nomine delituiſſe, (Vid. ſup.

ſeil des évêques, & cela s' obſerve encore aujourd' hui, dans la plupart des diocèſes, ſous une forme differente, par les conſeils que les évêques ſe compoſent de prêtres, qu' ils croient le plus dignes de leur confiance. On voyoit les évêques aſſemblet des ſynodes; cela ſe pratique encore, & il ſeroit á ſouhaiter que l' uſage en fut plus fréquent: mais l'avis des prêtres n'a jamais prévalu ſur le jugement des évêques; jamais les decrets qui ont été faits á la ſuite des ſynodes, n'ont pu recevoit des prêtres une ſanction, qui a toujours été un droit inherent, de ſa nature, á la ſeule jurisdiction epiſcopale, & par conſeguent inalienable. Jamais on ne pourra donc conclure de l' aſſiſtance ou della convocation des prêtres au ſynode, qu'ils aient pu dominer ſur l' évêque. On a vu non ſeulement des prêtres, mais des laics mêmes preſents dans les conciles; en conclura-t-on que les laics avoient auſſi le droit de ſuffrage? il ne paroît même nulle part, dans les actes inſerés au code d'Afrique, que les prêtres aient eu ſeance dans les conciles. Ce rang ne fut accordé a deux d'entre eux, au concile de Carthage tenu en 419, qu' á raiſon de la qualité de députés du ſaint-ſiege. Les huit premiers conciles generaux, le ſecond concile de Seville, celui d' Elvire, le ſecond & le troiſiéme de Brague, n'ont été ſouſcrits que par les évêques, quoiqu' il y eut un grand nombre de prêtres preſents. Dans le concile d' Ephéſe, les evêques d' Egypte damandent qu' on faſſe ſortir les perſonnes ſuperflues, parce que le concile eſt une aſſemblée d' évêques, non de clercs, & ils ne ſont pas contredits. La letre de ſaint Avit, évêque de Vienne, pour la convocation du concile d' Eſpagne, en 517, porte expreſſement que les eccleſiaſtiques s'y rendront, ſelon qu'il ſera expedient: que les laics pourront encore s' y trouver, mais que tout ſera réglé par les ſeuls évêques. Le ſecond concile general de Lyon, quatorzieme ecumenique, tenu en 1274, exclut de l' aſſemblée tous les procureurs des chapitres, les abbés, les prieurs & les autres prélats inferieurs, á l' exception de ceux qui y ont été expréſſément appellés. Point de concile où on ait vu un plus grand nombre de docteurs, & de prêtres, que celui de Trente: aucun n' eut cependant droit de ſuffrage, que ceux á qui ce droit fut accordé, par privilège, á raiſon de leurs dignités. „ Il „ eſt manifeſte, repondit Clement VII „ á Charles V, au ſujet de ce concile, „ que ſelon les canons, le droit d' opi„ ner dans le concile n' appartient qu'aux „ évêques, & ſeulement par l'uſauge, aux „ abbés, &, par conceſſion du pape, á „ quelques autres. " (Fra Paolo lib. 1, ad an. 1531, pag. 57, de la traduction de la Houſſaye. Le clerge de France a profeſsé la même doctrine dans ſes aſſemblées de 1700, proces verbal p. 433, & de 1765.) „ Les Evêques, de droit divin, „ (dit M. l'archevêque de Toulouſe, dans „ ſon rapport á l'aſſemblée de 1765.) ſont „ juges uniques de la foi; c'eſt á eux qu' „ il appartient d' enſeigner & d'inſtruire, „ & l' eſprit-ſaint qui les a préposés á la „ garde du depôt, a confié á eux ſeuls „ cette autorité neceſſaire pour ecarter „ tout ce qui pourroit l'alterer ou le cor„ rompre. Les Evêques ſeuls ont décidé „ en juges, dans tous les conciles d'Orient „ & d' Occident, juſqu' au quinzième ſie„ cle, & ſi, depuis ce tems, les abbés & „ généraux d' ordre ont eu la voix de de„ ciſion dans les conciles, ce n' eſt point „ un droit qui leur fut acquis; c' eſt une

pu-

Digitized by Google

ſup. Lib. V.) ac proinde opus eſſe, ut ex Orationis contextu, atque ex adjunctis conjiciamus, ac dignoſcamus, quinam illorum *Presbyterorum* in Parochos, quinam in Canonicos eſſent cooptati. Hæc ſi ſecum animadvertiſſet Guadagninius, non ea monſtra effutiiſſet in Op. De antiq. Paræc. Orig. Part. II, Cap. II, Sect. 1, 2, 3, 4, 5, 6, atque alibi paſſim, quæ omnibus legentibus ſtomachum faciunt, bilem conciunt, faſtidium movent.

§. IV. At quo magis contendimus, ut Parochos ex Generalibus, Provincialibuſque Conciliis excludamus, eo magis laboramus, ut illos in Diœceſanas Synodos includamus. Prima Diœceſana Synodus, cujus acta ad nos uſque pervenerunt, eſt Antiſiodorenſis habita anno 579. In hac can. 7 cavetur, *Ut medio Majo omnes Presby-*

„ pure conceſſion, une grace que l' Egliſe „ leur a accordée, en vertu de leur dignités. Comment de ſimples prêtres peuvent-ils s' ériger en juges ſouverains de „ la doctrine, & des mœurs? & combien „ une telle prétention n'eſt-elle pas capable de troubler l' harmonie du corps „ myſtique de Jeſus-Chriſt, & de confondre dans l' ordre de la religion, ce que „ Jeſus-Chriſt a ſi clairement exprimé? " (Rapport de M. l' Archeveque de Toulouſe, á l' aſſemblée du clergé, de 1765. Voyez le proces-verbal de cetre année, du 25 Juin, ſeance 123.) Mais, au lieu d' accumuler les autorités nous demanderons ſeulement aux novateurs, qu' ils oppoſent au moins á celles que nous venons d'alleguer, un ſeul exemple, un ſeul canon, qui prouve que l' autorité du presbytére puiſſe jamais prévaloir ſur celle des Evêques, & nous concluons que les Synodes ne peuvent être & n'ont jamais été que des aſſemblées de prêtres, où l' Evêque écoutoit ſeulement leurs avis ſur les affaires concernant le gouvernement eccléſiaſtique, & où, loin de les etablir ſes maîtres, il leur faiſoit rendre compte de leur doctrine, & de l' adminiſtration ſpirituelle de leurs paroiſſes.

Eccleſia Generalia Concilia ſemper deſignavit expreſſo tantum Epiſcoporum numero, qui iis interfuerant. Ita cum memorat Epiſcopos 318, aut Epiſcopos 600, intelligit Concilium Nicænum, aut Chalcedonenſe, quoniam a totidem Epiſcopis duo illa Concilia conſtituuntur. Quod ſi aliquibus Conciliis etiam Presbyteros interfuiſſe conſtat, id factum eſt vel ex conceſſu Epiſcoporum, quibus certos Presbyteros vocare placuit, qui ſapientia præſtarent, vel ut abſentium Epiſcoporum vices agerent. Hinc Epiſcopi ſubſcribebant hac formula: *N. Epiſcopus judicans ſubſcripſi*; ſed a ſubſcriptionibus Presbyterorum aberat τὸ judicans, ut pateret, in Conciliis Epiſcopos proprie judices eſſe; & in Concilio Chalcedonenſi *act.* 1, *col.* 886, *tom.* 4 *collect. Labbei* habentur hæc: *Foras mittite ſuperfluos, concilium Epiſcoporum eſt.* Rem concludam egregiis verbis Cleri Gallicani *Harange faite au Roy a Verſailles le* 17 *Sept.* 1730, *pour la Cloture de l' Aſſemblée Generale du Clergé de France tom.* 12 *Actor. Eccleſ. Gallic. pag.* 1760, *edit. Pariſ. ann.* 1740, quæ verba ſunt hæc: *Le calme aprés lequel nous ſoupirons, ne ſcavroit ſe trouver, que dans la ſoumiſſion aux Decrets de la Foi, & dans l' obeiſſance a ceux, qui en ſont les juges. Ce ſont les Evêques ſeuls. C' eſt a eux qu' il appartient d' en decider les dogmes, de les enſeigner, de les expliquer, de les garantir, d' en établir également la certitude, & l' écuménicité, & d'y ſoumettre les peuples:* & *pag.* 1674, ubi extat *La Lettre ecrite au Roy par l' Aſſemblée Generale du Clerge de France tenue a Paris en l'année* 1731: *Nous le diſons*, inquiunt, *avec douleur, la ſubor-*

byteri in Civitatem veniunt. Hoc loci *Presbyterorum* nomine Parochi deſignantur, uti indicant verba illa *veniant in Civitatem*. Poſſem proferre plures alios Canones, qui hoc ipſum urgent, ſed minime neceſſe, cum jam Tridentinum Concilium id ſatis edixerit Seſſ. XXIV, de Reform. Cap. 2. *Synodi Diœceſanæ quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accedere teneantur; ratione tamen PAROCHIALIUM, aut aliarum Sæcularium Eccleſiarum etiam annexarum debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe*. Cujus autem ſuffragii jure in Diœceſana Synodo fruantur Parochi, ex iis colligere facile poteris, quæ Libro IV, Part. III, qu. XVII, in hanc rem a nobis diſputata ſunt.

QU.

ordination s'affoiblit. Le ſimple Pretre ſe met au rang, des premiers Paſteurs, & prend la place des juges de la Foi. Des Curés de la Capitale de vôtre Royaume oſent dans un Mémoire imprimé attaquer ouvertement un Ordonnance, & une Inſtruction Paſtorale de leur Archevêque, que ſont hont du toute atteinte &c.

QU. X.

Agunt ne pro jure ſuo Parochi, cum ex agris Parœciæ ſuæ Decumas exigunt?

§. I. PAULUS Sarpius in eo libro, in quo agit de re beneficiaria (a), morem Decimarum pendendarum tunc inductum fuiſſe, ait, cum Epiſcopi non contenti iis bonis, quæ in Eccleſiaſticorum fun-

fun-

(a) Paulus Sarpius Tract. de Benefi. Art. XI. In Francia i Veſcovi fatti dal Re, e molto più i fatti da Maeſtri di Palazzo, ſminuita l'autorità Regia, ſi diedero tutti alle coſe temporali, il che anche fecero gli Abbati, che contribuivano Soldati al Re, e andavano in perſona alla guerra, non come Religioſi, per quivi far uffizj di Miniſtri di Criſto, ma armati, combattendo anche colle loro mani; perlochè anche non furono contenti della quarta parte dei beni, ma li tirarono tutti a loro; onde i poveri Preti, che nelle Chieſe amminiſtravano a Popoli la parola di Dio, e i Sacramenti, reſtavano ſenza aver di che vivere; perlochè i Popoli per loro divozione contribuivano loro parte dell'aver proprio: il che facendoſi in alcuni luoghi più largamente, in altri più parcamente, ne naſcevano alle volte querimonie; perlochè, trattandoſi ſpeſſo quanto foſſe quello che ſi doveſſe dare al ſuo Pievano, paſsò in comune opinione, eſſer conveniente, ad eſempio della Legge Divina nel vecchio Teſtamento, il dare la decima, la quale eſſendo comandata da Dio a quel popolo, fu facil coſa rappreſentare, come debita ancora ſotto il Vangelo di Criſto; ſebbene da eſſo N. Signore, e da S. Paolo altro non è detto, ſe non che al Miniſtro ſi dee dal Popolo il ſoſtentamento neceſſario; che il Miniſtro, o operajo è degno della ſua mercede; e chi ſerve all'Altare deve vivere dell'Altare, ſenza preſcrivere la quantità determinata; perchè in alcun caſo la decima ſarebbe poco, e in altro caſo la centeſima baſterebbe; ma perchè queſta è coſa chiara, e di ſotto averemo biſogno di trattarla più diffuſamente, non dirò altro per ora, ſe non che in quel tempo, e per qualche ſecolo ſeguente, i Sermoni che erano fatti nella Chieſa, laſciate le materie della fede, non verſavano in altro, che in pruove, ed eſortazioni a pagare le decime: coſa che erano ſforzati i Curati a fare, e pel biſogno, e per l'utilità; e nell'amplificare oratoriamente, come occorre, ſpeſſo paſſavano tanto innanzi, che pareva metteſſero tutta la perfezione Criſtiana nel pagare le decime; delle quali anche non contenti, nè parendo aſſai le prediali, cominciarono a portare per neceſſarie anche le perſonali, cioè, di quello che l'uomo guadagna colla ſua fatica, e induſtria, della caccia, di ogni artificio, e anche dello ſtipendio militare. Di queſti Sermoni ritrovandoſene molti ſenza nome dell'autore, alcuni per errore, o per ſtudio, furono attribuiti a S. Agoſtino, e ad altri Scrittori antichi: ma oltre-

tre-

Digitized by Google

fundorum diviſione ſibi obtigerunt, aliorum etiam partes ſibi ſumpſerunt, ita ut ii Presbyteri, qui Populo verbum Dei prædicabant, ac Sacramenta miniſtrabant, coacti fuerint vitæ alimenta quærere ab ipſo Populo, qui ſuarum rerum decumas ſuorum Parochorum victui, ac cultui addixerunt. Ego vero, potiſſimam hujuſce rei cauſam, ac culpam in potentiores ex Laicorum numero homines conferendam eſſe ſemper putavi. Quis enim neſcit, hoſce in omnia Eccleſiarum bona irruiſſe, invaſiſſe, impetum feciſſe, & non ſolum Parochos, ſed etiam Epiſcopos ipſos ſuis fundis, prædiis, agris diruiſſe, eoſque ad ſubſidia ſibi ex decimis populo imperatis comparanda adegiſſe?

§. II. Quot, quantaſque clades Eccleſiarum Patrimoniis intulerint improbiſſimi hi homines, malo Vernenſium Patrum verbis, quam meis referre. *Vidimus nobis, & vobis imminere, cum pro rapinis & immanibus aliis ſceleribus, tum etiam maxime quod Eccleſiæ facultates, quas Reges, & reliqui chriſtiani Deo voverunt, ad alimenta ſervorum Dei, & pauperum, ad exceptionem hoſpitum, redemptionem captivorum, atque templorum Dei inſtaurationem, nunc in uſu ſæcularium detinentur. Hinc multi ſervi Dei penuriam cibi, & potus ac veſtimentorum patiuntur, pauperes conſuetam eleemoſynam non accipiunt, negliguntur hoſpites, fraudantur captivi, & fama omnium merito laceratur. Et quidem ſi hæc a paganis pateretur Eccleſia, patientiam flagitaret. Nunc autem oppreſſi a filiis noſtris, hoc eſt, ab his, quos vel nos, vel deceſſores noſtri in Chriſto genuimus, chriſtianos eos noſtro miniſterio facientes, nullam patientiæ conſolationem recipimus, quoniam de illorum interitu formidamus. Certe, quod nullus, quamquam impudentiſſimus, negare audebit, poſſeſſio Eccleſiæ votum eſt fidelium, patrimonium pauperum, redemptio animarum. Votum ergo alterius, quomodo quiſquam Deo audet auferre? Hereditatem redemerunt, cur inde alii ſuas perdunt? Itaque quædam loca venerabilia, quod nunquam antea auditum eſt, laici ex integro poſſident, quorundam partem ſibi vindicant, quorumdam prædia multipliciter diviſa in hereditatem ſibi dari fecerunt. Ægyptii Sacerdotes, famis neceſſitate ceteris cuncta vendentibus, ſuas poſſeſſiones retinuerunt; & falſi Dii reverentiam a ſuis cultoribus meruerunt, quam in hac parte ſolus, & verus Deus non obtinet. Oza percuſſus eſt propterea, quod nutantem arcam ſublevare præſumſit, quam tangere nefas erat. Rideat hoc aliquis, niſi, quod ſummo dolore dicimus, quidam oppreſſores Eccleſiæ dignum ſuis moribus exitum noſtro etiam tempore invenerunt. Propheta clamat: Qui dixerunt, Hereditate poſſideamus ſanctuarium Dei, Deus meus, pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. Poſtremo ipſe Dominus JESUS conditor & redemptor: Quid proficit homo, ſi lucretur univerſum mun-*

trechè lo ſtile moſtra che ſono compoſti circa l' 800, le Storie ſono chiare che nè in Affrica, nè in Oriente mai ſi ſono pagate decime, e che il loro principio nacque, come ſi è detto, in Francia.

mundum, ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat? Et quiſquam tam audax & deſperatus invenitur, qui poſſeſſiones DEI ad certiſſimam perniciem ſuam occupet, & invadat? O fideles Deo, & vobis ipſis; nolite pro temporali abundantia divitiarum mereri ſempiternam congeriem miſeriarum, nec ultra decus animæ veſtræ tam peſtifero, tam inaudito, tam denique certo ſacrilegio polluatis. Reddite Deo ſua, ut veſtra cum pace poſſideatis, tormenta evadatis æterna, & poſtmodum ad gaudium Domini noſtri ut ſervi fideles intromittamini. Sæculares honores ſæculares poſſideant, Eccleſiaſticos Eccleſiaſtici ſortiantur. Nec nos inſatiabilis cupiditatis arguatis, quia, qualeſcunque ſimus, vera nos dicere, nec ipſi neſcitis. Et licet pauci, ſunt tamen aliqui noſtrum Deum timentes, qui juxta illud propheticum exaudiantur: Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, quia omnium finis quotidie appropinquat, & quæ videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna. Si volumus evadere præſentes calamitates, & futuras evitare miſerias, in commune a noſtris pravitatibus ad Deum convertamur, & declinantes a malo faciamus bonum, ut bona Domini mereamur videre in terra viventium. Tu autem, cariſſime REX, quia veriſſime ſcriptum eſt: Corrumpunt mores bonos colloquia mala, fuge perverſorum conſortia & conſilia, nec a te quiſquam petere audeat, quod majeſtatem tuam præſtare non deceat. Nec timeas iratos homines, hoc eſt terram & cinerem, amplius quam Deum, qui te creavit, quique in veritate judicabit; cujus voluntatem ſi perfecte ſecutus fueris, credimus, quod quorumlibet hominum te contumacia liberabit, & omnibus anguſtiis clementer eripiet, ac poſt hoc temporale regnum ad perpetuum cumulata felicitate perducet (*b*). Concil. Vern. ad Carol. Calv. ann. 844.

§. III. Quamquam haſce bonorum Eccleſiaſticorum direptiones Decimis non tam ortum attuliſſe, quam gradum addidiſſe exiſtimarim. Nam decimarum incunabula latent in initio Sæculi IV, quo tempore prædia Eccleſiaſtica rapaces Laicorum Manus nondum perpeſſa erant. Habe ea, quæ Hieronymus ait in Matthæi Cap. 22: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, ideſt nummum, tributum, pecuniam; & quæ ſunt Dei Deo, ideſt Decimas, Primitias, oblationes.* Audi Auguſtinum Lib. 50 Homil. Homil. 48: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Majores noſtri adeo copiis abundabant, quia Deo Decimas dabant, & cenſum Cæſari reddebant. Modo autem, quia diſceſſit devotio Chriſti, acceſſit indictio Fiſci. Noluimus partiri cum Deo Decimas; modo autem totum tollitur.* Antiquum Decimarum Eccleſiis perſolvendarum uſum teſtantur etiam Patres Concilii Matiſconenſis II, an. 585, can. 5, hiſ-

(b) Vid. Petrum de Marca in Not. ad Concil. Claromont. ad Can. VII.

V. Franciſcum Florentem ad lib. III Decret. Tit. XXXVIII, de Jur. Patron. in Can. 1, 2.

V. Murator. Sopra le Antichità Italiane Diſſ. 72.

Quod Concilium Lateranenſe III non eſpreſſe ſtatuat, reſtituendas eſſe decimas, quas Laici detinebant, neque ullam in ipſos

hiſce verbis: *Statuimus, & decernimus, ut MOS ANTIQUUS a Fidelibus reparetur, & Decimas Eccleſiaſticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum uſum, aut in captivorum redemptionem prærogantes, ſuis orationibus pacem populo, ac ſalutem impetrent* (Hard. Tom. III, Concil. pag. 461.).

§. IV.

---

ipſos pœnam conſtituat, ſed tantum illas in laicos transferri, ac novas acquiri vetet, plerique in eam venere opinionem, quod eas Synodus integras laicis reliquerit decimas, in quarum antea poſſeſſione verſabantur. Hinc orta communis opinio, laicos retinere poſſe infeudatas decimas, quas ante illam Synodum obtinebant. Sed recte obſervat Ludovicus Thomaſſinus *vet. & nov. Eccleſ. diſcipl. par. 3, lib. 1, cap. 11, num. 7, & ſeq.* Concilium Lateranenſe III numquam laicis antiquas decimas permiſiſſe, cum ſatis diſerte dicat, eas laicos ſine *animarum periculo detinere* non poſſe. Hinc Odo de Saliaco Pariſienſis Epiſcopus, viginti circiter poſt annos, quam Lateranenſe Concilium habitum fuerat, in ſuis Conſtitutionibus Synodalibus *num.* 18, *Delect. actor. tom.* 1, *col.* 1257: *Frequenter*, inquit, *moneantur laici ut non retineant decimas, quas in periculum animarum ſuarum retinent*. In Concilio Lateranenſi IV multa de decimis ſancita ſunt, præſertim contra illos, qui eas uſurpabant, ſed nullum decretum eſt, quo laici reſtituere cogantur decimas, quas tunc obtinebant. Immo Innocentius III, quo Pontifice Lateranenſe illud Concilium habitum eſt, non improbaſſe videtur decimas, quæ a laicis jure feudi retinebantur, uti patet ex *Prima Collect. tit.* 11, *tom.* 1, *pag.* 565, *&* 566, *edit. Baluzii Paris.* 1682. Cum enim Capitulum Sueſſionenſe earum decimarum redimendarum facultatem poſtulaſſet; eam dedit Pontifex adjecta lege, ut Capitulum ea, quæ præſtabant veteri decimarum poſſeſſores, Eccleſiæ ſervitia præſtaret. Non hic Eccleſiæ reſtitui jubetur decimæ infeudatæ: immo vero probatur contractus, per quem illas Capitulum a laicis acquiſiverat & confirmantur ſervitia, quæ antea laici propter decimas præſtabant, & quæ impoſterum Capitulum præſtare debet. Clarius ipſe Innocentius III *in Cap.* 25, *de decim.* memorat decimas in feudum conceſſas, neque eas improbat. Ita cum omnes, quæ ferebantur, leges novas tantum decimas a laicis acquiri vetarent, ſed decimas jam infeudatas non improbarent, invaluit opinio, quod laicis vetitum eſſet novas decimas acquirere, contra ipſis illæ eſſent permittendæ, quibus jam tunc fruebantur. Medio Sæculo XIII Alexander IV, *in cap.* 2, *§. ſane de decim. in* 6, poſtquam ſtatuit, Regulares poſſe cum Epiſcopi conſenſu decimas a laicis detentas accipere; *illas autem*, inquit, *decimas intelligimus poſſe taliter a Religioſis de manibus laicorum recipi, vel acquiri, quæ, non ante Lateranenſe Concilium ipſis laicis in feudum perpetuo fuere conceſſæ*. Non hic declarat Alexander, quod Lateranenſe Concilium intelligat, ſed tamen Juris Canonici Interpretes intelligendum putant Concilium Lateranenſe III, quod Alexandro III Pontifice habitum eſt. Hinc recepta ubique regula, laicos retinere poſſe decimas infeudatas, modo eas ante Concilium Lateranenſe III obtinuerint. Illud non omittam, quod poſt Pontificatum Innocentii III abſtinuere ſe Concilia a repetendis antiquis decimis, quas jam laici habebant, quod ex Tridentino Synodo confirmari poteſt. Quamquam enim ſtatuat, ut *qui decimas impediunt, aut ſubtrahunt, excommunicentur, ſeſſ.* 25, *c.* 12, *de reform.* tamen *ſeſſ.* 23, *cap.* 18, *de reform.* agens de reditibus idoneis Epiſcopali ſeminario parandis, aliquid conferri jubet a laicis, qui Eccleſiæ decimas obtinent: *etiam ex decimis quacunque ratione ad laicos, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica ſolvi ſolent, pertinentibus*.

Digitized by Google

§. IV. Ac primum Decimæ non ſecus ac alia Eccleſiaſtica bona in Epiſcopale ærarium inferebantur, omniumque Eccleſiarum, ac Clericorum ſumptus una cum aliis Eccleſiaſticis bonis pro re tolerabant ſua (Vid. ſup. Lib. V, qu. XII, §. 4.). At poſtquam ſingulæ Eccleſiæ res ſuas ſibi habere, & procurare cœperunt, ſingulæ ſuos Clericos alere, ſua bona, ſuas poſſeſſiones unaquæque agnoſcere, ſuiſque territoriis terminos, ac fines pangere (Vid. ſup. Lib. V, qu. XIII, §. 2.), in mores abiit (c), ut eorum fructuum decimæ, qui intra uniuſcujuſque Parochiæ

(c) Berard. Comm. in Jus. Eccles. Univers. Diſ. VI, Cap. VI, Tom. I, pag. 200. Olim Epiſcopis, ſeu Cardinalibus Eccleſiis decimæ luebantur, Can. 1, verſ. *has vero*, Cauſ. 16, qu. 7, & quidem ob duplicem cauſam; primo, quod in eo adhuc vigebat vetus Eccleſiæ diſciplina, juxta quam quæcumque eccleſiaſticæ obventiones ad manus Epiſcopi deducebantur, neceſſaria deinde vitæ ſubſidia inter Clericos Eccleſiis adminiſtrantes tribururi. Secundo, quod Cathedrales Eccleſiæ adhuc inopes eſſent, & ex obventibus inferiorum Eccleſiarum in tota diœceſi ſitarum tuendæ erant, earumdemque Clerici ſuſtenrandi. Paullarim ſactum eſt, ut quoniam Epiſcopi abdicaverunt a ſe liberam illam adminiſtrationem univerſi peculii Eccleſiaſtici gratia Parochorum reſpectu Parochialium Eccleſiarum, certis tantum juribus ſibi reſervatis, alias autem Cathedrales Eccleſiæ ſenſim diteſcenres opus non amplius habuerant inferiorum Eccleſiarum ſubſidiis, jus decimarum cœperit eſſe proprium Parochorum, eamque ob rem hodie jus commune & ordinarium potius Parochis, quam Epiſcopis ſavet, ira ut quicumque etiam Epiſcopus conrendere velit contra Parochos, ad ſe ſpectare jura decimarum, ſingulari jure probato innitarur oporteat, quod Parochus in propoſito dicarur intentionem habere in jure communi fundatam. Quidquod enim in Cap. 18 de decimis legimus, decimas Parochiali eſſe Eccleſiæ perſolvendas? Quid quod in Cap. 20 dicitur, decimas perſonales, ac reales Parochiali Eccleſiæ, ſeu illi, in qua percipiuntur Sacramenta adſignari? Quid quod perſpicue in Cap. 30, eod. tit. traditur ad Parochiales Eccleſias *de jure communi ſpectare perceptionem decimarum?* Quam phraſim etiam legimus in Cap. 29 præcedente. Quid quod Alexander IV, in Cap. II, verſ. *Diœceſani*, de decimis in 6, monuit Epiſcopos, ut ſolliciti eſſent, quo univerſi decimas Parochialibus Eccleſiis ſolverent? Denique Bonifacius VIII, in Cap. 2. de reſtitur. ſpoliat. in 6, ait, eſſe *manifeſtum niſi aliud oſtendatur, decimas de jure communi ad Parochialem Eccleſiam pertinere*. Sane minores Eccleſiæ in limitibus Parochiarum conſtitutæ, vel Clerici in iis ſacra adminiſtrantes a decimis jam olim excluſi fuerant, ne Eccleſiæ antiquiores, ideſt aut Carhedralis, aut Parochialis, decimis fraudarentur, Can. 42, 43, 44, & 45, Can. 16, qu. 1, neque unquam admiſſi fuerunt, niſi ubi jus ſingulare, quale fuiſſet privilegium, aut longa præſcriptio, vel conſuetudo legitima, demonſtraretur. Succeſſu temporis etiam excluſi fuerunt Epiſcopi, & Eccleſiæ Cathedrales, uti dictum eſt. Tum vero nec ſtatim omnia jura ſua Epiſcopi renunciaverunt, quia reſervarunt, nec ubicumque Parochis, ac Parochiis decimas demiſerunt. Non ſtatim in primis omnia jura Epiſcopi renunciaverunt, quia reſervarunt ſibi canonicam, ut plurimum quartam, portionem, de qua in præcedente capite ſermonem inſtitui. Hinc intelligimus Capitulum 13, de decimis, ubi Epiſcopo Brixienſi præcipitur, ut Parochiali Eccleſiæ *decimas faceret adſignari, ſua parte retenta*, ideſt, retenta canonica Epiſcopi portione. Intelligimus etiam reſcriptum Alexandri IV, in Cap. 2, verſ. *ubi autem* de decimis in 6, ubi fit mentio Parochorum, qui per ſubtractionem

chiæ limites perciperentur, earumdem Parochis deberentur; itaque factum eſt, ut modo decimarum exactio non in ultimo Parochialium jurium loco numerentur.

Q U-

decimarum *jura Epiſcopalia exhibere non poſſent*, & præcipitur, ut ita Parochis occurratur, *ut Epiſcopalia Jura ſolvere valeant*, hæc enim non alio pertinent, quam quo Parochi poſſint ex decimarum obventionibus Canonicam portionem Epiſcopo ſolvere. Deinde non ubique Epiſcopi, aut Eccleſiæ Cathedrales jura decimarum Parochis*, & Parochiis conceſſerunt, ſed alicubi ſibi ſtatutis ſingularibus reſervaverunt; unde identidem legimus, Epiſcopis decimas ſolvi, ut in Cap. 1, de præſcript. in 6, & Concilium Tridentinum in Cap. 12, ſeſſ. 24, de reform. promiſcue mentionem facit, ſive de Cathedralibus, ſive de aliis Eccleſiis, quibus decimæ debeantur. Unde regula conficienda eſt, jure communi deberi decimas Parochialibus Eccleſiis minoribus, niſi iſtæ ſingulari jure innitantur; immo & nec Eccleſiis Cathedralibus, niſi ſtatutis ſingularibus, aut conſuetudine legitima iſtæ juventur, ac ſimili ratione ne Epiſcopis quidem, qui præterea etiam a canonica portione abſtinebunt, ubi Canonicæ portionis percipiendæ nullus uſus ſuperſit.

Digitized by Google

QU. XI.

Quid habes de Juribus Stolæ? Quibus debentur?

§. I. JUra ſtolæ vocantur ea emolumenta, quæ Parochis obveniunt, dum ſacra obeunt munia. Hæc ſtolæ jura magnam ſuſtinent invidiæ molem, eaque ab obtrectatoribus tamquam ſordidiſſima, ac turpiſſima lucra exagitantur. Verum quam iniqui Judices ſint, qui de ſtolæ juribus tam infeſtam, atque inimicam ſententiam ferunt, parumper mecum adverte.

§. II. Neque tu unus ex illis es, qui Apoſtolo ſubiraſceris dicenti: (a) *Quis militat ſtipendiis ſuis unquam? . . Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi carnalia metamus? Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt, & qui Altari deſerviunt, cum Altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere*. Neque ille, opinor, es, qui priſcæ Chriſtianorum vetuſtati, ſua dona inter Miſſarum ſolemnia Sacerdotibus offerenti, eorumque eſui, potui, cultuique corporis neceſſaria ſuppeditanti ſucceſeas (Vid. ſup. Lib. V, Quæſt. VI. §. *6*, & Quæſt. X, §. 5.). Quid porro interſit inter vetera illa offerumenta, & noſtrorum temporum ſtolæ emolumenta, equidem non video.

§. III. Veteribus illis oblationibus acceſſerunt, vel ſucceſſerunt prædia, agri, & latifundia (Vid. ſup. Lib. V, Quæſt. XII, §. 4.). Verum hæc Procis ſalivam moverunt, qui per omne fas, & nefas in Eccleſiaſticas poſſeſſiones ingreſſi Eccleſias, Eccleſiaſticoſque viros bonis omnibus expoliarunt (Vid. ſup. Quæſt. X.). Huic vulneri aliquam medicinam attulerunt Decimæ fructibus omnibus imperatæ (Vid. ſup. ibidem.); ſed neque hiſce pepercit improborum hominum ingluvies (*b*), quæque grandiores, ac præclariores erant, avidioreſque oculos alliciebant, eas omnes obſedit, occupavitque. In id igi-

(a) N' avonſ-nous pas vu ces derniers reprocher à S. Paul les maximes juſtes, & ſages que nous citées ci-deſſus? Ils n' ont pas rougi d' écrire que les Miniſtres de l'Egliſe ont hérité des Apôtres même de l'eſprit mercénaire & ambitieux, dont ils ont toujours eté animes. Bergier Theolog. V. Caſuel.

(b) *Boehemerus J. E. P. Lib. III, Tit. XXX*, §. 18. Fere iiſdem occaſionibus olim

Digitized by Google

igitur res redierat, ut neceſſe fuerit, eam alendorum clericorum rationem quæ-

olim laicis obvenere decimæ, quibus alia *bona Eccleſiaſtica*, quas recenſui *ad tit. de feudis* §. 6, *ſeqq. & Tom. I, P. I, conſult. & decis. jur. arg. IV.* Ex monumentis antiquis demonſtravi, Reges Francorum Monaſteria, & Eccleſias in ſua habuiſſe manu, & *ob neceſſitates publicas* prædia Eccleſiaſtica militibus diſtribuiſſe, idque hoc ſub *titulo* factum fuiſſe, quod milites *pro defenſione Eccleſiarum* ſimul arma hoſti inferrent, & ſic æquum eſſet, ut ſubſidium quoddam ex penu Eccleſiæ acciperent. Quibus ergo alii reditus Eccleſiaſtici jure *beneficii* a Regibus dabantur, his pariter etiam *Decimæ* eodem jure datæ ſunt, quæ jure cæterorum bonorum cenſebantur, prout plenius illuſtrat *Dominus Meinders de origine dec. in veteri Weſtfal. c.* 4. Hæc ſententia quoque fuit Friderici I apud Arnoldum Lubecenſem *lib.* 3 *Chron. c.* 18, contra Pontificis poſtulatum, *injuſtum eſſe aliquam laicam perſonam decimas poſſidere*, fortiter pugnantis. *Scimus autem, decimas, & oblationes a Deo Sacerdotibus, & Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore Chriſtianitatis ab adverſariis infestarentur Eccleſiæ, eaſdem decimas præpotentes nobiles viri ab Eccleſiis in beneficio ſtabili acceperunt, quæ per ſe ſua obtinere non valerent.* Hoc paulo ſerius factum fuiſſe ab Epiſcopis, res ipſa docet: ipſi Reges Francorum jure quodam *regio* de bonis his diſponebant, & inter hæc *decimas* quoque bene meritis in beneficium dabant.

Primum Carolum Martellum ducem Francorum bona Eccleſiaſtica militibus ſuis utenda conceſſiſſe, fatentur eruditi, & admittit Petrus de Marca *in not. ad Concil. Clarom. c.* 7, *quod cit. tit. de feud. cit. l. illuſtravi*. Probabile ergo eſt, hunc eumdem quoque decimas in feudum militibus dediſſe. Obſervat id ipſum Vadianus apud Goldaſtum tom. III *rerum Allemann. p.* 10, & de temporibus Carolomanni ita loquitur: *Jam tum enim erant non Abbates modo, quorum avaritia dudum Eccleſiis nocuit, ſed nobiles etiam laici, qui Principum indulgentia abuſi, decimas ſibi frequenter vindicabant.* Franciſcus de Roye *lib. II jur. can. tit.* 12, §. 15, *in f.* antiquiores jam decimas infeudatas Carolo Martello eſſe, eaſque circa *ſæculum ſextum* cœpiſſe ait, id quod a vero alienum prorſus eſt, cum eo tempore, & quidem circa finem ejus, ut §. II obſervatum eſt, lege publica decimæ paſſim invaluerint. Alteſſerra *de orig. & ſtatu feud. c.* 5, quam de verbo ad verbum excripſit Gonzalez *ad c.* 19, *X de decimis, n.* 5, negat, Carolum Martellum decimas laicis in feudum dediſſe, licet concedat, eum prædia eccleſiaſtica militibus erogaſſe. Quis vero crederet, eum ſibi *a decimis* militibus dandis temperaſſe, qui prædia eccleſiaſtica beneficiario jure militibus conceſſit? Atque ex *his*, ac ex *illis* clerici alebantur, nec, qui jus in hæc ſibi arrogabat, ab aliis abſtinuiſſe credibile eſt.

Hac de cauſa praxis hæc ſub Carolo M. magis propagata quam incepta eſt. Agobardus, qui ævo Carolingico floruit, de *diſpenſ. rer. eccl.* §. 15, morem hujus temporis his depingit verbis: *Nunc non ſolum poſſeſſiones eccleſiaſticæ, ſed ipſæ etiam Eccleſiæ cum poſſeſſionibus venundantur*: & paulo poſt: *& nunc ipſi contra pietatem majorum ſi parietes ſibi vindicare potuerint, non tantum ea, quæ a conſtructoribus conlata ſunt, ſed & multa, quæ plerique fidelium pro ſepulturis, aut qualibet devotione alia ibidem ſacraverunt, cum ipſis eccleſiis vendere licitum putant, nullo prohibente.* Hoc quoque tractum fuiſſe ad *decimas*, obſervat Baluzius *in not. pag.* 97, quod in iis *Eccleſiarum* reditus primarii conſiſterent, & quando *eccleſiæ* a laicis poſſeſſæ dicuntur, id primario de *oblationibus*, & *decimis* intelligendum eſt. Obſervat id ipſum inter alios Petrus de Marca *cit. l. &, tunc non ſolum fundi, & villæ*, ait, *ſed etiam eccleſiæ ipſæ in beneficium illis conceſſæ ſunt. Eccleſiarum nomine, oblationes, decimæ, aliique redditus data*

&

Digitized by Google

quærere, quæ extra omne Laicorum hominum telum poſita eſſet, quæque po-

---

& *conceſſa intelligebantur, ut patet ex veteribus actis. Tunc Eccleſiæ eo jure poſſeſſæ ſunt, quo cætera beneficia ſive feuda adeo, ut tandem in hæredes quoque tranſierint, & expoſitæ ſint hominum commercio*. Sed pedetentim hæ infeudationes ceſſarunt, & decimæ ad patrimonium eccleſiæ reverſæ, ut cit. arg. IV conſult. docui.

Acceſſit ipſorum prælatorum audacia, bona, & jura eccleſiæ adeo ex poſt facto ſibi aſſerentium, ut de iis pro lubitu diſponere non vererentur. Sæpe publica neceſſitas poſtulabat, ut potentiores ſibi conciliarent, illos vaſſallos eccleſiæ militeſque efficerent, atque ita eos vinculo quodam ſibi obſtringerent. Non raro contentiones movebant laici contra prælatos, eis hoſtilia intentabant, & tandem, pace facta, ſatisfaciendum iis erat de bonis eccleſiæ, & *decimis*, quibus admodum inhiabant. Non deerat aliis ambitio, qua movebantur, ut plures ſibi clientes vaſſalloſque conciliarent. Et quis omnes cauſas enarraret, quæ ad decimas laicis dandas epiſcopos compulerint? Illa potiſſimum approbata eſt, quam Fridericus I, apud Arnoldum Lubec. adduxit. Ceteræ reprobatæ in Conciliis & rejectæ. Variis id teſtimoniis exornat Alteſetra *de orig. feud. c.* 5. Ægerrime id tulit Gregorius VII *in c.* 3, C. 16, *quæſt.* 7: *Et pervenit*, ait, *ad nos fama ſiniſtra, quod quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ diœceſis decimas, atque chriſtianorum oblationes conferant, ſed potius laicalibus perſonis; militum videlicet, ſive ſervitorum, vel, quod gravius eſt, etiam conſanguineis*. Plures conditæ ſunt contra detentores decimarum conſtitutiones eccleſiaſticæ; nobiles tamen ægre paſſi ſunt, has ſibi eripi, quas *jure feudi* poſſidebant, ut oſtendit Gerhardus Du Bois *in hiſt. Paris. eccl. lib. X*, C. 7, §. 9. Nec ſine turbis effici poterat, ut nobiles ferociores jure ſuo cederent. Illuſtrant id verbis Aimonii *ſcriptoris vitæ S. Abbonis Du Bois cit. l. lib. X*, §. 10, & Harduinus *tom. VI, P. I concil. p.* 755. „ In illis ſane diebus (*ann.* 997.) in monaſterio S. Dionyſii haud procul a Pariſiis Concilium aggregatum eſt quamplurimorum epiſcoporum, qui cum de fidei puritate, de corrigendis tam ſuis, quam ſubditorum pravis moribus ſermocinari debuiſſent, juxta vulgare proverbium cunctum ſuum ſermonem ad decimas verterunt eccleſiarum, quas laicis & Deo ſervientibus mónachis auferre moliri, aſſiſtente eis in hac re hoc venerabili Dei cultore Abbone, promiſcuam in ſe vulgi conciravere manum, ortaque ſubito ſeditione tantus in epiſcopos timor, ut publica ſtatione relicta paſſim quiſque disfugeret, inter quos Seguinus Senonum archiepiſcopus primatum Galliæ in ea ſynodo ſibi uſurpans primatum, quoque fuga arripuit, & inter fugiendum ſecuti inter ſcapulas ictus lutoque a popularibus oblitus ægre evaſit. “ Aliis hanc rem teſtimoniis exornat Thomaſſinus P. III *de vet. & nova eccl. diſcipl. lib. I, c. I, & II*, §. 16, *ſeqq.*

Nova acceſſit cauſa, qua laicis decimæ obvenirent, quod potentiores exſtruerent in villis capellas, & oratoria, pro ſe ſuiſque ſubditis, quæ inſtar *parochialium eccleſiarum*, ex quibus decimas ſibi retinebant, jure quodam *cenſus*, eccleſiæ impoſito. Regum exempla intuebantur, qui ex capellis *Dominicas decimas*, quas ſui juris dicebant, laicis dabant. In *Concilio Meldenſi anno* 845 celebrato c. 75, apud Harduinum *tom. IV concil. p.* 1499, Patres id minime approbandum, ſed indignum eſſe judicarunt, ut capellas villarum ſuarum laicis committerent. *Sed quia*, pergunt, *aliter cauſis intervenientibus res ſe habere dignoſcitur, monemus, & hortamur ut ſecundum canonicam auctoritatem, ne, quod abſit, periculum interdicti, anathematis ex præſumptis decimis incurratis, ſi capellas veſtras presbyteris, aut viris eccleſiaſticis dederitis, & dominicas decimas ac-*

potentiorum rapacitatem poſſet effu- gere, Quæ autem potior, quam ea, quæ

acceperint, ſarta tecta eccleſiæ, & luminaria exinde competenter provideant, & presbyteri parochianas decimas accipiant, populi neceſſitatibus debite invigilent. Si autem laici capellas habuerint, a ratione, & auctoritate alienum habetur ut & ipſi decimas accipiant, & inde canes, & geniciarias ſuas paſcant. Idem repetitum eſt in *Concilio Confluentino* anno 922 celebrato, c. 5, apud Harduinum *tom. VI, p. 1, p.* 561, ubi ita: *Si laici proprias capellas habuerint, a ratione, & auctoritate alienum habetur, ut ipſi decimas accipiant, & inde canes, & geniciarias ſuas paſcant ec.* Non credibile eſt, nobiles his canonibus permotos fuiſſe, ut mox decimas, quas *ſui juris* eſſe credebant, dimitterent, quin inde factum eſſe reor, ut in pagis, in quibus nobiles *eccleſias* pro tota ſua familia, quæ potiſſimum ex ruſticis ſervilis conditionis conſtabat, exſtruxere, decimas ſibi adſcripſerint, & *jure hæreditario* in hæredes ſuos tranſmiſerint, quod vel tot *decimarum allodialium* exempla in pagis teſtantur, quæ adhuc hodie a *nobilibus*, vel ab aliis, in quos eas tranſtulerunt, poſſidentur.

Frequentiſſimæ quoque circa hæc tempora, quibus decimæ ad *laicos* tranſierunt, fuere querelæ de *laicorum*, ſeu *præpotentum cupiditate*, quibuſvis artibus bonis eccleſiæ ejuſque juribus inſidiante, & patrimonium Chriſti ad ſe rapiente. Multis expoſitæ erant inſidiis eccleſiæ: bona, & decimas ſibi prædæ fore credidere potentiores. Inde *advocatiarum* & jurium *protectionis* origo, de quibus tot loquuntur diplomata, chartæ, & monumenta. „ Erat præterea, *ait Du Bois* cit. l. lib. X, „ c. 1, §. 10, aliud malum, quod corrupta ætas invexerat, multi nobiles decimas, quæ clericorum erant, invaſerant, „ hique miniſtris eccleſiarum ſuarum alimoniam abſtulerant; frequentes contra „ hos raptores fuerant clericorum queſtus. “ In *Conc. Troslejano* anno 909 celebrato, apud Harduinum *tom. VI, p. 1, p.* 519, *ſeqq. c.* 6, prolixe de hac rapacitate agunt patres, inquientes: „ Et quoniam ſunt aliqui tantæ cupiditatis face „ ſuccenſi, ut non ſolum ſibi a Deo conceſſis non bene utantur, verum inconceſſa, ac illicita ambiant; & ex his, „ quæ diutius ſunt tradita, & oblata cultibus, & ſecundum legem Domini ſancta ſanctorum ſunt Domino, & ad jus „ pertinent ſacerdotum, exactiones cenſus „ ab ipſis ſacerdotibus ſibi exquirant, & „ xeniis, ac paſtis, vel paraveredis ſeu „ caballorum ſanguinationibus presbyteros „ affligant; cum ex eis, quæ ſeu pro dote, ſeu quacumque fidelium devotione „ unicuique tradita ſunt eccleſiæ, non aliud quodlibet ſervitium, niſi ſpirituale „ exigere debeant, neceſſarium nobis videtur, hujuſmodi præſumptiones, quia „ contra canonicam fiunt auctoritatem, „ modis omnibus cohibere. “ Poſt interjecta nonnulla pergunt: „ At contra quidam præſumunt diſtringere, & injuriare, vel etiam expellere presbyteros de „ eccleſiis ſibi commiſſis, vel expoliare „ decimis, aut poſſeſſionibus. “ Inanes ut plurimum erant hæ querelæ, nec arma ſpiritualia, ut loquuntur, eam habebant efficaciam, ut prædam potentioribus laicis eriperent. Tranſigendum ergo ſæpe fuit de præda, & quædam iis dimittenda, ut quantum fieri poſſet, ex decimis ſalvaretur. Huc, meo judicio, reſpexit Albertus Krantius *lib.* 1 *metrop. c.* 2, *ec.* „ Cum „ non ſatis fiderent, ait, Pontifices ſua „ jura ab laicis principibus tueri, dediſſe „ arbitror partem decimarum principibus „ in manum per ſpeciem feudi, & beneficii, malentes amittere dimidium, quam „ totum; inde factum, ut a principibus „ tranſirent in miniſteriales, qui nunc militares appellantur. “

His ſimilibuſque factum eſt occaſionibus, ut laici *jure feudi* decimas plures obtioerent, quas adhuc hodie non tantum

ab

Digitized by Google

ab epiſcopis, ſed etiam *principibus* in feudum dare videmus. Equidem de revocandis, & reddendis decimis plura in Conciliis conſtituta ſunt, quæ tamen ſperatum non habuere effectum, quia qui *jure feudi* decimas poſſidebant, ſe *optimo* munitos *titulo* allegabant, ſcientes præterea quidquid *jure feudi* tenebant, ſe ne quidem Eccleſiæ reddere poſſe ſine *dominorum feudi conſenſu*. Hi potiſſimum intercedebant, quominus Epiſcoporum conatus evaneſcerent. Fuere tamen nonnulli, qui vaſſallis ſuis ad epiſcoporum inſtantiam permittebant, ut poſſent libere, ne quidem conſenſu impetrato, decimas in eccleſiam transferre, vel eidem reſtituere. Inter hos fuit Ludovicus Sanctus Rex Francorum, qui annô 1269, omnibus perſonis laicalibus, decimas percipientibus, indulſit, ut poſſent eas eccleſiis concedere *tenendas in perpetuum* cum hac clauſula; *noſtro vel ſucceſſorum noſtrorum aſſenſu minime requiſitio: ita etiam quod contra hoc heredes, ſeu ſucceſſores noſtri nullatenus ſe opponere valeant, aut hanc conceſſionem noſtram deinceps aliquatenus impedire.* Ipſas literas Lodovici S. referunt Martene, & Durandus *in theſ. anecdot. tom.* 1, *p.* 1126. An eadem indulgentia ſucceſſores ejus uſi fuerint, vel inde hæſito, tum quod facto haud obligati fuerint, tum quod *decimæ infeudatæ*, ut vocantur, in Gallia haud deſierint.

Id forſan tot conatibus artibuſque Epiſcoporum effectum eſt, ut quidam, ſicut alia bona, ita etiam decimas, non *eccleſiis parochialibus*, ſed *monachis religioſiſque* conferrent, ne viderentur abſque omni ſpe commodi decimas reſtituiſſe, ſed Monachorum precibus fruerentur, in quibus eo tempore multum collocabatur præſidii. Inde novæ clericorum lites, & jurgia. Æque *monachi* reputabantur eſſe *laici*: ad minimum clerici ſibi ex hac reſtitutione parum conſuli credebant, inde id egerunt, in id omnes nervos intenderunt, ut monachi a laicis reciperent decimas, ſed receptas eccleſiis redderent. Quandoque etiam monaſteria *redimebant* decimas a laicis pretio ſoluto. Id vero pariter vetitum fuit, ad minimum, ne id fieret ſine conſenſu Epiſcopi. In *Concilio Meleſitano anno* 1089 celebrato, *c.* 5, apud Harduinum *tom. VI Concil. p.* 2, *p.* 1689, hac de re ita cautum: *Nullus laicus decimas ſuas, aut eccleſiam, aut quidquid eccleſiaſtiei juris eſt, ſine conſenſu epiſcopi vel Romani conceſſione pontificis monaſteriis, aut canonicis offerre præſumat.* Idem repetitum ab Alexandro III *in Concil. Lateran.* anno 1179 celebrato, ut §. 40 declarandum erit. Sed conſenſum epiſcoporum facile impetrabant monaſteria quandoque etiam ſoluta pecuniæ ſumma. Inde *redemptiones altarium*, quæ in antiquis monumentis occurrunt, vi quarum monaſteria eccleſias *cum conſenſu epiſcopi* poſſidebant, & omne lucrum cum decimis ex iis percipiebant, conſtituto *v:cario*, quam *perſonam* dixere, qui ſacra ibidem adminiſtraret. Hac ratione etiam monaſteriis variæ obvenerunt decimæ, quæ etiam adhuc hodie ab iis detinentur. Conf. Petrus de Marca *ad c.* 7 *concil. Clarmont. p.* 263, *edit. Lipſ.*

Quæ cum ita ſunt, facile liquet, quæ ſit ſententia *Concilii Lateranenſis* III, anno 1179 celebrati, in quo interpretes juris canonici omne quærunt præſidium. In *canon.* 9, apud Harduinum *tom. VI*, *p.* 2, *p.* 1687, hæc præmittuntur. *Eccleſias ſane, & decimas de manu laicorum ſine conſenſu epiſcoporum tam illos, quam quoſcumque alios religioſos recipere prohibemus, dimiſſis etiam, quas contra tenorem iſtum moderno tempore receperunt.* Hic canon ſpeciatim directus eſt contra *fratres templi, & hoſpitalis*, & ſubinde contra cæteros religioſos, qui criſtas contra epiſcopos erexerant, *eccleſias* de manu laicorum, a quibus adhuc detinebantur, receperant, & *decimas* præterea eodem titulo acquiſiverant. Ægre id ferebant epiſcopi, quorum res agebatur, & omnibus modis emendandum curabant. Sæpius enim jam conſtitutum erat, ne decimas *ſine conſenſu epiſcopi* de *manu laicorum* acciperent. In *c.* 14 laicorum audacia, ut di-

citur, perſtringitur, quas *jure feudi* tenebant, adeoque ſui juris eſſe credebant, presbyteros iis præficere, immo & bona eccleſiaſtica pro lubitu diſtribuere. Speciatim de decimis hæc edicunt: *prohibemus etiam, ne laicis decimas cum animarum ſuarum periculo detinentes in alios laicos poſſint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & eccleſiæ non tradiderit, chriſtiana ſepultura privetur.* Repetitur hic textus in *c.* 19, *X h. t.* Sed loco *tradiderit* ſubſtitutum eſt *reddiderit*, certo ſane judicio, patres omnino intendiſſe exemplo antecedentium conciliorum, *eccleſiis ſimpliciter eſſe reddendas decimas*, non vero, quod vulgo adſtruitur, decimas laicorum hoc canone eſſe toleratas.

Obſervat id ipſum Thomaſſinus *P. III, de diſcipl. vet. & nov. lib. I, c.* 8, §. 7, *&c.* „ Ea pene, ait, omnium animos oc-
„ cupavit opinio, *a Concilio Lateranenſi*
„ *III toleratas ſaltem* fuiſſe decimas, quas
„ laici obtinerent, vel hactenus obtinuiſ-
„ ſent, ut jam de iis controverſia illis fie-
„ ri non poſſet, dum ne novas ullas aut
„ invaderent ipſi, aut ab epiſcopis acci-
„ perent. Vereor autem, ut ſatis certa ſit
„ hæc decimarum infeodatarum epocha.
„ Vulgo ita ſibi perſuadent, legitime eas
„ poſſideri, ſi ante Concilium Lateranen-
„ ſe III poſſidere cœpiſſent, nequaquam
„ vero, ſi poſterius. Ei ſententiæ ſunt,
„ quæ contra objici poſſunt. Nam ejus
„ Concilii & verba & ſententiæ a ſupe-
„ rioribus Conciliis nec tranſverſum un-
„ guem deflectunt, exerteque vociferan-
„ tur, apertum ſalutis æternæ diſcrimen
„ adiri, ſi laici decimas retineant. Non
„ conceditur, ut antiquas tuto retineant,
„ dum novas ne accumulent: nec in ca-
„ none, nec in Concilio verbum eſt ul-
„ lum, quo id ſignificetur, aut vel leviſ-
„ ſime innuatur. " Res, meo judicio, plana eſt, ſi de mente hujus Concilii quæritur, quæ novi juris, & præſidii nihil laicis attribuit, quod tamen interpretum judicio factum eſt. Unico moventur fundamento hoc, quod non cogantur laici decimas reſtituere, ſed tantum prohibeantur, eas in alios transferre ex ſententia Caniſii *ad h. tit. cap.* 13, *n.* 8.

Id tamen inficias iri nequit, hos, qui cauſam laicorum tuebantur adverſus clericos, mox poſt Concilium hanc interpretationem huic canoni dediſſe, & inde *jura laicorum* defendiſſe. Hæc adeo mox tam altas in animis plerorumque egit radices, ut vel ab ipſis pontificibus poſtea fuerit recepta. Innocentius III, in c. 7, X *de his, quæ fiunt a prælat. ſine conſenſ. capit.* eam recepit interpretationem, ut verba ultima oſtendunt. *Hoc autem*, ait, *de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudum perpetuo ſunt conceſſæ*, quas a laicis revocare non poſſe, ex ſententia *Concilii Lateranenſis* arbitratus eſt. Ex eadem interpretatione profluxit *ejuſdem* ſententia in *c.* 25, *X. h. t.* qua contendit, *occaſione decimationis antiquæ* (*licet in feudum decimæ ſint conceſſæ*) *eſſe decimas novalium uſurpandas, cum in talibus non ſit extendenda licentia* per *Concilium Lateranenſe* inducta, ut optime Innocentium explicat Alteſerra *in comm. ad Innocent. decret. c.* 25, *h. t.* Propagavit Alexander IV in *c.* 2, *eod. in* 6, *verſ. hanc.* hanc interpretationem, &, *illas autem decimas*, ait, *intelligimus poſſe taliter a religioſis de manibus laicorum recipi vel acquiri, quæ ante Lateranenſe Concilium ipſis laicis in feudum perpetuo fuere conceſſæ.* Simili ratione Urbani II decretum in *concilio Claromontano* interpretati ſunt Feudiſtæ, ut *tituli* quidem ante illud in feudum dati fuiſſe probarentur, 1. *f. h. pr.* quamvis vix credibile ſit, Urbanum II id ipſum intendiſſe.

Hac de cauſa quando interpretes de decimarum a *laicis* poſſeſſarum revocatione agunt, omne fere præſidium in hoc *Concilio Lateranenſi* quærunt, & illas tantum juſte poſſideri aſſerunt, quæ ante illud *jure feudi* fuere acquiſitæ, idque probandum eſſe. Quia vero hæc probatio hodierno tempore admodum difficilis, ne dicam fere impoſſibilis eſt, (quis enim originem decimarum ultra ſex ſæcula demonſtraverit?) rurſus in quæſtionem vocant, an

non

Digitized by Google

quæ cum ipſis, ſacri miniſterii functionibus eſſet conjuncta (*c*)? Ita laici, queis omnis ad ſacra miniſteria aditus interclusus eſt, ab iis, quæ Clericis præbentur in eo ipſo articulo temporis, quo ſacra obeunt munera, velint, nolint, manus abſtinere debent. Atque hac ratione ad priſtinum primævæ Eccleſiæ inſtitutum reditus factus eſt.

§. IV. Verum ſi Laici ab hiſce, quæ *Stolæ jura* dici jam ſolent, manus abſtinere ſunt coacti, non tamen oculos abſtinent ſummo livore ſuffuſos, & quæ voracibus dentibus carpere non poſſunt, rabida lingua arrodere numquam deſinunt (Vid. ſup. Lib. III, Quæſt. XIII, §. 3, 4, & N. d.). At quantam iniquitatem habet iſta res? Omnia ne igitur corporis alimenta deneganda ſunt iis, qui animarum alimenta ſubminiſtrant? Nonne dignus eſt operarius cibo ſuo (Matth. X, 10.)? Sed ſi illos dignos exiſtimas, quos alere debeas, eoſque velis ſtolæ juribus valedicere, cur non illis ſua prædia, ſuas decimas reſtituis (*d*)? aut ſi hoc nimium grave

---

non hodie *tempus immemoriale*, cujus initii non extat memoria, probaſſe ſuffecerit? Hoſtienſis id ipſum negat: contrarium placet Henrico Caniſio *ad h. tit. c.* 13, *n.* 9, quod laici tanta temporis vetuſtate muniti non tam *præſcriptione* nitantur, quam *præſumptione tituli*, quæ exſurgit ex *lapſu temporis immemorialis*, quod videlicet laicus majoreſve ejus licite, i. e. ante *Concilium Lateranenſe*, decimas feudi titulo poſſederint. Præſumptio hæc fundata in doctrina, quam ſupra *tit. de præſcript.* adſtruxi, quamvis non adeo in *hypotheſi* tuta ſit. Quid enim ſi Eccleſia, quæ vindicat decimas, ex antiquis documentis docere poſſit contrarium? Quid ſi poſſit oſtendere, illam Eccleſiam demum eſſe erectam poſt *Concilium Lateranenſe*, aut ante tria vel quatuor ſæcula eas adhuc in patrimonio Eccleſiæ fuiſſe? Ceſſabit omnino eo caſu præſumptio juſti tituli, quam ex lapſu immemorialis temporis derivant. Hæc ſunt, quæ *in theſi* Doctores Eccleſiæ Romanæ uno ore docent.

(c) *Van-Eſpen J. E. U. Part. II, Tit.* I, *cap. III, n. XIX.* Jura ſtolæ ſucceſſerunt in locum decimarum perſonalium, illud tamen incommodi habent hæc jura, præ decimis *perſonalibus*, quod horum jurium exactio, & perſolutio facilius nata ſit ingerere ſpeciem ſimoniæ, aut turpis quæſtus, quam perſolutio, & exactio decimarum *perſonalium*, eo quod prædicta jura ſolvantur, & exigantur cum reſpectu ad *ſingulas* ſepulturarum, aut matrimoniorum celebrationes; eaque ratione ſuſpicionem facile ingerant, ea perſolvi, vel exigi quaſi pretium exhibiti miniſterii Divini.

Decimæ vero perſonales non ſecus atque hodiernæ decimæ prædiales & mixtæ ſolvebantur, & exigebantur ſine reſpectu ad *ſingulas* functiones Eccleſiaſticas: neque plus minuſve ſolvebatur, aut exigebatur, ſive ſacra illa ſæpius, vel rarius adminiſtrata eſſent. Proinde nulla ex earum ſolutione, vel petitione ſupicio oriri nata erat, functiones has intuitu retributionis temporalis impendi: quam non raro horum jurium exactio, & receptio ingerere ſolet.

Hinc ulterius ſequitur, quod imputatio decimarum perſonalium in competentiam Paſtoralem non eſſet obnoxia iiſdem incommodis, quibus eſſe ſolet imputatio dictorum jurium in dictam competentiam: hæc enim jurium illorum imputatio quodammodo Paſtores cogit ad *rigidam* horum jurium exactionem, quæ vix ſine ſuſpicione ſimoniæ, vel ut minus turpis quæſtus fieri ſolet.

(d) A la décadence de la race Carlowingiene, l' Egliſe fut dépouillée par les Seigneurs, ils s' emparerent des fonds & des dîmes; le Clergé fut à peu prés anéan-

ve tibi eſt, cur non ex aliquo ærario tantulum ſaltem erogari jubes, quantulum opus eſt, ut vitam ſuam poſſint propagare? Indecorum id quidem, atque (e) atque Clericorum nomini probroſum, ſed iis, qui ratio-

ti. Les peuples furent obligés d'avoir recours ſpirituels, ou de faire ſubſiſter des Prêtres par des rétributions manueles; ainſi le *caſuel* s'eſt établi.

Si les Paſteurs étoient les maîtres de choiſir, ils préféreroient ſans héſiter une ſubſiſtance aſſurée ſur des fonds, & ſur les dimes, à la triſte néceſſité de recevoir des honoraires pour leurs fonctions. Dans pluſieurs Diocéſes, il y a des paroiſſes qui ſe ſont trouvés ſuffiſament dotées par des fonds, & par la dime, le *caſuel* y a été retranché. Au contraire, les Supérieurs Eccleſiaſtiques, & les Tribunaux ſéculiers ſe ſont trouvés dans la néceſſité de regler un *caſuel* plus fort dans les paroiſſes qui n'avoient ni des fonds ni des dimes, & d'établir les *portions congrues*.

Boeh. de Jure Par. Sect. VII, c. II, §. 8. Manſere itaque Parochi in *perpetua*, & *quieta poſſeſſione* percipiendi *jura ſtolæ*, & ſine dubio illa continuata eſt poſt tempora reformationis in noſtris eccleſiis. Illud forſan mireris, quare circa hæc jura ſtolæ reformatio neceſſaria ſit intermiſſa, cum tamen merito reformatio quædam fieri debuiſſet? Verum hiſtoria temporis iſtius docet, reformationem in his fieri non potuiſſe, niſi plene Parochis neceſſaria vitæ ſubſidia ſimul eſſent auferenda, quod tamen iniquum erat. Cum enim poſt reformationem bona eccleſiaſtica per ſæculariſationem aliaſque varias ſubtractiones, quas turbidus rerum ſtatus promovebat, ad profanos uſus hinc inde converterentur; eccleſiæ ingentem ſubſtantiam amiſerunt, unde alias commode potuiſſent Parochi ſuſtentari. Hinc merito hæc jura ſtolæ ipſis relinquenda erant, ut in *partem ſalarii* cederent: quamvis non dubitem, Parochos noſtros ægre non laturos, ſi res in priſtinum ſtatum reducerentur, & ita reductis revocatiſque bonis ablatis, jura ſtolæ ipſis auferrentur.

Idem ibidem §. 10. Sicuti nulla ſimonia committitur, ſi *generatim* pro officio ſacro clericis ſolvitur ſufficiens ſalarium; ita nullum ſubeſſe quoque poteſt vitium, ſi, deficiente ſalario, Clericus vivere debet ex juribus ſtolæ, quæ *ſpeciatim* pro ſingulis curis, & laboribus ſolvuntur. Etenim diffiteri nequeo, infinitis abuſibus hæc jura eſſe obnoxia, immo anſam ad multas iniquitates poſſe dari, ut in ſingulis juribus poſtea oſtendam, adeoque conſultius utique fore, ſi alia ratione, & via Parochis proſpiceretur dé ſufficiente ſalario, ut optime notavit Seckendorf. in Chriſten-Staat lib. 3, c. 6, §. 4. Verum antequam id fiat, invidenda non ſunt Parochis accidentalia conſueta, præſertim cum pii Parochi temperamentum adhibebunt; ut abuſus evitentur, impii autem ne quidem a ſua avaritia abſtinebunt, ſi vel maxime ſalarium certum eis ſtatuatur.

(e) Reflexions ſur la revolution de France d'Edmund-Burke pag. 218. Londres 1791. C'eſt par ſuite de notre attachement à l'établiſſement de notre Egliſe, que la nation n'a pas cru qu'il fût ſage de faire, à l'égard de ce grand intérêt fondamental du tout, ce qu'elle ne feroit pas à l'égard d'une partie ſéparée, ſoit militaire, ſoit civile; c'eſt-à-dire, de n'en aſſurer le ſervice public, que ſur le produit incertain & precâire de la contribution des individus. Elle va plus loin; car, certainement elle n'auroit jamais ſouffert, & elle ne ſouffrira jamais que la dotation fixe de l'Egliſe ſoit convertie en penſions, qu'elle dépende de la tréſorerie, & qu'elle ſoit ſoumiſe a des délais, à des longueurs, ou peut être anéantie par des difficultés fiſcales, difficultés qui pourroient quelquefois être ſuſcitées par des vues politiques; & qui, dans le fait, ne naiſſent ſouvent que de l'eſtravagance, de la négligénce, & de la rapacité des politiques. Le peuple d'Angleterre penſe qu'il a des motifs conſtitutionels, & des motifs religieux

tiones ſuas omnes utilitate metiuntur, hac noſtra tempeſtate utilius certe, ac conducibilius: adeo res Clericorum decrevere.

QU.

ligeux tout-à la fois, pour s' oppoſer à aucun projet, qui transformeroit ſon clergé indépendant en eccléſiaſtiques penſionnaries d' Etat. L' influence d' un clergé qui ſeroit dans la dépendance de la couronne, le feroit trembler pour ſà liberté; & s' il devoit dependre d'autre choſe que de la couronne.il trembleroit pour la tranquillité publique, parce que lors il auroit à craindre les dangers d' un clergé factieux: c' eſt pourquoi il a voulu que ſon égliſe fût auſſi indépendante que ſon roi & que ſa nobleſſe.

De cette union inſéparable des conſidérations de la religion, & de celles de la politique conſtitutionnelle; de cette opinion d' un devoir, qui procure d' amples conſolations au foible, & des lumiéres à l' ignorant, il eſt réſulté que la nation a auſſi uni, incorporé, & identifié la richeſſe de l'égliſe avec la maſſe des propriérés particulieres dont l'état n'eſt pas propriétaire, dont il ne peut jouir ni diſpoſer, mais dont il eſt ſeulement le guardien & le regulateur. Elle a ordonné & voulu que les revenus de ſon égliſe fuſſent auſſi ſtables que la terre ſur laquelle elle répoſe, & qu' ils ne fuſſent pas dans une fluctuation inconſtante, ſemblable á l' Euripe des fonds publics & des actions.

Digitized by Google

QU. XII.

Stolæ emolumenta pretii ne, an eleemoſynæ, an ſtipendii nomine donanda?

§. I. **P**Retium eſt menſura earum rerum omnium, quæ æſtimari poſſunt, eaſque juſtis æquat partibus. Ubi igitur æſtimationi, ibi & pretio locus eſt, abeſt autem ab omni re, quæ capax non eſt æſtimationis. Hinc fit, ut quæ Medico pro valetudine curanda, Juriſconſulto pro re familiari tuenda, Militi pro Patria defendenda, Doctori pro ſcientiis tradendis, Magiſtratui pro jure dicundo, & ſententiis ferendis tribuuntur, pretii nomen renuant, ac reſpuant, cum hæc omnia officia æſtimari pecunia juſte non poſſint. Verius id dicendum de iis, quæ Parochis pro ſacra faciendo, miniſtrandoque præbentur. Hæc enim non modo extra omnem æſtimationem, ſed etiam extra omne humanum commercium poſita ſunt. Non igitur *pretii* nomine appellanda ſunt ſtolæ emolumenta, eoque minus, quod etiamſi hæc denegantur, tamen Sacramenta non denegentur (*a*).

§. II. Pecunia, quam hominum charitas exprimit, nec mercenaria, aut conductitia eſt, ſed gratuita, & liberalis, eam *eleemoſynæ* nomine appellamus. Quam igitur ad ſacros Miniſtros alendos conferimus, ea *eleemoſynæ* nomen indignatur, utpote quæ non

(a) *Durenus de Sac. Eccl. Miniſt. Lib. VII, cap. VI.* Vetant Canones non ſolum antiqui, ſed & recentiores quoque, ne pro miniſtrandis Sacramentis *pretium* exigatur. Sanctiſſima etenim res (ut de Juriſprudentia Ulpian. ſcribit) pretio nummario æſtimanda dehoneſtandaque non eſt. Ac valde improbatur eorum mos, qui pro conſecratione baſilicarum, aut pro monaſtica profeſſione pecuniam ab invitis extorquent. Nec eos minus deteſtantur Canones, qui pro ſepeliendis in templo, vel cæmeterio cadaveribus, aut exequiis pecuniam efflagitant. Earum tamen rerum nomine a ſponte liberaliterque offerentibus pecuniam, aut rem aliam accipi Canones non prohibant. Quædam enim honeſte accipiuntur, vel auctore Ulpiano, quæ inhoneſte petuntur. Quamvis autem pro hujuſmodi rebus nihil exigere liceat, ſed abſque pretio atque adeo cautione ulla præſtari debeant, tamen vulgo receptum eſt, ſi quid eo nomine ultro offerri conſuevit, ut talis conſuetudo veluti pia, & honeſta obſervetur, ad eamque obſervandam auctoritate ſuperioris antiſtitis etiam inviti adigantur: ſed ſuſcepto jam Sacramento, aut ſepulto cadavere, &c. ne alioquin ea res quiſquam mercari videatur.

Van-Eſpen J. E. U. Part. II, Tit. I, de

non gratuita, ſed ſacra ab iis ſibi poſtulat miniſteria. Nec eleemoſynæ igitur dicendæ ex res, quæ ex ſtolæ juribus Parocho obveniunt.

§. III. Stipendium dictum fuit ab ære, quod militibus numerabatur. Neque æquum habitum unquam fuit, ut qui ſe totos Patriæ ſervitio dedunt, ſtipendiis ſuis militent, atque ab domeſtico penore quotidianum victum ſumant. Ita dicendum de iis, qui Eccleſiaſticæ militiæ ſe totos devoverunt, non ſuo patrimonio eſſe ſuſtentandos, ſed eorum impenſis, ac ſumptibus, quorum utilitati conſulunt, neceſſitati inſerviunt. Hæc autem vitæ nutrimenta, atque ſubſidia, ſive tenuiter, ac parce, ſive largiter, & abunde, ſive intra ſacras ædes, ſive extra, ſive inter ſacrum Miniſterium, ſive alio tempore ſufficiantur, ſemper *ſtipendia*, ſemper *Honoraria* dicenda, numquam *pretium*, numquam *eleemoſyna*.

§. IV. At quorſum hæc omnia? Eo ſcilicet ſpectant, ut ſtolæ emolumenta ab omni ſimoniæ, & avaritiæ metu vindicemus, ac liberemus. Neque ulla ſimonia, ubi nullum pretium, ubi nulla res pretii æſtimationiſque capax. At ſunt, inquies, qui ſacra miniſteria ita locant, ut mercenarii operas ſuas; ſunt qui Sacramenta ita nundinantur, ut venalitii ſua mercimonia: ſunt denique, quibus turpiſſimo mercatu ſacra, ac divina omnia ſunt venalia. Sed in hac facti ſpecie vitium eſt in homine, non in re. Ego vero non homines re male utentes, ſed rem ipſam defendo, eamque omni labe, ac macula carere, contendo. Cæterum nihil eſt tam ſanctum, nihil tam religioſum, quod non aliquando aut polluat avaritia, aut violet audacia.

Qui ſtolæ emolumentis *eleemoſynæ* nomen impoſuerunt, id eo conſilio fecerunt, ut ſtolæ jura de furti crimine poſſent poſtulare. Eleemoſynæ enim iis tantum debentur, quibus domi nec lar, nec focus, nec pignus,

---

de Sacram. in genere cap. 3, §. 7. Verum dum adeo ſevere Sacramentorum Miniſtris omnis cujuſque rei temporalis exactio in adminiſtratione Sacramentorum vetatur, intentio tamen Eccleſiæ in hac prohibitione non eſt, laicos fideles a veteri, & in Eccleſia probato oblationum, & eleemoſynarum uſu etiam in ipſa Sacramentorum adminiſtratione retrahere; aut ipſis Miniſtris inhibere a Fidelibus liberali animo oblata accipere.

Quinimmo Concilium Lateranenſe IV, ſub Innocentio III, in *cap*. 42, *X. de Simonia*; ſicuti vetat aliquid a Miniſtris in Sacramentorum miniſterio exigi; ita pariter vult laudabiles conſuetudines aliquid offerendi a laicis obſervari.

Ibidem. Nonnulla vero in hac oblatorum receptione a Parochis aliiſque Sacramentorum Miniſtris obſervanda ſunt.

Primo, ne in ſimilium oblatorum receptione tacita ſaltem exactio, Simoniæ aut avaritiæ ſuſpicionem ingerens intercedat.

Tacitæ hujus exactionis frequenter ſunt rei, qui verbo, aut facto eos arguunt avaritiæ, aut inhumanitatis, qui poſt adminiſtrationem Sacramentorum nihil, aut parum offerunt. Quis enim ambigat, quin ſic agendo cogant quodammodo Fideles ad dandum, dum negando, avaritiæ, aut inhumanitatis notam ſibi impingendam norunt?

Secundo, ſollicite cavendum, ne Sacramenta majori promptitudine, & hilaritate ad-

gnus, qui rerum omnium inopia, atque egeſtate conſumuntur, quique ex hac mendicitate nullam aliam habent evadendi viam. Nam qui ſtipem cogitat, atque emendicat, ut ſuis rebus parcat, vel propter inertiam laboris, hic furti certe ſeſe alligat. Ne igitur fures eſſe videamur, *eleemoſynæ* nomen repudiandum nobis eſt, qui victum non tam ex aliorum liberalitate oblatum, quam ex noſtro miniſterio delatum percipimus, iiſque relinquendum, qui ex mera aliorum liberalitate, ac charitate propter nullum ſuum munus operamve aut datam, aut dandam ſibi eſcas quærunt.

QU.

adminiſtrentur illis, a quibus plura offerenda ſcitur; facile enim major illa promptitudo, & hilaritas avaritiæ turpiſque quæſtus ſuſpicionem inſinuabunt.

Tertio cavendum eſt, ne gratuitæ oblationes ex devotione Fidelium procedentes facile in præceptum & neceſſitatem vertantur, adeo ut ſi quis offerre prætermittat, avarus, immo injuſtus audiat.

Digitized by Google

QU. XIII.

Cedo originem ejus oblationis, quæ fit Sacerdoti Baptiſmi Sacramentum adminiſtranti.

§. I. IN antiquorum Chriſtianorum more poſitum fuit, ut qui Baptiſmo initiabantur (etiam infantes) ſtatim Euchariſtiæ participes fierent. Hujuſce moris teſtes locupletiſſimos habemus Sæculo II Sanctum Juſtinum Apol. II, Tertullianum de Baptiſmo cap. ult. Sæculo III Sanctum Cyprianum ep. 63 ad Cæcil. Sæculo IV Origenem Homil. 4. in Joſue, S. Ambroſium in Lib. de Myſt. cap. 8, S. Auguſtinum in Libro de Catacliſm. c. 1. Sæculo V Sanctum Joannem Chryſoſtomum in Homil. ad illuminand. & in Homilia ad Neophitos, & Gelaſium Papam Ep. 7. Sæculo VI Ferrandum Diaconum in Ep. ad S. Fulgentium (a).

§. II.

(a) *Edmundus Martene de Antiq. Eccleſ. Ritib. Lib. I, Cap. I, Art. XV, §. XI, Tom. I, pag.* 55. His, quæ retulimus hactenus, peractis, confirmabantur recens baptizati, ac ſacroſancti Corporis, & Sanguinis Chriſti Myſteriis reficiebantur, ut teſtantur libri Rituales pene omnes. De confirmatione ſtatim poſt Baptiſmum conferenda ſequenti capite commodior erit tractatio. De Euchariſtia vero Neophytis impertienda quid doceat Antiqua Eccleſiæ diſciplina, paucis inveſtigandum eſt. Itaque datam olim fuiſſe Neophytis poſt Baptiſmum Euchariſtiam, ex Græcis Patribns ſatis innuit Juſtinus in Apologia ſecunda, ubi ſcribit celebrato Baptiſmo divina myſteria Corporis, & Sanguinis Chriſti conſici, & omnes adſtantes commnnicare. Clerius Origenes Omilia 4 in Joſue, ubi ſic loquitur: (Si vero ad myſticum baptiſmi veneris fontem, & conſiſtente ſacerdotali & levitico ordine initiatus fueris venerandis illis magnificiſque ſacramentis, quæ norunt illi, quibus noſſe fas eſt; tunc etiam Sacerdotum Miniſteriis Jordane digreſſo terram promiſſionis intrabis.) Nam per veneranda, & magnifica Sacramenta, quæ norunt illi, quibus noſſe fas eſt, intelligit Euchariſtiam, quam pro prer paganos, infideles, & cathecumenos, qui ſacris concionibus plerumque intererant, ſubobſcuris verbis, quæ tamen fidelibus nota erant, & perſpicua, deſignabant. Eodem fere modo loquitur S. Joannes Chryſoſtomus in Homilia ad Illuminandos: (Poſt triginta dies, inquit, (cum ſcilicet tincti fuerint, non vos Pharao, ſed Cœlorum Dominus ad patriam priſtinam revocabit, & cœleſti Jeruſalem reſtituet: ipſe Dominus tuis manibus terribilem calicem miniſtrabit . . . . Norunt iſtius calicis virtutem, qui ſunt divinis conſecrari myſteriis, ſed & vos paulo poſt poteritis addiſcere.) Clarius vero idem Sanctus in Homilia ad Neophytos ipſos: (Sicut mulier affectionis natura agente genitum alere ſui lactis fœcunditate

§. II. Verum cum infantuli nec panem comedere, nec vinum bibere adhuc noſſent, calix admovebatur illorum ori, vel Sacerdotis digitus San-

feſtinat, ſic & Chriſtus quos ipſe regenerat, ſuo ſanguine enutrit.) Idem videre eſt apud Dionyſium de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. de Baptiſmo, Severum Alexandrinum in Ordine Baptiſmi, & Iſaacum Armenum Catholicum adverſus Armenos apud Combefiſium: quibus adde Theophilactum in Luc. cap. 10. (Quotidie qui baptizantur, liberantur a vulneribus animæ, oleo quidem unguenti uncti, ſtatim autem communicantes, & Divini Sanguinis participes fiunt.)

Inter Latinos Patres primum locum merito teneat Tertullianus Eccleſiæ Affricanæ lumen egregium. Is in libro de Baptiſmo cap. ultimo Neophytos alloquens, aperte docet, impertitam eis fuiſſe poſt Baptiſmum Euchariſtiam: Igitur benedicti, inquit, quos gratia Dei expectat, cum de illo ſanctiſſimo lavacro novi Natalis aſcendiſtis, & primas manus apud matrem cum fratribus *aperitis*,) &c. Ubi alludit ad priſcum morem excipiendæ manu ſacræ communionis, quem norunt viri antiquitatis ſtudioſi. Clarius vero, & apertius aliud ejusdem Eccleſiæ decus, Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus ep. 63 ad Cæcilium: (Per Baptiſmum Spiritus Sanctus accipitur, & ſic a baptizatis & Spiritum Sanctum conſecutis ad bibendum calicem pervenitur.) Similiter & Sanctus Ambroſius in libro de Myſteriis cap. 8. (His abluta plebs dives inſignibus ad Chriſti contendit altaria dicens: Introibo ad Altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam. Expoſitis enim inveterati erroris exuviis, renovata in aquilæ juventute, cœleſte illud feſtinat adire convivium.) Ubi & illud eſt obſervatu dignum, quod Neophyti ad altare, cum reliqui extra illud communicare ſolerent. Et S. Auguſtinus in libro de Cataclyſino cap. 4. (Baptizatus es, ſignatus es regio charactere, cœpiſti conſequi annonam de menſa regis tui.) His accedit Paulinus in ep. 12 ad Severum,

Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos
Infantes niveos corpore, corde, habitu.
Circumdansque rudes feſtis altaribus agnos
Cruda ſalutiferis imbuit ora cibis.

Huc etiam referri poteſt quod ſcribit liber Pontificalis de Innocentio I Papa, illum ſcilicet feciſſe (Calices argenteos baptiſmi numero tres, penſantes ſingulos libras duas.) Quid denique quod Ferrandus in epiſtola ad Sanctum Fulgentium dubitat de baptiſmi validitate ſine participatione Euchariſtiæ collati? & Gelaſius Papa ep. 7, de eorum infantium ſalute, qui ſine Euchariſtiæ perceptione decedunt.

Neque vero exiſtimandum eſt primis dumtaxat ſæculis eam in Eccleſia viguiſſe diſciplinam, a qua poſtmodum deflexerit. Nam illius meminere Jeſſe Ambianenſis, Leidradus Lugdunenſis, Theodulfus Aurelianenſis, Riculſus Sueſſionenſis Epiſcopi, & alii plures ſæculi noni ſcriptores, quorum ſuffragiis nihil luculentius proferri poteſt. (Morem ergo accipiendæ Euchariſtiæ, inquit Theodulphus libro de Baptiſmo c. 18, a Domino traditum Eccleſia tenet, ut cum ex aqua, & Spiritu Sancto quis renaſcitur, Corpore Domini paſcatur, & Sanguine ejus potetur.) Quæ quidem verba maxime notanda ſunt, utpote quæ baptizatorum communionem non ex ſimplici Eccleſiæ præceptione profectam docent, ſed fuiſſe *morem a Domino traditum*. Unde mirum videri non debet, ſi Riculſus in ſua Conſtitutione anno 889 edita ſanxerit, (ut baptizati mox poſt Baptiſmum Euchariſtiam, ideſt Communionem ſanctam percipiant.) Et Remigius Antiſſiodorenſis in Homilia in Evangelium feria II poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ: (baptizati Corporis, & Sanguinis Domini debeant . . . confirmari.)

Sæculo X Idem uſus adhuc obtinebat, ut conſtat ex vita S. Adalberti Pragenſis Epiſcopi, & Pruſſorum Apoſtoli num. 37,

Sæ-

Sanguine Chriſti tinctus, quem pueri dum ſugebant, hæc verba fundebat Sacerdos : *Corpus cum Sanguine Domini Noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te*

in

Sæculo V Benedictino. Immo & duodecimo, teſte Hugone Victorino in lib. 1 de Cæremoniis, Sacramentis, & obſervationibus Eccleſiaſticis cap. 20, ubi agens de recens baptizato, Si, inquit, ejus valetudinis eſt, Sacramenta unitatis, ideſt Corpus, & Sanguinem Chriſti accipere debet, citatque Auguſtinum lib. 1 contra duas Epiſt. Pelagianorum c. 22, in ſuæ ſententiæ confirmationem. Et infra arguit quorumdam ignorantiam, quæ (adhuc formam retinens, ſed non rem, dat eis loco Sauguinis vinum. Quod penitus, inquit, ſupervacaneum arbitrarer, ſi ſine ſcandalo ſimplicium dimitti poſſet. Si autem in reſervando Sanguinem Chriſti, vel miniſtrando pueris immineat periculum, potius ſuperſedendum videtur.) Quod ſignum eſt, hunc uſum jam illo tempore ſaltem quibusdam in lociis abiiſſe in deſſuetudinem. Illius nihilominus meminit Gilbertus Epiſcopus, qui poſt mortem ipſius Hugonis Pictavienſis Eccleſiæ thronum aſcendit. Sic enim ille habet in Epiſtola ad Matthæum Abbatem Sancti Florentii tom. 7 Anecdot. (Quoniam & pueri baptizati in ſolius panis Sacramento ſæpe communicant.) Sed & dici etiam poſtea perſeveravit, præſcriptuſque legitur in variis Ritualibus Miſſ. quorum character annos quadringentos vix excedit. Hujus ritus ſuperiori adhuc ſæculo veſtigium aliquod retinebat Eccleſia Ambianenſis, in cujus Miſſali anno 1506 edito hæc leguntur : (Dum datur ei candela, dicitur : accipe lampadem &c. Deinde portatur ad Altare, & communicatur de vino dicens : Corpus, & Sanguis Domini Noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam. Amen.) Et in Manuali anni 1524, ubi de Baptiſmo parvulorum maſculorum : (Deinde communicatur de vino dicendo : Corpus, & Sanguis Domini Noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te in vitam æternam. Amen.) Et in Baptiſmo feminarum : (deinde communicat de vino dicendo : Corpus Domini Noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat te in viram æternam. Amen.) Verum hunc uſum improbat Rituale Eccleſiæ Rhemenſis anno 1585 editum his verbis : (Summopere caveat Sacerdos, ne quemadmodum perverſo uſu in quibusdam locis fieri dicitur, vinum porrigat infanti poſt baptiſmum, maxime utendo his verbis : *Corpus, & Sanguis &c.* Nam cum nihil aliud ſit, quam purum vinum, quod porrigitur : nec jam de conſecrato calice, & ſub ſpecie liquida parvulis detur communio, ut fiebat tempore SS. Cypriani, & Auguſtini in Africa, & hic aliquando in Gallia factum fuiſſe legitur, unde etiam hujuſmodi cæremoniam emanaſſe veriſimile eſt, verba illa hoc quoque tempore & in illa infuſione puri vini penitus omitti debent : cum numquam ſint proferenda, niſi cum verum Corpus, & verus Sanguis adminiſtrantur.) Et merito quidem. In Eccleſià Petragoricenſi (Sacerdos benedicit vinum, & dat in ore infantis dicendo. ℣. Adjutorium noſtrum. ℟. Qui fecit. ℣. Sit nomen Domini benedictum. ℟. Ex hoc nunc. ℣. Benedicite. ℟. Dominus, qui te creavit in flore, te benedicat in ore, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Ponendo in os infantis : de rore Cœli, & de pinguedine terræ det tibi Deus abundantiam, & vivas in ſæcula ſæculorum.) Ita Rituale anno 1536 impreſſum. Simili fere modo Rituale Senonenſis Diœceſis juſſu Cardinalis Borbonii editum ſtatuit, (ut peractis baptiſmi ritibus, deferatur puer ſuper Altare, & accipiat Sacerdos vinum in concavitate manus ſuæ ſiniſtræ, & intingat digitum dexteræ manus in ipſo vino, & diſtillet in ore pueri dicens : accipe de rore Cœli, & de pinguedine terræ frumenti, vini, & olei abundantiam. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Poſtea dicat initium Evangelii ſecundum Joannem.) Sed Joannes E-

Digitized by Google

in vitam æternam. Amen (*b*). (Vide Hugonem Victorinum Lib. I de Sacram. cap. 20. Vid. itidem pervetuſtum Pontifical. Miſſ. Eccleſiæ Apamienſis.) Hunc ipſum ritum etiam nunc in Oriente obtinere, tradit Abraham Ecchellenſis in Not. ad Arab. Can. Concil. Nicæni, eundemque morem adhuc vigere apud Syros Jacobitas, & Maronitas, teſtantur Vanslebius, Naironus in Evapl. Cathol. fid. & Gabriel Sionita in Epiſtola ad Vetuſium in Symmict. Allat.

§. III. Jam vero cum apud priſcos Chri-

ckius acerrimus ſectæ Lutheranæ impugnator, qui non multo poſt florebat, homilia 17 de baptiſmo ſcribit, pueris baptizatis quibusdam in locis quod ex Calicis ablutione ſupererat ſuo tempore præſtitum fuiſſe. Eadem conſuetudo viget etiamnum in Diœceſi Baſileenſi, cujus & nos teſtes fuimus: nam cum quadam Dominica in campeſtri Parochia ſacris myſteriis intereſſemus, ad offertorium puella tenens infantem recens baptizatum prima omnium obtulit ad Altare, poſt communionem vero eidem infanti Sacerdos Sacri Calicis ablutionem porrexit hæc, aut ſimilia verba dicens: *Hæc ablutio calicis ſit tibi ſalutaris, & ad vitam æternam capeſſendam. Amen*. His adde quod ſcribit Guillelmus Lindanus, & ipſe Calvini inſectator, in Panopliæ Evangelicæ libro 4, cap. 25. ſcilicet (quod Friſia vel pueris baptizatis ſacram offert Euchariſtiam Altari imponendam: quod luculentum eſt, inquit, priſci moris veſtigium.) Nunc autem juſtis quidem de cauſis aliis utitur Eccleſia moribus, quæ nec tamen ideo damnat antiquitatem, cui olim aliter placuerit, ut habet Concilium Tridentinum Seſſ. 21, cap. 4.

(b) Selvag. Antiq. Chriſtian. Lib. III, §. I, n. 5, Tom. III, pag. 72. Sub una ſpecie adminiſtratam fuiſſe olim Euchariſtiam probat etiam infantium communio. Iis enim antiquitus, atque etiam ſecutis deinde ætatibus unius vini ſpeciem tribui conſueviſſe apertiſſime colligitur ex eo, quod narrat Cyprianus *Lib. de Lap.* de quadam puellula, quæ cum fruſtulum panis idolis immolati ſumpſiſſet, ab inſcia matre in Eccleſiam, ut ſacris adeſſet myſteriis, adducta fuit: Ubi vero, ait Cyprianus, ſolemnibus adimpletis calicem Diaconus offerre præſentibus cœpit, & accipientibus cæteris locus ejus advenit, faciem ſuam parvula inſtinctu Divinæ Majeſtatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recuſare. Perſtitit tamen Diaconus, & reluctanti licet de Sacramento calicis infudit: tunc ſequitur ſingultus, & vomitus: in corpore atque ore violato Euchariſtia permanere non potuit: ſanctificatus in Domini ſanguine potus de pollutis viſceribus erupit. Hunc Cypriani locum laudat Auguſtinus *Epiſt. XCIX ad Bonif.* neque quidquam illegitimum & irregulare in hujuſmodi communione deprehendit, quod argumento eſt etiam Auguſtini ætate eam, quæ Cypriano vivente viguerat, conſuetudinem obtinuiſſe. Eumdem morem, quo infantes ſub unius vini ſpecie Euchariſtiæ communicabant, exprimit idem Cyprianus Epiſt. LXIII ad Cæcilium, cum ait: Per Baptiſmum Spiritus Sanctus accipitur, & ſic a baptizatis, & Spiritum Sanctum conſecutis ad bibendum Calicem Domini pervenitur. Fere iisdem verbis Græcæ Eccleſiæ conſuetudinem referens loquitur apud Photium *Bibliotech. Cod.* CCXXII, Jobius, cujus ætas V aut VI ſæculo ſtatui poteſt: Primo baptizamur, deinde ungimur, inde Pretioſo Sanguine dignamur. Atque advertendum reor, quod iſthæc ſub unius vini ſpecie infantes communicandi conſuetudo hodiedum apud Græcos perſeverat, ut tradunt Allatius, De Conſ. utr. Eccl. & Thomas Smith. Presbyter Anglicanus *de Eccl. Gr. ſtat. hod.*

Digitized by Google

Chriſtianos communicandi facultas cum offerendi facultate conjuncta eſſet; nec iis fas eſſet ſua munera afferre, qui Euchariſticis epulis interdicebantur (*c*), nec iis ſacro convivio accumbere (*d*), qui a donis ferendis prohibebantur, nulla eſt ratio, quæ ullam afferre poſſit dubitationem, quin Neophyti ſua dona obtulerint, cum Corpori, & Sanguini Chriſti communicarint. Illæ certe Eccleſiæ, quæ veterem pueris recens renatis Euchariſtiæ adminiſtrandæ morem retinuerunt, eædem etiam eum ipſum, qui antiquitus obtinebat, oblationum uſum ſervarunt. Habe quæ de Baſileenſi Eccleſia narrat Edmundus Martene loc. cit. *Eadem conſuetudo viget etiamnum in Diœceſi Baſileenſi, cujus & nos teſtes fuimus. Nam cum quadam Dominica in campeſtri Parochia intereſſemus, ad offertorium puella infantem recens baptizatum tenens PRIMA OMNIUM OBTULIT AD ALTARE, poſt communionem vero eidem infanti Sacerdos ſacri Calicis ablutionem porrexit* (e). Licet noſtris temporibus in Eccleſia Latina mos dandæ Euchariſtiæ iis, qui baptiſmo initiantur, ſublatus ſit, atque antiquarum oblationum uſus paſſim exoletus (*f*), tamen hac in re aliquid adhuc remanet priſci moris veſtigium. Nam adhuc Patrini infantem ſtatim ac Baptiſmi aqua perfuſus eſt, Altari ſiſtunt, ac pro eo munera offerunt.

QU.

(c) Concil. Eliberit. Can. 28. *Epiſcopos placuit ab eo, qui non communicat, munera non accipere.*

(d) *Selvag. Antiq. Chriſt. Lib. III, Cap. IX, §. III, num. 25, pag.* 84. Tandem ne longius, quam par eſt progrediamur, eos omnes ab Euchariſtiæ communione olim arceri conſueviſſe intelligas, quorum ad Altare oblationes recuſavit Eccleſia. Cum enim nonniſi ex fidelium oblationibus conficeretur Euchariſtia, iiſque ad Euchariſtiæ participationem jus eſſet, qui ad Altare panem, & vinum ſacrificio conficiendo deſtinatum obtulerant; hinc eſt, quod quibus Euchariſtiæ communione interdicere olim ſtatuebat Eccleſia, nullas eorum oblationes recipi ſancitum fuit.

(e) *Pontificale Eccleſiæ Pictavienſis: Illum obſervandum, ut, poſtquam baptizati fuerint infantes, nullum accipiant cibum, nec ablactentur, antequam communicent, & per ſeptem dies Paſchæ ad Miſſas procedant, ET OFFERATUR PRO IPSIS, & communicent.*

(f) *Selvag. Antiq. Chriſt. Lib. II, Part. II, cap. I, pag. 163, n.* 75. Univerſa hæc de oblatione panis, vinique diſciplina deſiit demum poſt VI, aut VII Eccleſiæ ſæculum, tum cum uſus azymorum obtinuit, fermentato abolito. Namque cum initio Fideles omnes ad unum ſacris adſtantes communicarent, fieretque a pane fermentato Euchariſtia, præcipuum Chriſtianæ pietatis officium viſum eſt, fidelium quemque panem, & vinum offerre, quorum parte conſecrata, fidelibuſque diſtributa, reliquum quod erat Clero, aut pauperibus diſtribuebatur. Labente deinde paulatim diſciplina, neque omnibus communicantibus, neque e fermentato, ſed ex azymis Euchariſtiam conficientibus Sacerdotibus, deſitum etiam fuit ab

pa-

pane vinoque offerendo. Vide Bonam *Rerum Liturg. Lib. II, Cap. VIII*, §. 8, Succeſſit tamen his primo farina ab fidelibus oblata, quæ tamen non Clerico item ac pauperi, ſed Epiſcopo cederet, aut Parocho; deinde vero etiam pecunia. Petrus Damianus Lib. V, Ep. XIII, accepiſſe ſe ait ab Principum visorum uxoribus *Bizanteos* aliquot, i. e. aureos nummos: donec ad ea tempora demum ventum eſt, quibus oblationum uſus aut abolitus eſt omnino, aut in pagis tantum villiſque retentus Parochorum commodo profuturus.

QU

Digitized by Google

QU. XIV.

Quandonam cœpta eſt ea oblatio, quæ fit a puerperis, cum primum ad Eccleſiam prodeunt?

§. I. EVolventi mihi veteres Eccleſiæ faſtos, & priorum quinque ſæculorum memoriam repetenti, nullius moris, aut conſuetudinis veſtigium ſeſe obtulit, quæ mulieres recens enixas ab Eccleſiæ veſtibulo arceret, ac nonniſi exactis expiationis diebus, conceptis precibus ac ritibus aditum illis concederet. Neque enim de puerperis locutus eſt S. Dionyſius Epiſcopus Alexandrinus, cum Sæculo III, ad Baſilidem ſcripſit, immundas mulieres ab eccleſiæ aditu eſſe prohibendas.

§. 2. At Feſtum Purificationis B. M. V. Sæculo VI (a) inſtitutum fide-

(a) *Bingh. Orig. Eccl. Lib. XX, cap. VIII, Tom. IX, §. V, pag.* 172. Aliud recentioris originis feſtum, erat, quod feſtum *Purificationis Mariæ* communiter vocitatur. Hoc apud *Græcos* initio nominabatur *hypapante*, ὑπαπαντὴ, quod obviationem Domino per *Simeonem* in templo factam, denotat, in cujus occurſus commemorationem hæc ſolemnitas in Eccleſia initio inſtituta fuit; aliis quidem *Juſtini* imperatoris, aliis *Juſtiniani* ſucceſſoris illius ætate, ad annum Chriſti DXLII id factum eſſe, exiſtimantibus. Eſt quidem homilia quædam inter opera Chryſoſtomi, quæ ſi genuina eſſet, hoc feſtum ultra centum annos altius remitteret; nam in hoc feſto recitatam eam eſſe, ipſa inſcriptio indicat. Apud omnes autem viros doctos in confeſſo eſt, non eſſe eam Chryſoſtomi. Imprimis autem Leo Allatius locum ex Georgii Hamartoli *chronico* allegat, qui oſtendit, non obtinuiſſe tempore Chryſoſtomi iſtiuſmodi feſtum in Eccleſia, ſed imperante demum *Juſtiniano* eſſe inſtitutum. „ Hoc tempore, *inquit*, hypapante celebrari cœpit, quæ haud numerabatur in „ feſtis dominicis. Namque Chryſoſtomus „ ita ait: ſex diebus creavit Deus omnia „ opera ſua, ut ſcriptum eſt, & ſeptima „ requievit. Quapropter & ultimis diebus Dei verbum inveſtigans, & deperditum ſalvare ſibi complacens, & hominem adſumens, ſecundum numerum „ dierum creationis mundi, dies feſtos ſuæ „ œconomiæ nobis tradidit. Primus eſt „ ſolemnitatum radix, Chriſti ſecundum „ carnem ex Sancta Virgine Maria poſt „ conceptionem nativitas; ſecundus, epiphania; tertius ſalutiferæ paſſionis dies; „ quartus glorioſiſſima reſurrectio, in qua „ & in ſubterranea progrediens Salvator „ una ſecum in vitam revocavit juſtos & eos, „ qui crediderunt; quintus in cælum aſſumptio; quemadmodum & quinto hebdomadis die perfecta eſt; ſextus adventus Spiritus Sanctis; ſeptimus univerſæ, reſurrectionis mortuorum magnus, „ & ſine ulla ſucceſſione dies: tunc enim „ vere celebrabunt feſtum cum multo gaudio & lætitia, qui hæredes futuri ſunt eo-

delium animas ad pulcherrimi illius facti memoriam revocavit, quo Maria Virgo, etſi nulla expiatione indigeret, tamen expiationis legi a Moyſe latæ parere voluit. Hoc tam præclaro exemplo tunc permotæ mulieres e puerperio laborantes hanc Cæremoniam revereri cœperunt, piaculum eſſe ratæ, ſi hanc expiationis ritum inſuper habuiſ-

„ eorum, quæ oculus non vidit, nec auris „ audivit, nec in cor hominis aſcenderunt „ quæ præparavit Deus diligentibus ſe. “ Hactenus Georgius Hamartolus ex Chryſoſtomo. Omnes etiam, qui eum ſequuntur hiſtorici in eadem re conſentiunt, quod hoc feſtum ante ætatem *Juſtini*, vel *Juſtiniani* in eccleſia non fuerit cognitum. Georgius Cedrenus originem ejus rejicit in ultimum annum *Juſtini*. Landulphus autem Sagax, Nicephorus Calliſtus, Sigebertus, & Paulus Diaconus, a Xylandro, & Jo. Caſp. Svicero citati, a tempore *Juſtiniani* id derivant. Nec ipſe Cæſar Baronius id inficiatur; modo in honorem *Mariæ* Virginis primum conſtitutum eſſe dictitat, quod autem ipſum nomen *hypapante* confutat, quod obviam itionem illam *Simeonis* ſignificat, quando impulſore Spiritu in templum veniebat ad occurrendum Domino ſecundum factam ſibi ravelationem, quia divinitus nunciatum ipſi erat, ipſum non viſurum mortem, priuſquam vidiſſet *Chriſtum* illum Domini. Et *Græci* in illis feſtis id habent, quæ vocant feſta dominica, hoc eſt in honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti inſtituta, uti fidem nobis facit ipſe Leo Allatius.

Aliam Sententiam ſequi videtur Lambertinus in *Lib. de Feſtis B. M. V. Lib. II*, §. 12, *pag.* 185. Fatentur quidam eruditi viri, graviſſima illa teterrimaque graſſante peſte, qua Conſtantinopoli ſingulis, diebus quinque hominum millia, & quandoque, decem ſi qua Procopio fides oculato teſti de bello Perſico lib. 2, interibant, poſtremo Juſtini anno, vel ſub Juſtiniani Imperio Coſtantinopoli Purificationis Feſtivitatem inſtitutam eſſe; ſed eam in multis Orientis Eccleſis multo antea celebratam fuiſſe contendunt. Vide Pagium ſeniorem ad ann. Chr. 544, n. 7. Martene de antiqua Eccleſiæ diſciplina Cap. 15. Saxium Diſſert. Apologetica de Corporibus Sanctorum Gervaſii, & Protaſii num. 14. Ac ſi quæ S. Methodio tertii ſæculi auctori tribuitur, Homilia de Purificatione Beatæ Mariæ Virginis genuina ſit, certiſſima eſt eorum ſententia. Allatius de Methodiorum ſcriptis pag. 341 genuinum Methodii fætum eam Homiliam eſſe contendit. Contra Gretſerus, Caniſius, Oudinus apud Caveum in Hiſtor. Litterar. Scriptorum Eccleſiaſticorum ad ann. 290, de ſinceritate ejus Homiliæ dubitant. Verumtamen ſi non ſatis firmum videatur fundamentum, neque Methodii Homilia, neque alia etiam, quæ Chryſoſtomo tribuitur, plura tamen ſuppetunt alia argumenta ad eorum opinionem conſtabiliendam. In veteri Occidentalis Eccleſiæ, Martyrologio, quod Beda, Caſſiodorus, & Walfridus D. Hieronymo tribuunt, ideoque vetuſtius putant Gelaſio I, ad diem 2 Februar. legitur: *Purificatio S. Mariæ Virginis Matris Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Quod ſiquis dicat, hæc a librario eſſe addita, haud ita facile quis animum inducat, ut etiam ea addita dicat, quæ in eodem Martyrologio leguntur ad diem 5 Januarii: *In Hieroſolyma Simeonis Prophetæ cum obtulit ei Dominum Jeſum Chriſtum Maria, & Joſeph, & depoſitio ipſius Prophetæ*, ut bene advertit Tillemontius Nota 7 ad Vitam Jeſu Chriſti; qui illud etiam addit, quod ex S. Theodoſii Abbatis vita perſpicuum eſt, circa dimidium quinti ſæculi Hieroſolymæ Purificationis ſolemnitatem celebrari conſueviſſe, nec ita novam per illud tempus eam fuiſſe conſuetudinem. Florentinus Exerc. 3 ad diem 3 Januarii putat, vetuſtis Eccleſiæ temporibus omnes in Epiphaniæ Feſtivita-

Digitized by Google

buiſſent, quaſi puriſſima Virgine Maria ipſæ eſſent puriores. Ex illo puerperæ nonniſi exacto expiationis tempore Eccleſiæ ſeſe ſiſtere voluerunt, nec in illam pedem inferre, niſi prius Beatæ Virginis exemplo ſua dona obtuliſſent, ac ſacerdotis precibus expiatæ fuiſſent. (b)

§. III.

---

tate Manifeſtationes Chriſti Domini celebrari conſueviſſe, Nativitatem, Magorum Adventum, Simeonis ἀπάντησιν, & Baptiſmum. Henſchenius Bollandiani continuator Operis ad diem 2 Februarii oſtendit, ante ea tempora, quæ Baronius indicavit, Purificationis Feſtivitatem celebratam eſſe in Phœnicia, Syria, Cypro, & apud Cophtos; ac monet, cum vetuſtiſſima ſit in Eccleſia ſolemnitas, & a temporibus haud ita ab Apoſtolorum ætate remotis deducta ſit, uſurpari de ea poſſe vulgatiſſima illa Auguſtini verba lib. 4 de Baptiſmo cap. 24, tom. 9 op. col. lib. 140. *Quod univerſa tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur.*

(b) *Van-Eſpen J. E. U. Part. II, Tit. II, Cap. V, §. 8. In Synodo P. II Mechlinienſi tit. 3, cap.* 8, dicitur: „Puerperæ, „ cum a puerperio domum exeuntes ſe ad „ Eccleſiam contulerint, *a proprio* Parocho juxta probatiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem purificentur.“

Hæc Synodus pariter ſupponit, ritum hunc Purificationis in Eccleſia Parochiali, atque a proprio Parocho eſſe celebrandum; quod & generalis Belgii conſuetudo confirmat, atque Sacra Congregatio Cardinalium nuper probavit.

Cum enim in civitate Antuerpienſi nonnulli Regulares in ſuis Eccleſiis mulieres ad purificationem poſt partum admitterent; ac ea de re Paſtores Civitatis illius ad Sacram Congregationem querelas detuliſſent, prodiit ſententia hujus tenoris.

„ Conquerebantur Parochi Civitatis Antuerpienſis, per Sacram Congregationem „ recognitæ, & per Sedem Apoſtolicam „ approbatæ, quod Regulares Mendicantes „ functionibus Paſtoralibus ſe immiſceant: „ & præſertim audeant in ſuis Eccleſiis „ mulieres poſt partum ad purificationem „ admittere: addebantque, a Domino „ Epiſcopo Antuerpienſi, utpote Regulari, hujuſmodi præjudiciis per Regulares illatis minime conſuli. Quare ab „ Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſubſidium, „ ac tutelam ſuppliciter petentes, quærebant: an prædictis Regularibus Civitatis Antuerpienſis liceat in propriis Eccleſiis mulieres poſt partum ad purificationem admittere.“

„ Die 18 Novembris M.DC. LXII, Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. „ R. E. Cardinalium Concilii Tridentini „ interpretum, utraque parte audita, cenſuit, prædictis Regularibus Civitatis „ Antuerpienſis non licere: *Signatum* I. „ Epiſcopus Sabinenſis Cardinalis Sacchetti Præſes, & C. de Vecchiis Ep. Clus. „ S. R. C. Secretarius; *& a latere impreſſum erat ſigillum præfati Cardinalis* „ *Crepidis in rubro pane.*“

Hæc ſententia ex mandato Epiſcopi Antuerpienſis publicata fuit, ac per publicum programma locis conſuetis affixa 20 Novembris 1663 per Petrum Van der Peire tunc Epiſcopi Officialem; una vigore auctoritatis ſibi commiſſæ, inhibens præfatis *Regularibus*, ne deinceps aliquas mulieres poſt partum ad *purificationem* admittant: mulieribus autem puerperis injungens, ut juxta ſententiam præmiſſam ad Eccleſias *ſuas* reſpective *Parochiales* pro *Purificatione* ſe conferant, ut ibidem juxta probatiſſimam Eccleſiæ conſuetudinem a *proprio Parocho* benedicantur.

Quod hic a Sacra Congregatione declaratum fuit, etiam in Synodo P. II Cameracenſi, *tit.* 6, c. 13, decretum fuerat his verbis: Prima vice, qua mulieres a puer-

Jus Parochiale Catholicorum.

§. III. Hæc conſuetudo, quæ primum a Græcis inducta, poſtea Latinorum moribus recepta fuit, nunc in omnibus Eccleſiis ſervatur; ita tamen ut ſi ea violetur, (c) nulla lex violata eſſe putetur. Cap. un. h. t.

Q U.

---

puerperio domum exeunt, juxta antiquam Eccleſiæ conſuetudinem ad Eccleſiam recto ſe conferant, gratias acturæ Deo pro beneficio puerperii, & ut a *proprio Paſtore* ſeu ejus vicem gerente, & *non ab alio* purificentur.

Sicut autem in feſto Purificationis Deiparæ ſolent fideles cereos accenſos in manibus portare, ita quoque mulier purificationem faciens, candelam accenſam in manibus habet.

Sacerdos introducturus mulieri porrigit ſtolam ex collo dependentem manui mulieris dicitque: *Ingredere in templum Dei, & adora Filium B. Mariæ Virginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.*

Ex hac formula, uti ex precibus a Presbytero recitandis haud obſcurum eſt, hanc mulierum purificationem ad exemplum purificationis Divæ Virginis inſtitui; unde Paſtorale Mechlinienſe etiam monet, quod ſi Miſſa celebretur, *aptiſſime huic laudis officio congruat Miſſa de Purificatione Beatæ Mariæ, quæ incipit, SUSCEPIMUS.*

Omnibus cæremoniis, ac precibus abſolutis, Sacerdos præbet mulieri oſculandam Crucem libri Sacramentalis, dicendo; *Dominus det tibi ſuam pacem:* reſpondet Miniſter: *Et vitam æternam.*

Inter oſculandum ſolet mulier nummum aliquem ipſi libro per modum oblationis imponere, qui in uſum Sacerdotis, & Miniſtri, pro locorum conſuetudine, cedere conſuevit.

Hac oblatione imitari voluere piæ mulieres Chriſti parentes, de quibus legitur: Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis ejus, tulerunt illum in Jeruſalem, ut ſiſterent eum Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini: quia omne maſculinum adaperiens vulvam, ſanctum Domino vocabitur; & ut darent HOSTIAM ſecundum quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum, *Lucæ 2, verſ. 22.*

Circa has oblationes merito expendent; & obſervabunt Parochi aliique Sacerdotes ea, quæ circa oblationes in adminiſtratione Sacramentorum fieri conſuetas obſervanda notavimus.

Paſtorale Mechlinienſe deinde monet: „ Si contigerit, mulierem adverſa valetudine certo tempore a purificatione impediri, differatur purificatio, donec utcumque reſtituta in Eccleſiam ingredi poſſit, etiamſi mortis immineat periculum, quia purificatio extra Eccleſiam facienda non eſt, neque ſubſtituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ “.

(c) *Van-Eſpen J. E. U. Parte 2, Tit. II, cap. V, §. VI.* Sicut Deipara legi Purificationis ſubjecta non fuit; ſimiliter mulieres novi Teſtamenti, tametſi *puerperio* omnibusque, quæ illud conſequuntur, non ſecus ac mulieres veteris Teſtamenti ſubjectæ, hac lege cærimoniali non conſtringuntur; quia ut ait Innocentius III, in cap. unico X *de Purificatione poſt partum*: „ Licet ſecundum legem Moſaicam certi dies determinati fuiſſent, quibus mulier poſt partum a templi ceſſaret ingreſſu, lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per *Jeſum Chriſtum* facta eſt “.

Hinc ulterius infert, & reſpondet Archiepiſcopo Armachano: „ quod poſtquam umbra legis evanuit, & illuxit veritas Evangelii: ſi mulieres poſt prolem emiſſam acturæ gratias Eccleſiam intrare voluerint, *nulla* proinde *peccati* mole gra-

„ van-

Digitized by Google

„ vantur, nec Eccleſiarum eſt eis aditus „ *denegandus*, ne pœna illis converti vi„ deatur in culpam “.

Et ſub nomine Sancti Gregorii refertur, *Can.* 2, *diſtinct.* 5. „ Si mulier eadem ho„ ra, qua genuerit, actura gratias intrat „ Eccleſiam, nullo pondere peccati gra„ vatur “.

Addit nihilominus Innocentius III in citata Decretali: „ Si tamen ex venera„ tione voluerint aliquandiu abſtinere, „ devotionem earum non credimus impro„ bandam “.

Unde & hodie mulieres ſive ex quadam erga Eccleſiam, ac Divina myſteria, quæ in ipſa peraguntur, veneratione, ſive exemplo Divæ Virginis, quæ ex humilitate legi ſe ſubdidit, cui non erat ſubjecta, etiam conſueverunt ad tempus aliquod ab ingreſſu Eccleſiæ abſtinere; nec in eam intrare, niſi ſe Sacerdotibus præſentaverint, & ipſe precibus aliquibus præmiſſis introduxerit juxta ritum præſcriptum in modernis Ritualibus ſub titulo: *Ordo introducendi mulierem in Eccleſiam poſt partum*.

QU. XV.

Undenam originem duxit ea oblatio, quæ nonnullis in locis fit Sacerdoti Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtranti?

§. I. Nihil antiquius eſt iis muneribus, quæ ad Altare offerebantur ab iis omnibus, qui Euchariſtiæ participes fiebant (Vid. ſup. Lib. V, Quæſt. VI, §. 6, & Quæſt. X, §. 5, N. K.). Divus Cyprianus Lib. de Op. & eleemoſ. quamdam feminam objurgavit, quæ ſine ullo munere ab Euchariſtiam percipiendam acceſſerat: *Locuples es & dives, & Dominicum te celebrare credis, quæ in Dominicum ſine ſacrificio venis, quæ partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis.* Divus Auguſtinus, ſeu quisquis eſt auctor illius ſermonis, qui inſcribitur *de tempore*, eos omnes perſtringit, qui ſine oblatione Euchariſtiæ Participes eſſe volebant: *Erubeſcere debet homo idoneus, qui de aliena oblatione communicaverit.* Tanta porro hujuſce ritus apud Majores noſtros Religio fuit, ut, cum obſoleſcere videretur, eum Concilii Matiſconenſis Patres (anno 595.) exſuſcitare curaverint, decernentes, *ut omnibus diebus dominicis Altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus* (communicantibus) *offeratur tum panis, tum vini: COMMUNICANTIBUS*, inquam; nam Sacerdotes prohibebantur ab iis oblationes accipere, quibus Euchariſtiæ Sacramentum non erant adminiſtraturi. Conſt. Apoſtol. Lib. III, Cap. VIII, apud Cotelerium pag. 285, Concil. Eleberitan. can. 28, ubi vide Albapiſneum pag. 169, edit. Neapol. atque antiquitus *communicare precibus ſine oblatione* idem ſonabat, ac *non communicare Corpori Chriſti*. (Vid. Bal. Comm. ad can. 4 Concil. Ancyran.) (*a*)

§. II.

(*a*) *Van-Eſpen in Diſſert. de Jure Parech. ad Decimas, & Oblationes Cap. III, §. 8, Part. IV, pag.* 299. Ne peccatis ſceleribusque peccatorum Eccleſia connivere, eiſque communicare videretur, eorum oblationes & dona reſpuenda judicavit.

Hinc S. Ambroſius, frendentibus licet Theodoſii Imperatoris Comitibus, ipſius oblationes recipere noluit; quia munera Imperatoris, ait S. Paulinus in Vita S. Ambroſii, qui ſe ſacrilegio commiſcuerat, ab Eccleſia reſpuebantur, nec orandi illi cum Eccleſia ſocietas tribuebatur.

Eodem motivo ſynodus Carthaginenſis decrevit: „Oblationes diſſidentium fratrum neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur.“ Item: „Dona eorum, qui pauperes opprimunt, a Sacerdotibus refutanda ſunt.“ Apud Gratianum *diſt.* 90, *Can.* 2.

Si-

§. II. Quamdiu ea viguit conſuetudo, ut inter Miſſarum ſolemnia Euchariſtia Fidelibus adminiſtraretur, tamdiu is quoque tenuit mos, ut etiam oblationes fierent inter ſolemnia Miſſarum. At poſtquam Euchariſtia extra Miſſæ Sacrificium præberi cœpit, etiam oblationes extra Sacrificium Miſſæ fieri cœperunt. Ex hac Miſſæ celebrationis, & Euchariſtiæ diſtributionis disjunctione ortum eſt, ut etiam Communio, & oblatio, quæ arctiſſimo vinculo ſemper conjunctæ, quæ numquam a ſeſe invicem divulſæ fuerant, quarum una ſine altera ullo ſtare loco neſciverant, pedetentim, ac ſenſim ſine ſenſu disjungerentur, atque alii modo ſint, qui abſque communione offerant; alii, qui ſine oblatione communicent.

§. III. Quemadmodum vero nulla antiquæ eccleſiaſticæ diſciplinæ pars adeo eſt obliterata, ut non aliquod aliquo in loco ſuperſit veſtigium, ita nonnullæ adhuc extant regiones, in quibus etiam extra Miſſæ ſacrificium ſine aliqua oblatione Corpori, & Sanguini Chriſti communicare neſciunt. Quam conſuetudinem, ubi ea etiamnum perdurat, nemo ſane accuſabit, aut de Simoniæ crimine poſtulabit, niſi qui aut omnia vetuſtatis monumenta infra ſe putat, aut nullam omnino antiquitatis memoriam unquam collegit (*b*).

Q U.

Similiter publicorum uſuratiorum *oblationes a quoquam recipi vetat* Synodus Lateranenſis III, *in cap. X de Uſuris*. Et Lateranenſis IV præcipit Clericis „ ne Hæreticorum *eleemoſynas, aut oblationes percipiant, alioquin ſuo priventur officio*. *Cap.* 13, *X de Hereticis*.

Hæc omnia uno Decreto comprehendit, & expreſſit S. Carolus in ſuo Concilio Mediolanenſi IV, p. 2, c. 15. „ Ab iis „ oblationes ne recipiantur, ut antiquo „ Canone vetitum eſt, qui ſcilicet inter „ ſe iniquo animo diſſidentes inimicitias „ exercent, qui uſurarii, meretrices, ſa- „ crilegi, raptores, qui alio nomine pu- „ blice notorieque criminoſi ſunt. “

Et ſane ſi de oblationibus, quæ fiunt inter Miſſarum ſolemnia ſermo ſit, ratio, quæ publicos, & notorios peccatores a publica Sacramentorum perceptione removet, etiam ſuadet, & impellit, ne ſimiles peccatores ad oblationes faciendas recipiantur.

Quis enim ignorat, quod oblatio ad altare ſit quædam cum reliquis Fidelibus, immo & ipſo Sacerdote in Sacrificio communicatio, ipſa quoque ad oblationem admiſſio, publica quædam pacis, & reconciliationis teſſera ſit? Neque unquam ad oblationem in Altari inter Miſſarum ſolemnia admiſit Eccleſia, niſi quos pacis & reconciliationis cum Deo participes eſſe credebat. Unde & moris eſt, ut Sacerdos recipiendo oblationes dicat, *Pax tecum*; quia ſupponens, eum jam ad pacem, & communionem admitti.

(b) *Van-Eſpen J. E. U. Part. II, Tit. V, Cap. IV*, §. *XVII*, *pag.* 64. Hunc oblationum morem, & inſtitutum ab Apoſtolorum tempore ad nos devolutum, at injuria temporum pene abrogatum, variæ Synodi poſterioribus his temporibus reſtituendum decreverunt: atque præ cæteris ſynodus Mediolanenſis IV, ſub S. Carolo *part.* 2, *c.* 15, declarat: „ Oblatio- „ num inſtitutum, quo gravius his tem- „ poribus a fidei doctrinæque Catholicæ „ hoſtibus exagitatur, & langueſcente pie- „ ta-

„ tatis ſtudio, quo magis a fidelibus negligitur, hoc diligentius ſervari, atque „ ad executionis uſum, ubi intermiſſum „ eſt, revocari convenit, cum præſertim „ & ad divinum cultum pertineat, & populis ſalutare ſit, ad expiandaque peccata utile. "

§. XVIII. Hujus quoque inſtituti rationem multum urſit Synodus Colonienſis anno 1549, c. 10, declaratque illud pene totum abire cœpiſſe in deſuetudinem, *hominibus piis cauſam & originem offerendi ad altare ignorantibus, & impiis cupiditate Sacerdotum uſum illum introductum calumnioſe aſſerentibus*.

QU.

Digitized by Google

QU. XVI.

Ullum ne in omni memoria reperis monumentum, quod approbet oblationes eorum, quibus Pœnitentiæ, Viatici, Extremæ Unctionis Sacramenta adminiſtrantur?

§. I. CUM divinis (a), humanisque legibus cautum ſit, ut Judices nullo donentur munere, ne partium ſtudio ducantur abripianturque, cumque qui pro Pœnitentium Tribunali ſedent, Judicum partes, ac perſonam ſuſtineant, gerantque, ideo apud Catholicos ad hoc Sacramentum largitionibus oblationibuſque aditum numquam patuiſſe invenies; ac ſi quando per cuniculos obrepſerunt, ſtatim etiam eas ab omni limine, veſtibuloque prohibitas fuiſſe, intelliges. Exulant oblationes etiam ab adminiſtratione Viatici, & Extremæ Unctionis, iiſque exilium indixit metus, ne hæc tam neceſſaria ſubſidia ne minimam temporis dilationem ferentia aut retardarentur, aut non efflagitarentur ab iis, qui offerendi conſuetudinem ægre patiuntur.

§. II. Apud Proteſtantes *Nummus Confeſſionarius* inter ſtolæ jura præcipuum locum tenet, ſuoſque Patronos, ac defenſores jactat Benedictum Carpzovium Juriſp. Eccleſ. Lib. 1, Def. 118, Ahuſcrum Fritſchium de Jur. acced. cap. 7, §. 7, Petrum Mullerum de Num. Confeſſ. Theſ. ult. aliosque plurimos hæreticarum partium Theologos, eſtque in tutela Regiæ poteſtatis

(a) Jure Divino eſt expreſſe prohibita Judicibus munerum acceptio: *Exodi 23: Non accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. Deut. 16: Non accipias perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos Judicum. Eccleſ. 20: Xenia, & dona excæcant oculos Judicum. Et Iſ. 7* acriter reprehenduntur Judices diligentes munera: *Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributionem: & ſimiliter Michea 5: Principes ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant, & alibi ſæpe conſimiliter.* E contra vero commendatur Judex munera reſpuens. *Iſ. 3. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitat: & Samuel I, Reg. 12,* commendat ſe populo dicens: *Si de manu cujuſpiam munus accepi: & Pſ. 14,* commendatur, *qui munera ſuper innocentem non accepit,* & alibi ſæpe conſimiliter. Jure humano eſt expreſſe prohibita Judicibus munerum acceptio *in leg. Plebiſcito ff. de Off. Præſid. lege ſolet ff. de offic. Proconſulis, Authentic. Novo jure, Cod. de pœna Judic. Authent. de Judicibus, §. Nullo quoque,*

Digitized by Google

tis (Vid. Ordinat. Saxon. Elect. artic. 9, n. 26.). Hæccine igitur eſt illa tam præclara Reformatio, cujus cauſa Majorum ſuorum cultum, fidem, ac Religionem deſerendam eſſe putarunt? Huccine demum recidit tam magna illa expectatio, quam hi Novatores in omnibus excitarant Eccleſiaſticæ diſciplinæ inſtaurandæ, veteris juſtitiæ, pietatis probitatiſque reſtituendæ? In tanta tamque magna Eccleſiaſticorum bonorum proſcriptione, nihilne reſervatum ſacrorum adminiſtris, nec alius fundus inventus, (b) qui Parochorum neceſſitatibus aſſignaretur, quam *Jus Bannarium, & Nummus Confeſſionarius*; hoc eſt facultas cogendi ſuos Parochianos, ut ad ſuum Pœnitentiæ Tribunal accedant (c), eoſque, cum accedunt, argento emungendi? Sed hoc fuit fatum Reformationum omnium, quæ ab aliis ſuſceptæ fuerunt, quam ab iis, qui ad Chriſtianæ Reipublicæ excubias divinitus poſiti ſunt, ut non alios exitus haberent, quam templorum direptiones, ac ſacrorum Miniſtrorum ſpoliationes.

QU.

---

que, & §. ſequenti, Authent. Ut Judices ſine quoquo ſuffragio fiant leg. 1, Cod. ad leg. Juliam repetundarum, & alibi ſæpe, in quibus & munera prohibentur, & pœnæ ſtatuuntur. Juri Civili concordat jus Canonicum, *in cap. Judices 23, & cap. Jubemus 126, cauſ. 1, q. 1, c. Non ſane 15, cauſ. 14, q. 5, cap. Cum ab omni 10, de vita, & honeſt. Clericor. cap. Statutum 11, de reſcriptis in 6, §. Inſuper, c. Romana 1, de cenſibus in 6, §. Procurationes, & c. Exigit. 2, eod. in 6, & alibi ſæpe.*

(b) *Boehm. J. E.P. Sect. VII, §. VIII, pag.* 417. Illud fortaſſis miteris, quare una hæc jure ſtolæ reformatio neceſſaria ſit intermiſſa, cum tamen merito reformatio quædam fieri debuiſſet? Verum hiſtoria temporis iſtius docet, reformationem in his fieri non potuiſſe, niſi plane Parochis neceſſaria vitæ ſubſidia ſimul eſſet auferenda, quod tamen iniquum erat. Cum enim poſt reformationem bona eccleſiaſtica per ſæcularizationem aliaſque varias ſubtractiones, quas turbidus rerum ſtatus promovebat, ad profanos uſus hinc inde converterentur; eccleſiæ ingentem ſubſtantiam amiſerunt, unde alias commode potuiſſent Parochi ſuſtentari. Hinc merito hæc jura ſtolæ ipſis relinquenda erant, ut in *partem ſalarii* cederent: quamvis non dubitem, parochos noſtros ægre non laturos, ſi res in priſtinum ſtatum converterentur, & ita reductis revocatiſque bonis ablatis, jura ſtolæ ipſis auferrentur.

(c) *Boehm. J. E. P. Lib. V, Tit. 38, de Pœnit. & Promiſſ.* §. 65. Ex adducta expoſitione liquet, majore libertate pollere pœnitentes in Eccleſiis Romano-Catholicis, quam in pleriſque Proteſtantium. Optandum foret, ut & in eccleſiis Proteſtantium tum ipſe Confeſſionis actus, cujuſcumque arbitrio relinquatur, tum etiam a *jure bannario* liberaretur; utrumque autem eo facilius obtineri poterit, ſi *nummus Confeſſionarius* protſus aboleretur.

QU. XVII.

Perantiquus ne illius oblationis uſus, quæ fit Sacerdoti a Sponſis, cum Matrimonio junguntur?

§. I. QUanta ſit hujus Oblationis antiquitas, diſcimus ex Tertulliano Lib. II ad uxor. cap. ult. ubi ait: *Unde ſufficiamus ad narrandam felicitatem ejus Matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & CONFIRMAT OBLATIO, & obſignat benedictio?* Tria hic memorat Septimius, quæ vel primis Eccleſiæ ſæculis Chriſtianorum Matrimonium comitari ſolebant. I. Eccleſiæ *conciliationem*, quæ tunc adeſſe cenſebatur, cum Matrimonio nulla Eccleſiaſtica Lex reſtitiſſet. II *Oblationem*, quæ teſtis erat, ſponſos non eſſe neque ſcortatores, neque mæchos, neque adulteros, neque inceſtos, non criminibus, non ſceleribus, non flagitiis, non obſcœnitatibus contaminatos; nam omnium horum oblationes reſpuebat Eccleſia *(a)*. III *Hierologiam* ſeu *Benedictionem*, qua Eccleſia declarabat, ſe Matrimonium illud in Sacramentorum numero habere.

§. II. Ex hiſce plane intelligimus, quam antiquus ſit hujuſce Oblationis uſus *(b)*, quam ab omni Simoniæ, ac turpitudinis labe immunis, quinim-

(a) *Conſtitut. Apoſtolic. Lib. IV, Cap. VI.* Oportet Epiſcopum ſcire quorum debeat oblationes accipere, & quorum non debeat. Nam ad dandum non admittat Caupones. Fugiendi etiam ei ſcortatores ..... item rapaces, alienarum rerum cupitores, & adulteri. Sed & qui viduam affligunt, & pupillos potentia ſua opprimunt ..... Repudiabis etiam adulteratores, & oratores patrocinantes injuſtitiæ, & fabricatores idolorum; & fures, & publicanos injuſtos, & in ponderando ſtateram ad alterum latus impellentes ..... Item homicidam, & carnificem: ad hæc judicem injuſtum, vinolentum, blaſphemum, cinædum, fœneratorem, nec non quemlibet improbum, & cum Dei voluntate pugnatorem.

(b) *Martene de Antiq. Eccleſ. ritibus Lib. I, cap. IX, Art. III, Tom. II, pag.* 124. Antiquos Eccleſiæ Romanæ ritus in nuptiarum celebratione adhiberi ſolitos integros nobis repræſentat Nicolaus Papa I, in reſponſis ad Conſulta Bulgarorum cap. 3. (Morem, inquit, quem Sancta Romana ſuſcepit antiquitus, & hactenus in hujuſmodi conjunctionibus tenet Eccleſia, vobis monſtrare ſtudebimus. Noſtrates ſiquidem tam mares quam feminæ non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compoſitam, quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt. Sed poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa fœdera, quæque conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt celebrantur, & poſtquam arrhis ſpon-

nimmo quam laudabilis, atque omni commendatione dignus, cum, ſi illius originem inſpexeris, ſponſorum oblatio nihil aliud ſit, quam teſtimonium ſolemne, quod publicam fidem facit, Matrimonium, quod contrahitur, ſanctum eſſe, atque legitimum, ſponſosque Chriſtiani nominis (*c*) dignos eſſe (*d*).

Q U.

ſam ſibi ſponſus per digitum fidei a ſe annulo inſignitum deſponderit, dotemque utrique placitam ſponſus ei cum ſcripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox, aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præſumatur, ambo ad nuptialia fœdera producuntur. Et primum in Eccleſia Domini *cum oblationibus*, quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum, ſtatuuntur, ſicque demum benedictionem, & velamen illud non ſuſcipit ..... verumtamen velamen illud non ſuſcipit, qui ad ſecundas nuptias migrat. Poſt hæc autem de Eccleſia egreſſi coronas in capitibus geſtant, quæ in eccleſia ipſa ſunt ſolitæ reſervari, & ita feſtis nuptialibus celebratis ad ducendam individuam Domino diſponente de cætero diriguntur.)

(c) *Albaſpinaeus Lib.* 1, *obſ.* 7, *n.* 4. Oblationes genus quoddam communionis fuerunt, quod tanto in honore, & religione apud eos erat, ut nihil antiquius poſt Euchariſtiam haberent, quam ejuſmodi oblationes, nullusque communionis modus ad ſummam, & abſolutiſſimam communionem, quæ erat Euchariſtia, magis accederet.

(d) *Boehm. J. E. P. Sect. VII, Cap. II*, §. 21. Debetur quoque aliquod honorarium pro *proclamatione*, & *hierologia*. Reſpectu hujus rurſus contentiones inter Parochos exſurgunt, ſi matrimonio jungendi ſint diverſarum parochiarum, cuinam ſint præſtanda jura ſtolæ? Tota deciſio quæſtionis dependet ex iis, quæ dicta ſunt *Sectione IV*. Cum enim plerumque copulatio inſtitui ſoleat in parochia ſponſæ: hujus quoque parocho debentur jura ſtolæ. *Idem ibidem* §. 22. Solent quoque aliquando Parochi accipere prandium. Eſt tamen alicubi in arbitrio ipſius Parochi poſitum, utrum, prandere, an vero certum frumentum, vel pecuniam eo nomine accipere malit? Franc. Stymann. *de ſalar. cler. c.* 5, *n.* 322, *ſeqq.* Hoc præſertim tunc quoque fieri ſolet, ſi Parochus, & parochiani convenire non poſſunt de modo prandii exhibendi: quamvis ut in prandium hoc ſumptus nimii impendantur, deſiderari non poſſit. *ID. c.* 9, *ff.* 25, *ſeqq.* Huc quoque referri poſſunt Die Bierſuppen; h. e. convivium, quod a ruſticis poſt Baptiſmum inſtitui ſolet, ad quod plerisque in locis invitandus quoque eſt Paſtor *ex debito*, Carpzor. *lib.* 1, *def.* 120, quamvis forſan rectius talia convivia plane abroganda eſſent, prout contra Carpzor. optime judicat Brunem *in jur. eccleſiaſt. lib.* 2, *c.* 5, §. 7. Quatenus itaque hodie hæc jura *neceſſitatis* ſunt, & perfecta, utiles actiones, *confeſſoria & negatoria*, iis applicantur, prout ad nauſeam magno libellorum cumulo oſtendit Schwendendoerffer in *Sect. II, action. forenſ.*

Denique non ubique determinata eſt quantitas jurium ſtolæ, ſed *arbitrio parochianorum* ſolet committi. Quamvis vero non negandum, hic aliquando peccari a parochianis *nimis parce* offerendo: peccatur tamen quoque a Parochis in *nimia exactione*, vel etiam denegatione ipſius miniſterii, ceu factum memini, ubi Parochus recuſarit, ægrotum precibus publicis Deo commendare, antequam certa quantitas ei ſoluta fuerit. Ubi tamen conſtitutionibus Eccleſiaſticis Determinatio facta eſt, huic omnino ſtandum, niſi humanitatis ratio aliquando aliud ſuadeat, veluti reſpectu pauperum.

Digitized by Google

QU. XVIII.

Unde nam profectæ ſunt eæ oblationes, quæ fiunt pro defunctis?

§. I. HArum Oblationum meminit S. Cyprianus ep. 1. *Ac ſi quis hoc feciſſet, NON OFFERRETUR PRO EO, nec Sacrificium pro dormitione ejus celebraretur. Neque enim apud Altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab Altari Sacerdotes, & Miniſtros ejus voluit avocare. Et ideo Victor cum contra formam nuper in Concilio a Sacerdotibus datam Geminium Fauſtinum Presbyterum auſus ſit tutorem conſtituere, non eſt, quod pro dormitione ejus FIAT OBLATIO, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Eccleſia frequentetur.*

§. II. Cui antiquitates Chriſtianæ cognitæ ſunt, illud etiam non incognitum eſſe debet, oblationes præcipuam fuiſſe eccleſiaſticæ communionis teſſeram, nec Chriſtianos ipſos fato functos aliud majus habuiſſe teſtimonium, quo probarent, ſe & vitam Chriſtiano homine dignam vixiſſe, & piorum mortem obiiſſe, quam oblationes: Cum quis igitur naturæ conceſſiſſet, ſuperſtites amici, conjux, liberi, cognati perinde ac ſi adhuc is in vita maneret, ſed adeſſe, atque intereſſe non poſſet, illius nomine oblationes ad Altare ferebant, quæ teſtabantur, illum uti vivum, ita etiam mortuum in Eccleſiæ communione adhuc manere (*a*).

§. III. Ex hoc fonte profectæ ſunt eæ oblationes, quæ nonnullis in locis pro Defunctis fieri adhuc ſolent. Omnino. Hæc mortuorum cum vivis adhuc cohærens, ac continuata communio, vi cujus & mortui vivorum, & vivi mortuorum precibus juvantur (*b*), hæc, inquam, communio oblationes pro defunctis peperit, aluit,

(a) *S. Leo Magnus ep. XIII ad Ruſticum cap. VI.* Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non poſſumus. Contra quibus viventibus communicavimus, etiam mortuis communicamus.

Thomaſſinus de N. & V. E. D. Part. III, Lib. 7, §. 2. Concilii Vaſionenſis can. 2 dilucidum fit, nec fato functos quoslibet ſuam cum Eccleſia communionem probare potuiſſe, niſi oblationibus, eoque diſcrepaſſe ſive excommunicatos, ſive pœnitentes a Fidelibus, quod Fidelium oblationes dumtaxat & eorum, qui conſortes eſſent communionis ſacræ, ad altare admitterentur.

(b) *Selvag. Antiq. Chriſt. Lib. II, Part. II, cap. II, §. V, n. 21, pag.* 176. Fuit quidem ſemper hæc praxis jam uſque ab Apoſtolicis ducta temporibus, mortuorum præſertim mentionem facere in ſancto Eucharistiæ ſacrificio. De ea enim præter

M 2 au-

luit, atque conſervat, quas nemo certe improbare, aut damnare auſerit;

anctorem Clementinæ Liturgiæ loquuntur Patres antiquiores Arnobius, *Lib. IV*, Cyprianus, atque Tertullianus. Atque hic præſertim cum alibi, tum in *lib. de Monog. teſtatur Tertull. de Monog. c.* 10: *Pro anima ejus orat, & refrigerium interim adpoſtulat ei, & in prima Reſurrectione conſortium, & offert annuis diebus dormitionis ejus*. Refrigerium etiam mortuis per Euchariſticas preces impertitum meminit Pſeudo-Origenes in Job. Lib. III, Tom. I: *Et memorias Sanctorum facimus, & parentum noſtrorum, vel amicorum in fide morientium devote memoriam agimus tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam conſumationem in fide poſtulantes*. Cyrillus vero Hieroſolym. diſerte teſtatur ſui temporis Chriſtianos *maximum credidiſſe animarum juvamen, pro quibus offertur precatio, interea dum divina Deo Hoſtia immolatur Myſtag. V, num. VI, mentionem facimus etiam eorum, qui ante nos obdormierunt, primum Patriarcharum &c. Ut Deus propter illorum orationes, & deprecationes noſtras ſuſcipiat preces. Deinde pro defunctis Sanctis Patribus, & Epiſcopis. Denique pro omnibus oramus, qui inter nos vita functi ſunt maximum eſſe credentes animarum juvamen, pro quibus offertur precatio, dum ſanctum illud, & tremendum Myſterium in Altari poſitum eſt*. Neque omittendus Chryſoſtomus, qui ait Epiſcopum proindeque Presbyterum quemvis deprecatorem eſſe apud Deum cum viventium hominum, tum mortuorum. Addas his Epiphanium, omneſque Orientalium, atque Occidentalium Liturgias.

L' Egliſe Catholique a décidé dans le Concile de Trente, ſeſſ. 6. can. 30, qu'un pécheur pardoné, & abſous de la peine éternele, eſt encore obligé de ſatisfaire à la juſtice divine, par des peines temporales en cette vie ou en l'autre. *Voyez ſatisfaction*. Conſequemment le meme Concile enſeigne, Seſſ. 25, qu'il y a un purgatoire aprés cette vie; que les âmes qui y ſoufrent, peuvent être ſoulágées par les ſuffrages, c' eſt-a-dire, par les pieres, & par les bonnes oeuvres des vivans, principalement par le ſaint ſacrifice de la Meſſe. Deja il avoit déclaré Seſſ. 22, c. 2, & can. 3, que ce ſacrifice eſt propitiatoire pour les vivans & pour les *morts*. Tous ces dogmes ſont étroitement liés les uns aux autres.

Aut mot Purgatoire, nous appoſterons les preuves, ſur leſquelles cette croyance eſt fondée; nous avons a juſtifier ici l'antiquité & la ſaintete de l'uſage rejeté par les Proteſtans de prier pour les *morts*.

On ne peut pas douter qu'il n'ait déja régné chez les Juifs. Tobie dit à ſon fils, c. 4, V. 17, „ Mettez votre pain & vo„ tre vin ſur la ſépolture du juſte, & ne „ la mangiez pas avec les pécheur. " Puiſqu' il étoit défendu par la loi de faire des offrandes aux *morts*, on ne peut pas juger que Tobie ordone à ſon fils de pratiquer cette ſuperſtition des Païens; il faut dono ſuppoſer que la nouriture placée ſur la ſépulture d' un mort étoit une aumône faite à ſon intention, ou qu'elle avoit pour but d'engager les pauvres à prier pour lui.

Nous le voyons encore plus expreſſément dans le 2 l. *des Machab.* c. 12, V. 43, où il eſt dit que Judas ajant fait une quête envoya une ſomme d' argent a Jéruſalem, affin que l' on offrit un ſacrifice pour les péchés de ceux qui étoient *morts* dans le combat. L' Hiſtorien conclut que „ c' eſt donc une ſainte & ſalutaire pen„ ſée de prier pour les *morts*, afin qu'ils „ ſoient délivrés de leurs péchés. "

Quand les Proteſtans ſeroient bien fondés à ne pas regarder ce livre comme canonique; c' eſt du moins une hiſtoire digne de foi, & un témoignage de ce qui ſe faiſoit pour lors chez les Juifs. Cet uſage c' eſt perpétué chez eux, & il en eſt fait mention dans la *Miſchna*, aux chap. *Sanhedrin*: nous ne voyons pas qu'il ait été réprouvé par Jeſus-Chriſt, ni par les Apôtres.

Daillé, dans ſon Traité *de pœnis*, & ſa-

ſatisfact. humanis, a diſſerté fort a long pour eſquiver les conſequences de ces deux paſſages. Il dit, l. 5, c. 7, que dans le premier, Tobie raccomande a ſon fils di fournir la nouriture á la veuve & aux enfans d'un juſte, plutôt que de la manger avec les pécheurs. Mais il eſt abſurde de prétendre que la ſépolture, le tombeau, le monument d'un juſte ſignifie ſa veuve & ſes enfans: il n'y a dans toute l'Ecriture ſainte ancun exemple d'une metaphore auſſi outrée. Il dit que la ſecond regarde non les peines de l'autre vie, mais la réſurrection future, que, ſouvant l'Auteur du livre des Machabées, Judas vouloit que l'on priât pour les *morts*, afin d'obtenir de Dieu pour eux une meilleure part dans la réſurrection, & non la delivrance d'aucune peine. Mais il a fermé les jeux ſur la fin du paſſage, qui porte qu'il faut *prier pour les* morts, *afin qu'ils ſoyent délivrés de leurs péchés*. Or, etre délivré des péchés, ou être délivré de la peine que l'on a encourue par les péchés, eſt certainement la même choſe.

S. Paul parlant contre ceux qui nioient la réſurrections des *morts*, dit. I. Cor. c. 15, ỽ. 29. „ Que feront ceux qui ſont „ baptiſés pour les *morts*, ſi ces *morts* ne „ reſſuſcitent point? A quoi bon reeevoir „ le baptême pour eux? " pour eſquivet les conſéquences de ce paſſage, les Proteſtans ſoutienent qu'il eſt fort obſcur, que les Peres & les Commentateurs ne s'accordent point dans le ſen qu'ils y donnent.

. Mais cette reſponſe n'eſt pas aiſée a concilier avec l'opinion générale des Proteſtans, qui pretendent que s'Ecriture Sainte eſt claire, ſur-tout en fait de dogmes, & qu'il ſuffit de la lire pour ſavoir ce que s'on doit croire. Ici elle ne nous paroit pas d'une obſcurité impenettable. On ſait que chez les Juifs le baptéme étoit un ſymbole, & une pratique de *purification: être baptiſé pour les morts*, ſignifie donc ſe *purifier pour les morts*. Soit que l'on entende par-là ſe purifier à la place d'un mort, & affin que cette purification lui ſerve, ſoit que l'on entende ſe purifier pour le ſoulagement d'une âme, que l'on ſuppoſe coupable, le ſens eſt toujours le même; il s'enſuit toujours que, ſelon la croyance de ceux qui en agiſſoient ainſi, leurs bonnes oeuvres pouvoient etre de quelqu'utilité aux *morts*; & S. Paul ne bláme ni cette opinion, ni cette pratique.

Il ne ſert á rien d'objecter que du temps de S.Paul il y avoit dèja des hérétiques qui prétendoient que l'on pouvoit recevoir la baptéme à la place d'un mort qui avoit eu le malheur de ne pas le recevoir. Outre que ce fait eſt fort douteux, l'Apôtre auroit-il voulu ſe ſervir d'un faux préjugé & d'une erreur, pour fonder le dogme de la réſurrection future? *Voyez la diſſertazion ſur le baptême pour les morts*, *Bible d'Avignon*, Tom. 15. *p.* 478.

Nous donnons la même réſponſe à ceux qui prétendent que la priere pour les *morts* eſt un uſage emprunté des Païenſ. Les Juifs ennemis declarès des Païens ſur-tout depuit la captivité de Babylone, n'en avojent certainement rien emprunté, & S. Paul n'auroit pas voulu argumenter ſur une pratique du Paganiſme.

S'il y avoir encore dn doute ſur le ſens des parole de l'Apôtre, la tradition, & l'uſage de l'anciene Egliſe achévetient de le diſſiper: or nous voyons cet uſage établi dès la fin du ſecond ſiecle. Dans les actes de Sainte Perpérue qui ſouſrit le martyre l'an 203, cette Sainte prie pour l'âme de ſon frere Dinocrate, & Dieu lui fait connoître que ſe priere eſt exaucée. S. Clement d'Alexandrie, qui a écrit dans la même temps, dit qu'un Gnoſtique ou un parfait Chrétiens a pitié de ceux qui, châtiés aprés leur mort, avouent leurs fautes malgré eux par les ſupplices qu'ils endurent, *Prom. l.* 7, *c.* 12, *p.* 879, édit. de Potter. Terrullien. *l. de corona*, *c.* 3, parlant des traditions apoſtoliques, dit que l'on offres des ſacrifices pour les *morts*, & aux fêtes des Mar-

Martyrs. Il dit ailleurs, L. *de monog.* c. 10: „ qu'une veuve prie pour l'âme de „ ſon mari défunt, & offre des ſacrifices „ le jour anniverſaire de ſa mort. ". S. Cyprien a parlé de même.

Il ſeroit inutile de citer les Peres du quartieme ſiecle, puiſque le Proteſtans convienent, qu'alors la priere pour les *morts* étoit généralement établie; mais ce n'étoit pas un uſage récent, puiſque, ſelon S. Jean Chyſoſtôme, *Hom. 3 in ep. ad Philip.* il avoit été ordoné par les Apôtres de prier pour les fideles defunts dans les redoutables myſteres.

Auſſi trouve-t-on cette priere dans les plus ancienes liturgies, & au mot *Liturgie* nous avons fait voir que quoiqu'elles n'aient été écrites qu'au quatrieme ſiecle, elles datent du temps des Apôtres. S. Cyrille de Jérusalem, expliquant cet uſage aux fideles, dit: „ Nous prions pour nos „ peres & pour les Evêques, & en géné- „ ral pour tous ceux d'entre nous qui „ ſont ſortis de cette vie, dans la ferme eſ- „ pérance qu'ils récoivent un trés-grand „ ſoulagement des prieres que l'on offre „ pour eux dans le ſaint, & redoutable „ ſacrifice " *Catech. Myſtag.* 5. Beauſobre, dans ſon *Hiſtoire du Manicheiſme*, l. 9, c. 3, a oſé dire que S. Cyrille avoit changè la liturgie ſur ce point: ou lui a fait trop d'honneur, quand on a pris la peine de la réfuter. S. Cyrille avoit-il donc parcouru toutes les Egliſes du monde, pour rendre leur liturgie conforme á celle qu'il avoit fabriquès pour l'Egliſe de Jéruſalem! Pouvoir-il ſeulement connoître celles qui étoient en uſage dans les Egliſes de l'Italie, de l'Eſpagne, e des Gaules? On y trouve cependant la priere pour les *morts*, come dans celle de Jéruſalem, attribuée a S. Jacques. *Voyez* le P. le Brun, *Explic. des cérém de la Meſſe* tome 2, pag. 516, & tome 5, pag. 300, & *la Perpet. de la foi*, tome 5, l. 8, c. 5. Bingham ſoupçone que la cinquieme Catécheſe de S. Cyrille a été interpolée: ou en ſont les preuves?

Dans ce même ſiecle, Aërius, qui avoit embraſſé l'erreur des Ariens, s'avviſa de blâmer la priere pour les *morts*, & ſeduiſit quelques diſciples: il fut condamné hérétique, au grand ſcandale des Proteſtans. *Voyez Aëriens*.

Mais le Proteſtans ne ſont pas mieux d'acord entr'eux ſur ce point que ſur les autres. Les Luthériens & les Calviniſtes rejetent également le dogme du purgatoire & la priere pours les *morts*; les Anglicans, qui n'admetent pas le purgatoire, ont cependant conſervè l'uſage de prier pour les *morts*: leur office des funérailles eſt à peu près le même que celui de l'Egliſe Romaine; ils n'en ont retranchè que la profeſſion de foi du purgatoire.

Pour juſtifier la pratique de l'Egliſe Anglicane Bingham a raporté fort exactement les preuves de l'antiquité de cet uſages; il fait voir que dans les premiers ſiecles on célébroit ordinairement la Meſſe aux obſeques de défunts; on demandoit à Dieu de leurs pardoner les péchés, & de les placer dans la glorie, *Orig. Ecclés.* tome 10, l. 23, c. 3, §. 12, & 13. Mais il ſoutient que ces prieres n'avoient aucun raport au purgatoire: 1 parce que l'on prioit pour tous les *mortes* ſans diſtinction, pour ceux de la felicité deſquels on ne doutoit pas, pour les Saints, même pour la Sainte Vierge; c'étoient par conſéquent des actions de grâces, ou pour obtener aux Saints une augmentation de gloire. 2 L'on prioit Dieu de ne pas juger les âmes à la rigueur, & on lui demandoit pour les fideles la parfaite béatitude de l'âme, & du corps. 3 C'étoit une profeſſion de foi touchant l'immorralité des âmes & la reſurrection future de corps.

Il pretend même que cette pratique étoit fondée ſur pluſieurs erreurs. On croyoit, dit il, que les *morts* ne devoient jouir de la vue de Dieu qu'aprés la reſurrection générale. Ceux qui admétoient le regne temporel de Jéſus-Chriſt ſur la tèrre pendant mille ans, penſoient queparmi le fideles, les un en jouitoient plutôt, les autres plus tard. On étoit perſuadé que

que tous les hommes ſans exception devoient paſſer dans l'autre vie par un feu expiatoire, qui ne feroit point de mal aux Saints, & qui purifieroit les pécheurs. Enfin l'on imaginoit, que par des prieres on pouvoit ſoulager même les damnés. *Ibid.* tome 6, lib. 15, c. 3, §. 16, & 17. Daillé avoit ſoutenu la même choſe, *de pœnis, & ſatisfact. humanis*, lib. 5, & ſuiv.

Nous avons peine à comprendre comment un Auteur auſſi inſtruit a pu déraiſonner ainſi. 1 Si la priere pour les *morts* étoit fondée ſur quelqu'une de ces erreurs, c'étoit donc un abus & une abſurdité; pourquoi l'Egliſe Anglicane l'a-t-elle conſervée? 2 Parmi tous les anciens monumens, que Bingham a cités, il n'y en a pas un ſeul, qui ait le moindre trait aux erreurs dont il fait mention, &, on pouvoit le défier d'en alléguer aucun. 3 Si l'on avoit été perſuadé que les juſtes ne devoient jouir de la vue de Dieu qu'après la réſurrection générale, il y auroit eu de la folie à prier Dieu de prévenir ce moment: pouvoit-on ſe flater de l'engager à revoquer un décret porté à l'égard de tous les hommes? 4 Nous avouons que pleuſieurs anciens ont parlé d'un feu expiatoire, deſtiné à purifier toutes les âmes, qui en ont beſoin; mais il faut s'aveugler pour ne pas voir que c'eſt juſtement le purgatoire que nous admétons. 5 A la reſerve des Origéniſtes, qui n'ont jamais été en grand nombre, perſone n'a penſé que l'on pouvoit ſoulager les damnés. Cette erreur ne ſe trouve que dans quelques miſſels des bas ſiecles. La priere pour les *morts* a été en uſage avant qu'Origene vint au monde. 6 Les anciens fondent l'uſage de prier pour les *morts* non ſur les imaginations de Bingham, mais ſur les textes de l'Ecriture, que nous avons cités, ſur ce que dit Jeſus Chriſt, dans S. Matth. c. 12, ℣. 32, que le blaſphême contre le Saint-Eſprit ne ſera remis ni dans ce monde, ni dans l'autre: de là les Peres ont conclu qu'il y a des péchés qui peuvent être remis dans l'autre vie; enfin ſur ce que dit S. Paul, que l'ouvrage de tous ſera éprouvé par le feu &c. *I Cor.* ℣. 13. *Voyez Purgatoire*.

Quant au ſens que Bingham veut donner aux prieres de l'Egliſe, il eſt clair dans les paſſages des Peres & dans les liturgies. Nous convenons que c'eſt une profeſſion de foi de l'immortalité des âmes, & de la reſurrection des corps; mais il y a quelque choſe de plus. S. Cyrille de Jeruſalem diſtingue expreſſement la priere qui regarde les Saints, d'avec celle qu'on fait pour les *morts*. „ Nous faiſons mention, „ dit-il, de ceux qui ſont *morts* avant „ nous; en premier lieu, des Patriar„ches, des Prophetes, des Apôtres, des „ Martyrs, *a fin que par leurs prieres & „ leurs ſupplications Dieu reçoive nos „ tres;* enſuite pour nos Saints Peres, & „ nos Evéques defunts; enfin pour tous „ ceux d'entre les fideles, qui ſont *morts*, „ perſuadés que ces prieres offertes pour „ eux, lorſque ce Saint & redoutable my„ſtere eſt placé ſur l'autel, *font un trés „ grand ſoulagement pour leurs ames*." Les prieres *pour les Saints* n'etoient donc pas les mêmes que les prieres *pour les âmes* du commun des fideles; par les primieres, on demandoit l'interceſſion des Saints; par les ſecondes, le ſoulagement des âmes. Mais Bingham, qui ne vouloit ni l'un ni l'autre, non plus que la notion de ſacrifice, a cru en être quite en diſant que probablement le paſſage de S. Cyrille a été interpolé. Une preuve qu'il ne l'eſt pas, c'eſt que ce qu'il dit ſe retrouve encore dans la liturgie de S. Jacques, qui étoit celle de Jéruſalem, & dans toutes les autres liturgies, ſoit orientales, ſoit occidentales.

Il n'eſt point queſtion dans ce paſſage de demander à Dieu pour les Saints une augmentation de gloire, mais leur interceſſion pour nous; ni de demander pour les fideles la parfaite béatitude de l'âme & du corps, mais le ſoulagement de leur âme.

On voit la même diſtinction dans la litur-

turgie tirée des *Conſtitutions Apoſtoliques* l. 8, c. 13, que Bingham a citée, elle porte : „ Souvenons nous des Saints Martyrs, afin que nous ſoyons rendus dignes de participer à leurs combats. Prions pour ceux qui ſont *morts* dans la foi. “ Vainement Bingham affecte de confondre ces deux eſpeces de prieres, afin d'en obſcurcir le ſens ; il n'a réuſſi qu'a montrer la prévention.

Le Lutherien Moſheim, encore plus entête, place au quatrieme ſiecle la naiſſance de l'uſage de prier pour les *morts* ; il attribue á la Philoſophie Platonique *les notions abſurdes* d'un certain feu deſtiné á purifier les âmes après la mort. *Hiſt. Eccl. du quatrieme ſiecle*, 2 part. c. 3, §. 7. Il dit que, dans le cinquieme, la doctrine des Païens, touchant la purification des âmes apres leur ſéparation des corps, fut plus amplement expliquée. V. *ſiecle*, 2 p. c. 3, §. 2 ; qu' au 10 elle acquit plus de force que jamais & que le Clergé intéreſsé á la ſoutenir, l'apuia par des fables. V *ſiecle*, 2 part. c. 3, §. 1. L'opinion commune des Proteſtans eſt que cette doctrine n'a été forgée que par la cupidité des Prêtres.

Mais eſt-il bien certain que les anciens Platoniciens ont admis un feu expiatoire ou purgatoire des âmes aprés la mort ? Quand cela ſeroit, le paſſage de S. Paul, I *Cor*. c. 3, ℣. 13, où il eſt dit que l' ouvrage de cachun ſera éprouvé par le feu, étoit plus propre á faire naître la croyance du purgatoire, que les rêveries des Platoniciens ; & c'eſt ſur ce paſſage même que les Peres fondent leur doctrine. Puiſqu' il eſt prouvé que l' uſage de prier pour les *morts* date des temps apoſtoliques, peut-on faire voir que dans l' origine les Prêtres en ont tiré quelque profit ? S' il en eſt ſurvenu des abus au dixieme ſiecle & dans les ſuivans, il falloit les retrancher, & laiſſer ſubſiſter une pratique auſſi anciene que le Chriſtianiſme, & qui avoit déja eu lieu chez les Juifs.

Selon la remarque d' un Academicien : „ Quand on eſt perſuadé, que l' âme ſurvit à la deſtruction du corps, quelque opinion que l' on ait ſur l' état où elle ſe trouve aprés la mort, rien n'eſt ſi naturel que de faire des voeux & des prieres, pour tâcher de procurer quelque ſeliciré aux âmes de nos parens & de nos amis, ainſi l' on ne doit pas être étoné que cette pratique ſe trouve répandue ſur toute la terre .... Bien loin donc que les Chrétiens aient emprunté cet uſage de Païens, il y a beaucoup plus d' apparence que les Païens eux-mêmes l' avoient puiſée dans la tradition primitive, & que c' eſt une notion imprimée par le doigt de Dieu dans le coeur de tous les hommes .... Ce qu' il y a de certain, c' eſt que ceux qui, par leurs principes paroiſſent les plus prévenus contre cet uſage, conviennent ſouvent de bonne foi que dans les occaſions intéreſſantes ils ne peuvent s'empêcher de former des voeux ſecrets, que la nature leur arrache pour leurs parens, & leurs amis. “ Hiſt. de l' Acad. des Inſcript. tome 2, in 12, p. 119.

Il eſt fort dangereux que la charité, qui eſt l' âme du Chriſtianiſme, ne diminue parmi les vivans, lorſqu' elle n' a plus lieu à l' égard des *morts*. L' uſage de priere pour eux nous rapele un tendre ſouvenir de nos parens, & de nos bienfaicteurs, nours inſpire du reſpect pour leurs dernieres volontés ; il contribue á l' union des familles, il en raſſemble les membres diſperſés, les ramene ſur le tombeau de leur pere, leur remet en mémoire des faits, & des leçons, qui intereſſent leur bonheur. Cet effet n'eſt plus guere ſenſible dans les villes, où les ſentimens d' humanité s' éteignent avec ceux de la religion ; mais il ſubſiſte parmi le peuple des campagnes, & il eſt bon de l' y conſerver. En détruiſant cet uſage, les Proteſtans ont réſiſté au penchant de la nature, á l' eſprit du Chriſtianiſme, á la tradition la plus anciene & la plus reſpectable.

Digitized by Google

rit , niſi , & totam antiquitatem damnet , & perenni , ac conſtanti Eccleſiæ traditioni valedicat (c).

QU.

(c) Integrum eſt cuiquam ſibi Eccleſiam eligere, in qua ejus cadaver ſepeliatur ; modo Eccleſia ſepeliendi jus habeat. Quo jure gaudent Eccleſiæ Cathedrales, ac Parochiales, quæque illud conſuetudine, aut privilegio adeptæ ſunt. (*In Clement.* 2, *de ſepult.* Dominicanis, & Franciſcanis conceditur ſepeliendi privilegium in eorum Eccleſiis, quod privilegium aliis quoque Regularibus conceſſum fuiſſe, obſervat Pirhingius Jur. Canon. lib. 3, tit. 28, num. 30.) Quare etiam uxor, invito marito, & filius pubes, quamquam ſit in patris poteſtate, liberam ſepulturæ optionem habent, *Cap.* 3, *&* 4, *de ſepult. in* 6. Sed filio impuberi ob inopiam conſilii pater eligit ſepulturam, ſi id loci conſuetudo patiatur, *Cap.* 7, *de ſepult.* ſecus enim aut in ſepulcro majorum, aut in Parochiali Eccleſia conditur, *Cap.* 4, *eod. in* 6. Similiter neque Regularibus, qui ſuo carent arbitrio, ſibi eligere ſepulturam licet; niſi procul a ſuis Monaſteriis decedant, ita ut ad ea transferri commode nequeant. *Cap. ult. de ſepult. in* 6.

Si quis ſibi ſepulturam non elegit, eam habet in ſepulcro majorum, vel ſi eo careat, in Eccleſia Parochiali, *Can.* 2, *&* 13, *q.* 2; *Cap.* 1 *de ſepult. Cap.* 3, *eodem in* 6. Mulieres autem ſi non elegerint ſepulturam, cum viris ſuis ſepeliendæ ſunt, *Can.* 2, *&* 3, *c.* 13, *q.* 2, & ſi plures habuere viros, cum eo ſepeliuntur, cui poſtremo nupſerunt, *Can.* 3, *cit. Cap.* 3, *de ſepult. in* 6. Monachi etiam, & Regulares humantur in Eccleſia, vel in cæmeterio ſui Monaſterii, quod ipſis Parochiæ loco eſt, *Cap. ult. eodem in* 6, & ſimiliter Canonici, ac beneficiati in Eccleſia ſui capituli, vel beneficii ſepeliuntur. Cadaver, quod contra interdictum extra propriam Eccleſiam homo traditum fuit, ſi petatur, effodiendum eſt, ac propriæ Eccleſiæ reſtituendum, *cap.* 5 *de ſepult.*

Cum cadaver extra paræciam ſepelitur, antequam domo educatur, a Parocho benedicendum eſt, eoque comite ad ſepulcrum deferendum. Hæc quidem conſuetudo eſt, quæ ubique in Italia viget; ſed in ultramontanis quibusdam regionibus exequiæ in paræcia celebrantur, quod jus Decretalium eſt. (Confer interpretes ad cap. 9, de ſepult.)

Vetus eſt diſciplina, per quam oblationes pro mortuis fiunt, eaſque Eccleſia recipiebat, ſi Chriſtiani in ejus communione deceſſiſſent. Hujuſmodi oblationes initio ex ſola fidelium voluntate procedebant; ſed poſtea converſæ ſunt in laudabiles conſuetudines; & nunc hæredes cogi poſſunt ad præſtandas oblationes, quæ populorum moribus receptæ ſunt; cap. 42, de Sim. Atque hæc ſunt jura, quæ *funeraria* dicuntur, quæque ob curam animarum Parocho debentur.

Quod ſi aliquis extra Eccleſiam Parochialem tumulo mandetur, ex iis rebus, quæ ad aliam Eccleſiam funeris cauſa delata ſunt, pars aliqua detrahitur, quæ dicitur *quarta funeraria*, ſeu *canonica*, & paræciæ tribuitur. Nam juſtum viſum eſt aliquid ex iis rebus dare Eccleſiæ Parochiali, quæ defuncto curam ſpiritualem impendit, Cap. 7 de ſepult. Hæc autem portio non eadem ubique eſt, ſed alibi quarta, alibi tertia, alibi major, aut minor pro gentium moribus, *cap.* 9 *eodem*; verum, quantacumque ſit, ſemper *quarta* appellatur; atque ex conſuetudine pactiſque conventis noſcitur, quibus ex rebus detrahenda ſit. Generatim tamen non detrahitur ex donationibus inter vivos, ne-

que ex legatis Miſſarum, & Anniverſariorum, atque ex cæteris, quæ pia relicta dicuntur, *cap.* 10 *eodem*, *Cap. ult. de teſtam.* Confer S. Pium V, *cit. Conſt. Etſi Mendicantium*, & Benedictum XIII, *cit. Conſt. Romanus*.

Boehm. J. E. P. Sect. VIII, Cap. II, §. 18. Poſſet etiam ſuo modo huc referri *portio canonica* Parochialis Parocho debita, ſi Parochianus alibi elegerit ſepulturam, quæ in hoc conſiſtit, ut Parocho & Eccleſiæ Parochiali certa portio, vel dimidia, vel tertia, vel quarta, pro cujuſvis loci conſuetudine, de iis, quæ alteri Parocho ejuſque Eccleſiæ, ubi ſepulturam defunctus elegit, obveniunt ratione ſepulturæ, præſtetur, etiamſi vel titulo inſtitutionis, vel legati alteri Eccleſiæ quid relictum ſit: *c.* 4, 8, *9*, & 10, *X. de ſepult.* Quamvis ipſimet Canoniſtæ fateantur, per conſuetudines locorum hanc portionem ubique deberi. Vid. Engel. *in colleg. jur. can. de ſepult. num.* 13, Petrus de Ubald. *tr. de quarta Paroch. canon.* quemadmodum etiam apud nos incognita eſt.

Pertinet huc porro *honorarium* pro concione funebri ſolvendum, quæ alicubi a confeſſario eſt facienda; alicubi inſpectori competit, alicubi vero ab illo facienda, quem ordo tangit, quando ſcilicet *alternis vicibus* hæc miniſteria peraguntur. Puto tamen hic, non reſpuendum deſiderium defuncti, ſi forſan huic vel illi Eccleſiæ miniſtro concionem hanc commiſerit, ſi ſcilicet Parocho ordinario honorarium conſuetum alias præſtetur: tunc enim ejus jam non amplius intereſt. Vid. Stryk *ad Brunnem jus Eccl. cit. l. Verb. pro concione funebri*, cum & ſecundum jus Canonicum eligere in aliena Parochia ſepulcrum liceat, præſtitis tamen funeralibus proprio Parocho. Plenius hiſce de concionibus ediſſerit Wildvogel *peculiari diſſert.* *Honorarium* ipſum alicubi determinatum eſſe conſtat, alicubi ad partem *Salarii* refertur, quo caſu ex *jure perfecto* debetur. Hinc quæritur, *quid juris, ſi Parochus morbo aliove juſto titulo impedimento impediatur, quo minus hasce conciones habere poſſit, an nihilominus conſuetum honorarium exigere queat?* Quamvis vero alias caſus noceat facienti; quia tamen hoc caſu illud honorarium partem ſalarii conſtituit, hoc vero Parochus, ſi non ſua culpa impediatur, integrum nihilominus exigere poteſt: merito pro Parocho pronunciandum, quemadmodum ita pronunciaſſe inclytam Facultatem juridicam Jenenſem, refert Wildvogel *cit. diſp. c.* 5, §. 7.

Illud tamen non prætermittendum, in aliquibus locis pannum funebrem etiam inter accidentalia referri, quem tamen non omnes ſolent accipere, ſed primarius Paſtor. *Stypmann. de ſalar. Cleric. c.* 3, *num.* 95. Alicubi cuſtos hunc ſibi vindicat, ut ita haud raro controverſiæ inde oriantur. In dubio ita diviſionem inſtituendam exiſtimat *Carpzovius* lib. 7, def. num. 6, ut quidem pannus funebris Paſtori, linteum vero album æadituo cedat. Alibi etiam Parochi ſibi vindicant *equum funebrem* Saszrauer Bferd, quem in *exequiis nobilium* nonnullis in locis adhiberé ſolent, vel pro eo redimendo certam pecuniæ ſummam. Sed niſi *conſuetudo*, & quidem in eo loco, de quo agitur, liquido probetur, exigi nequit, quia tales ſimileſque præſtationes unice in conſuetudine fundantur, quæ a Parochis probanda eſt.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Paroch. Part. III, Cap. XXIV, §. 22, pag. 324. In pleriſque Diœceſibus Regni Portugalliæ, & alibi viget antiqua conſuetudo, ut ex bonis, & rebus a defuncto relictis debeatur, ac danda ſit Parocho melior veſtis, ſeu ſupellex, aut vas aliquod argenteum, ſeu alia res mobilis, quam ipſe Parochus elegerit, pro cujus conſuetudinis validitate pugnant Caſſiad. *deciſ. unic. de conſuetudine, in princip. & numero primo.* Covar. *var. lib.* 7, *cap.* 17, *numero tertio, verſ. ſic ſane*, late Gutierez *canonic. libro* 2, *capitul.* 21, ubi *numero*

161,

161, Idem procedere, ait, ac ſervandum eſſe in veſte ſciſſa Parochiani decedentis exiſtente penes ſartorem nondum ſuta; nec completa electa vigore dictæ conſuetudinis a Rectore Eccleſiæ Parochialis. Hoc jus Parochi ad meliorem ſupellectilem defuncti *Luctuoſa* vocatur apud noſtros Luſitanos, quia ex luctu ob mortem defuncti exigitur, ſive defertur ex prædicta conſuetudine, quamvis proprius ab effectu poſſet vocari *gaudioſa* eam habere debentibus, ut advertit Gutierez *dict. cap.* 21, *numero* 161, *in fine*, qui affirmat luctuoſam quoque vocari apud ſuos Civitatenſes.

QU. XIX.

Cuinam incumbit onus Parochialium ædium reficiendarum?

§. I. ÆDes Parochiales Eccleſiarum Parochialium ſunt appendiculæ, non ſecus ac turres, campanæ, atque ſacraria, quæ omnia ſimul una cum Templo unum tantum ædificium eſſe cenſentur. Quod ſi igitur quæris, cuinam incumbat onus reficiendarum ædium Parochialium, idem eſt, ac ſi quæras, ex qua pecunia Parochialis Eccleſia ſit reficienda. Non hæc dico ex ſenſu meo, ſed ex ſenſu Patrum Concilii Tridentini interpretum, quorum iſta ſunt verba: *Idem de domibus pro neceſſaria Parochi habitatione intelligendum, quod de Eccleſiis Parochialibus, omni appellatione remota* (a).

§. II. Quod ſi igitur ſcire vis, quibuſnam inſideat Eccleſiarum Parochialium reparatio, id diſcere potes ex Concilio Tridentino Seſſ. XXI, cap. VII, de Reform. *Epiſcopi etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati Parochiales Eccleſias, etiam ſi Jurispatronatus ſint, ita collapſas refici, & inſtaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuſcumque, ad easdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus, qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant; quacumque appellatio*ne,

(a) *Reiffenſtuel J. E. U. Lib. III, Tit. XLVIII, n.* 26. Porro quæ diximus de Reparatione Eccleſiæ, intelligenda etiam ſunt de Reædificatione, ac refectione domus Parochialis, aut Beneficiati, ita ut qui, & quando, & qualiter tenentur ad reparationem Eccleſiæ, iidem etiam teneantur ad reparationem Ædium Rectoris Eccleſiæ, juxta Declarationem S. Congregationis, prout ex Barboſa, *in cit. c. de his h. t. n.* 5, refert Pirh. *h. t. n.* 16. Idem Barboſa *in c.* 1, *h. t. n.* 2, Belletus *diſquiſit. Cleric. part.* 1, *tit. de Clerico debitore* §. 14, *n.* 4. Surdus, & alii, quos ſequitur Pirhing. *loc. cit.* volunt, quod Parochi, ſicut & alii Beneficiati, deficientibus redditibus Eccleſiæ teneantur etiam ad procuranda, & reparanda paramenta Eccleſiaſtica, puta, caſulas, pluvialia, albas, calices &c. *arg. c.* 1, *h. t.* Ratio eſt: tum quia ſine his Divina celebrari nequeunt; tum quia fabrica Eccleſiæ & præparatio Ornamentorum parificantur, *arg. c. fin. de Teſtam.*

Van-Eſpen J. E. U. Part. II, Tit. XXXIV, cap. VIII, §. *XII.* Fundamentum hujus Juriſprudentiæ, & Arreſtorum videtur eſſe, quod domus Paſtoralis ſit quædam appendix Eccleſiarum; utpote quæ contigua Eccleſiæ eſſe conveniat. Ut proinde ſicuti ex notoria Juriſprudentia Regni Galliæ Decimatores tenentur *tertiam* partem contribue-

Digitized by Google

ne, exemptione, & contradictione remota. Quod ſi nimia egeſtate omnes laborant, ad Matrices Eccleſias, ſeu viciniores Eccleſias transferantur.

§. III. Habes hic eorum omnium enumerationem, qui ad Parochiales Eccleſias reparandas reſtituendaſque vocantur. Ac primo quidem ipſarummet Eccleſiarum ærarium hoc onus ferre debet, quod jam inde a ſæculo quinto ideo inſtitutum fuit, ut in eo pecuniæ reponerentur aſſervarenturque in Eccleſiaſticorum ædificiorum uſum erogandæ (*Vid. ſup. Lib. V, quæſt. XII*, §. 4, n. h.). Ubi hujuſce ærarii pecunia contracta in anguſtumque adducta hoc onus ferre recuſet, tunc ſi qui ſunt, qui præter Parochum Parochiales decimas percipiant, iſti hoc munere ferientur; alias Patroni, aut Patronatus juri renuntiare, aut hos etiam ſumptus ſuppeditare cogentur. Quod ſi Eccleſia caret Patrono, tum Parochus, ac ſi qui ſunt in ea Eccleſia Beneficiarii hanc ſarcinam ſuſtinebunt. Sin vero eorum humeri tan-

---

buere pro reparatione Eccleſiarum, ita & eam contribuere jubeantur pro conſtructione domus Paſtoralis tanquam illius appendicis.

Unde citatus Hyacinthus Boniface loco citato allegans fundamenta ex parte Communitatis contra Capitulum in cauſa per allegatum Arreſtum deciſa reproducta, aſſerit inter alia, dictum eſſe, quod cum Œconomus Capituli jam tum condemnatus fuiſſet ad contribuendam *tertiam* partem pro reparatione Eccleſiæ, etiam una condemnatus eſſet ad eamdem contributionem pro extructione domus Paſtoralis tamquam appendicis ipſius Eccleſiæ. Verba ſunt: *A tout evenement, ſuivante le meme Arreſt, l'econome ayant été condamne à contribuer pour UN TIERS à la fabrique de l'Egliſe, il l'a été CONSEQUEMMENT au LOGEMENT du Curé, qui eſt la DEPENDANCE de la fabrique de l'Egliſe.* Id eſt: In omnem caſum juxta idem Arreſtum Œconomo juſſo contribuere tertiam partem impenſarum fabricæ Eccleſiæ, conſequenter juſſus eſt idem pro Parochi domo præſtare, quæ fabricæ Eccleſiæ annexa eſt, & ab ea dependet.

Hoc poſito principio, quod domus Paſtoralis ſit quædam appendix ipſius Eccleſiæ, ac propterea ceſſante ſpeciali locorum conſuetudine, aut concordato, vel lege debeat iis legibus regi hæc conſtructio vel potius reſtauratio domus Paſtoralis, quibus ipſa Eccleſiarum reparatio, facile intelligi potetit ex iis, quæ tit. 16, cap. 5, dicta ſunt, quomodo hic in Belgio, præveniendo ſpeciales locorum conſuetudines, & concordata, aut conventiones, Decimatores ad raſtaurationem domus Paſtoralis concurrere debeant.

Per Regulamentum Regium probatum in Concilio privato Bruxellis, pro omnibus civitatibus non muratis, & Parochiis ruralibus totius Provinciæ Flandriæ, emiſſum 30 Julii 1627, *artic.* 48: „Vetitum „ eſt dare ad onus Parochiæ ſeu commu„ nitatis ullam mercedem conductionis, „ aut domicilium Paſtori; aut facere ullam „ reparationem circa domum Paſtoralem, „ aut Eccleſiam; utpote ſpectantia ad onus „ Decimatorum, aut Paſtorum juxta mo„ dificationem (ait) factam per noſtra „ Edicta ".

Itaque juxta hoc Edictum Parochiani, ſeu Communitates eximi videntur ab onere exſtruendi, & reparandi domum Paſtoralem.

Notari meretur, reparationem domus Paſtoralis & reparationem Eccleſiæ in hoc articulo conjungi, immo ſub uno verborum contextu ipſam Communitatem ab utriuſque onere exemptam declarari.

Hinc non obſcure colligitur, Regios Miniſtros hujus Edicti auctores reparationem domus cenſuiſſe iiſdem legibus regendam, quibus reparatio Eccleſiæ.

(b) *Proſ-*

Digitized by Google

tanto ponderi impares ſunt, tunc res tota redit ad Parochianos (*b*). Quin-immo in iis locis, in quibus bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratio Pa-

(b) *Próſper Lambértinus Inſtit.* C, §. 9. Doctores Concilio Tridentino inhærentes has veluti gradus conſtituunt. *Primum* ſi Eccleſia reſtauranda peculiares aliquos proventus ſuppeditat, qui levandis ipſius incommodis, ac detrimenti impendi debeant, ut fas eſt & juxta Canonem 30, 12, *quæſt.* 2, *tunc iidem* proventus ad Eccleſiam reparandam primo conferendi ſunt. Secundo, ſi aliqua Conſtitutio, vel Statutum intercedat, quo privatæ familiæ ſuis ſumptibus Eccleſiam, cum oportuerit reficere, vel dirutam *rurſus* excitare teneantur, tunc eidem ſtatuto parendum eſt. Tertio, ſi loco ſtatuti, vetus, ac certa conſuetudo affelatur, ob quam privati aliqui cives expenſas facere cogantur, tunc ea conſuetudo vim legis habere, aut retinere debet. Quarto, ſi neque ſtatutum, neque ulla conſuetudo interveniat, tum Parochus ipſe faciendis expenſis ſubjicitur, qui tamen haud fructus ex patrimonio ſuo deſumere, ſed illos, qui ſibi ex Beneficio ſuperſunt, omnino debet. Sic enim ſancitur apertiſſime *ex Cap. De his, De Eccleſiis ædificandis: De iis, qui Parochiales Eccleſias habent, duximus reſpondendum, quod ad reparationem, & inſtitutionem Eccleſiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ ſunt ipſius Eccleſiæ, ſi eis ſuperſint, conferre, ut eodem exemplo cæteri invitentur.* Perſpectum eſt omnibus in tres partes diſtribui proventus Eccleſiaſticos a jure Pontificio, quarum prima Beneficio conſervando, altera juvandis egenis, tertia reſtaurandæ Eccleſiæ tribuitur: *Et quamvis hodie* (inquit Pekius) *diſtributio illa antiqui juris in omnibus non ſervetur; illud tamen & Jure, & conſuetudine receptum eſt, ut hoc onus in prædictis redditibus, proventibus, & decimis annexum, eum ſequatur, qui eorum uſum, fruitionem, perceptionem, & commoditatem habet.*

Hic duo ſuperaddenda videntur, nempe inter ea, quæ Parocho ſuperſunt, nequaquam admiſcendas eſſe expenſas, quæ fiunt pro alendis conſanguineis, aut pro ſervanda generis ſui conditione: ea ſolum numeranda ſunt, quæ ad Parochum ipſum ſuſtinendum neceſſaria ducuntur. Equidem Barboſa ſcriptum reliquit: *Teneri Rectorem ad reparationem, ſi Beneficii bona ſuſtentandæ vitæ ſuperſint, quamvis ad tuendam conditionem, ſeu ſtatum non ſufficiant, quia Beneficiorum fructus non ad creſcendos, aut erigendos, ſeu fovendos mundanos titulos, ſed ad pauperes alendos, & Divinum cultum inſtituendum ſunt conceſſi.* Illud quoque monendum eſt, non ſolum Parochum, ſed cæteros etiam, qui penſiones ex illa Parochia ſuſcipiunt, ea lege teneri, ut partem ſuam impertiant, cum templum reparandum eſt, niſi forte penſiones eædem prorſus immunes conceſſæ fuerint, uti plerumque contingit. Inſuper qui in eadem Eccleſia ſimplex aliquod Beneficium obtinet, idem præſtare debet: *Quicumque Beneficium Eccleſiaſticum habent, ad tecta Eccleſiæ reſtauranda, vel ad ipſas Eccleſias emendandas omnino adjuvent, & decimam reddant.* Equidem die 24 Martii anno 1657, Narnienſis Epiſcopus a Sacra Congregatione Concilii plura expoſtulavit: *An poſſit Beneficia* (quorum tituli translati fuerant in aliam Eccleſiam, quæ reſtauratione indigebat), *quacumque dignitate Beneficiati præfulgeant, & etiamſi gaudeant Palatinorum privilegiis, ad reſtaurandam Eccleſiam, in quam transferuntur tituli, quatenus reſtauratione indigeat, gravare?* His Sacra Congregratio reſponſum ejuſmodi fecit: *Dictos Rectores Beneficiorum etiam in quacumque dignitate conſtitutos, teneri poſt translationem ſecutam ad futuram reſtaurationem Eccleſiarum, ad quas Beneficia fuerunt translata.* Quinto ſi Parochus ſuſtentationem ſuam ex Beneficio ſolum percipiat, neque ſint ulli, qui Penſiones aut Benefi-

Parochis, ac Beneficiariis eſt inter- dicta, illic, & Beneficiarii in nullam

ficium ſimplex ex ſua Parochia deſumentes neceſſariam pro expenſis pecuniam ſuppeditent, tunc ſi eadem Parochia Juſpatronatum adjunctum habeat, Concilium Tridentinum faciendas a Patronis expenſas decernit, uti ſuperius oſtendimus, non modo ſi templum reficiendum ſit, ſed etiam ſi ruina dirutum a fundamentis reſtituendum judicetur. Nam qui jure cogitur ædificium aliquod reparare, illud etiam rurſum excitare cogitur, ſi in ruinam deciderit. Contra vero ſtatuendum Pekius arbitratur, ſiquis interpoſita ſolum hominum cautione, ad reparandum ædificium teneretur. Cum vero Patroni reſtaurare ac denuo erigere, ſi opus fuerit, Eccleſiam debeant non *præciſe*, *ſed cauſative*, uti explicant Theologi: nempe ſi jus præſentandi retinere velint; hinc factum eſt, ut iiſdem Patronis conſentaneum temporis ſpatium proponatur, quo templum reſtaurent, vel ſi neceſſitas poſtulet, illud rurſus ædificent, aut jus nominandi dimittant. Fama celeberrimus eſt vehementiſſimus terræmotus, quo pene tota Raguſæ civitas a ſuis ſedibus convulſa fuit. Illius Metropolitanæ Eccleſiæ Capitulum jure ſuo Parochos nominabat Eccleſiæ, quæ in Oppido Umblæ Beatæ Mariæ Virgini conſecrata eo vehementi impetu in terram dejecta fuerat. Itaque Canonici neceſſarias ad templum rurſus erigendum expenſas facere declinabant, populoque onus imponere contendebant. Quapropter controverſia nata eſt, ac petitum fuit his verbis a Sacra Congregatione die 3 Auguſti anno 1686. *An & cujus expenſis reædificanda ſit Eccleſia?* Illa vero ſic reſpondit: *Præfigendum eſſe Capitulo terminum ſex menſium ad reædificandum, vel ad renunciandum juri præſentandi*. Sexto ſi Eccleſia Juſpatronatum additum nequaquam habeat, ſi in libera collatione Epiſcopi poſita ſit, nec ullæ penſiones, neque ullum Beneficium ſimplex interſit, uti dictum eſt, tum Populus expendere debet quidquid ad illam reficiendam, vel iterum ædificandam requiritur. Non ſemel accidit intra Parochiæ fines ab aliquibus bona poſſideri, qui tamen extra ipſam Parochiam degunt, ut conſtat in domorum Conductoribus; quemadmodum revocari in dubium ſolet, utrum ipſi Conductores, an vero Domini ſumptibus ſatisfacere debeant. Cum tamen in Italia mos obtinuerit, ut Forenſes ſolvant tantum pecuniam pro iis bonis, quæ poſſident in loco, uti collectiones a Magiſtratu præſcribuntur, idem prorſus eſt obſervandum in controverſia, quam modo expoſuimus. Sic unanimes Scriptores affirmant.

Congregatio pro cauſis Epiſcoporum, ac Regularium conſtitura die 10 Octobris anno 1581, his verbis ſcripſit ad Vicarium Placentinum: *Si te convenient iterum illi tres, vel quatuor, qui ut ſcribis die prima hujus menſis, novas afferunt difficultates, ne quidquam cum reliquis pro reſtauratione Parochiæ conferant, ubi ſua habent domicilia, illos magno in errore verſari dices. Jam tibi ſignificatum fuit, curam omnem adhibere, ut Inquilini pro Dominis pecuniam ad id neceſſariam impendant, ac deinde quidquid ob hanc cauſam expenderint, ſibi retineant ex pretio, quod pro domo conducenda perſolvunt: Sacra Congregatio poſt accuratum examen ita ſtatuendum cenſuit, idque pluribus in locis ſervatur, cum expenſæ, quæ ſemel indicuntur, perpetuæ futuræ ſunt, veluti templorum reſtaurationes, cum tamen expenſæ leves fuerint, & annuæ, veluti pro ſuſtentando Parocho, aut pro aliis cauſis ſimilibus, tunc aliud conſilium ſuſcipi poterit.* Septimo, ſi opulenta dote Eccleſia prædita ſit, quæ a Parochi proventibus ſejungatur, facultas pro illius parte alienanda expoſci poteſt, ut Sacræ Ædes reparentur, vel a fundamentis condantur. Ultimo ſi omnes aditus intercluſi ſint ad pecuniam congerendam, tunc Eccleſia in uſum profanum redigatur neceſſe eſt, &

Pa-

lam hujuſce operis partem vocandi unquam ſunt. Nam qui ab omni tu-
te-

Parochiæ titulus in proximam Eccleſiam transferatur.

Clericatus de Sacrif. Miſſa Deciſione 44, *pag.* 168. Ex firmatis in præcedenti deciſione, litare non licet in Eccleſia, vel Altari, quæ non habeant ſufficientia ornamenta; vel a fundatoribus, vel aliis piis perſonis donata. Verum quia curſu temporis ſupellectilia Eccleſiaſtica uſu conſumuntur, & ad novas donationes faciendas charitas refrigeſcit; ideo ſæpe dubitare, & litigare contingit, ad quem de jure ſpectet providere de neceſſariis ornamentis Eccleſiæ, vel altaris pro Sacrificio? An ad Rectorem Eccleſiæ? ſive Capellanum? An ad Patronum? An ad Populum? An ad alios? Quapropter hanc quæſtionem hic examinare decrevi, & materiam expenſarum pro ornamentis Eccleſiæ, ac Altaris dilucidare, quæ etiam deſervire poterit pro reparatione Eccleſiæ, Cæmeterii, Campanilis, & domus Parochialis; frequentia enim ſunt jurgia inter Populos, & Parochos præcipue rurales, pro his rebus Eccleſiaſticis reſtaurandis, renovandis, & amplificandis.

Pro intelligentia dicendorum præmittendæ, & notandæ ſunt octo regulæ in jure certiſſimæ.

Prima eſt, quod ubi agitur de expenſis faciendis in ornamentis prædictis, inſpicere oportet, an Eccleſia, vel Altare habeat redditus annuos pro fabrica, ſeu dote ab initio aſſignatos, ut docuimus ſupra *Deciſ.* XL, *a n.* 27, *& ſeqq.* quibus ſtantibus nullus eſt moleſtandus, ſed de ipſa dote, ſeu fabrica faciendæ ſunt expenſæ neceſſariæ, juxta Gloſſam *in cap.* 7, *& ibi DD. De Eccleſ. ædificand.* Capellam. Toloſan. *Deciſ.* 500, *alias* 409, *& ibi* Aufrer. *in addition.* Paulum de Citadinis *de Jurepatron. p.* 6, *art.* 5, *n.* 3, Lambertinum *eod. tract. lib.* 3, *qu.* 7, *per totam*; ac Sperellum, alios cumulantem *Dec. LXVII*, *n.* 7. Et caſu quo pecuniæ ex ipſa fabrica, ſeu dote annis præteritis exactæ non ſufficiant ad ornamenta prædicta renovanda, ſi Rector Eccleſiæ, vel Capellanus Altaris voluerit expendere de ſuo; & ſupplere numerum deficientem, poterit reimburſari de redditibus ejuſdem dotis, ſeu fabricæ annis futuris exigendis juxta reſponſum Rebuffi *reſp.* 123, *per tot.* ad doctrinam Navarii *de ſpoliis Cleric.* §. 10, *in fine*; necnon Cenedi *in Collect. Decret. collect.* 153, ſub n. 3, quam approbat idem Sperellus Deciſ. LXVIII, n. 3.

Secunda regula eſt: quod ceſſante dote, vel redditibus fabricæ, inſpiciatur, an extet Conſtitutio Synodalis, ſeu ſtatutum, aut lex particularis illius Eccleſiæ, vel Diœceſis circa proviſionem ornamentorum Eccleſiæ, aut Altaris? ea enim eſſet ſervanda; & juxta illius diſpoſitionem providendum, ut ſcribit Abbas *in cap.* 1, *n.* 3, *De Eccleſ. ædificand. & Berous conſ.* 13, *n.* 3, *&* 4, *vol.* 1.

Tertia regula: Deficiente lege ſcripta recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ omnino eſt ſervanda, ut nempe ii, qui ad expenſas prædictas ornamentorum concurrere ſolent, compellendi ſunt, nemine excepto. Cappell. Toloſan. *& ibi* Auferius *d. Deciſ.* 600, Belletus *d. Clericorum debitore cap.* 13, *num.* 3, *&* 4, Genuenſ. *in prax. Curiæ Neapolit. cap.* 109, *in fin.* Rota *p.* 1, *recent. Deciſ.* 627, *n.* 1, & Sperellus *d. Deciſ.* 67, *n.* 3. Conſuetudo autem eſt probanda cum illis tribus neceſſariis requiſitis, quæ ſunt actuum frequentia, temporis diuturnitas, & voluntarius Populi conſenſus. Azor. *in ſum. Cod. quæ ſit longa conſuetudo.* Abb. & alii *in cap. fin. de Conſuetud.* Rota *p.* 1, *rec. Deciſ.* 225, *n.* 4, *& p.* 2, *Deciſ.* 407, *n.* 2.

Quarta regula: Quod ſi de conſuetudine aliqua non conſtet; obſervandum eſt, an Eccleſia, ſeu altare habent pingues redditus pro alimentis Rectoris, ſeu Capellani; tunc enim reſervatis neceſſariis
ad

ad eorumdem congruam ſuſtentationem, quod ſupereſt debet expendi in proviſione ornamentorum, quibus indiget Eccleſia, vel Altare. *Cap. fin.* 12, *q.* 1, *cap.* 1, *& cap.* 4, *& cap. De his. De Eccleſ. ædif.* Surdus *conſ.* 62, *per totum vol.* 1, Sperellus plurimos allegans *d. Deciſ.* 67, *n.* 4, *&* 5, ubi *n.* 6 advertit, detrahendos eſſe fructus pro ſuſtentatione Rectoris Eccleſiæ, vel Capellani, dummodo actualiter reſideant, & inſerviant Eccleſiæ, vel Altari; quia ſi eorum tituli eſſent ſimplicia beneficia abſque alio onere, vel cum modica obligatione; alimenta non ſunt ipſis beneficiatis reſervanda; ſed proviſio ornamentorum eſt præferenda, uno excepto caſu; ſi ad illum titulum eſſent ad Sacros Ordines promoti; tum enim, ne cum dedecore clericalis ſtatus cogantur mendicare, fructus pro congrua ſuſtentatione deberent habere. Surdus *d. conſ.* 62, *n.* 11, *& ſeqq.* Ripa *reſp.* 1, *de Conſuetud. n.* 6.

Quinta Regula. Si autem fructus Beneficii non ſint pingues, ſed ita tenues, ut ſufficere non poſſint ad ſuſtentationem Rectoris Eccleſiæ, ſeu Capellani Altaris, & ad proviſionem pro ornamentis; in hoc caſu ſi Eccleſia eſt Parochialis, & liberæ collationis, compellendus eſt populus ad expendendum pro rata in ornamentis; quod ſi ſit Juriſpatronatus, debet Patronus ad expenſas hujuſmodi concurrere, juxta decretum Concilii Tridentini *Seſſ.* 21, *de Reform. cap.* 7, etiamſi alias dediſſet dotem, ſed fuiſſet deperdita, ut ex doctrina Lambertini, *de Jurepatron. lib.* 3, *q.* 7, *artic.* 5, docent Genuenſis *in Manuali Paſtor. cap.* 36, *n.* 1, *in fine*, Loterius *lib.* 7, *qu.* 31, *num.* 19, & Sperellus *d. Deciſ.* 67, *n.* 10, 11, *&* 12, nec non *Deciſ.* 68, *num.* 11, *&* 12, & ibi Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. part.* 2, *cap.* 16, *n.* 18, ac etiam Barboſa *alleg.* 64, *n.* 16.

Sexta Regula. Quod ſi Patronus coerceri non poſſit ad has expenſas faciendas, & potius permittat, ſe privari Jurepatronatus; ut ſæpe accidit in Capellanis, & Altaribus cum obligatione Miſſarum, quarum adimplementum parum curant hæredes, etſi cum injuria, & detrimento animarum ſuorum majorum, & teſtatorum; in hoc caſu, ſi ſit aliqua pia perſona, quæ velit iterum dotare illud Altare, ſeu Eccleſiam, & acquirere Juſpatronatus illius, eſt ei Juſpatronatus concedendum, & ex nova dote, ſive ex pecunia hujus novi Patroni ſunt ornamenta, aliaque neceſſaria emenda, ut latius diſſerit Loterius *d. lib.* 1, *quæſt.* 31, *a num.* 26, *& ſeq.* & ibi Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 1, *qu.* 6, *artic.* 4, *num.* 5, *&* 6.

Septima Regula. Quod ſi nullus reperiatur, qui velit dotare, & Juspatronatus acquirere, & conſtet de negligentia Epiſcopi in erectione jam facta Capellaniæ, Altaris, ſeu Eccleſiæ abſque ſufficienti Dote pro manutentione ejus, & ornamentorum; tunc adſtringendus eſt ipſe Epiſcopus ad faciendas neceſſarias expenſas, ut docuimus ſupra *Deciſ.* 40, *n.* 19, & tenet Gloſſa *in cap. Nemo, De Conſecr. diſt.* 7, necnon Sperellus *d. Decis.* 68, *num.* 13.

Octava Regula, & Ultima. Quod ſi Epiſcopus detrectet hanc ſatisfactionem facere, & potius velit in alia vita culpabilis negligentiæ ſuæ pœnas luere; (ut facile eſt in praxi apud Prælatos, qui temporalia magis curant, quam æterna.) in hoc caſu poterit Capellanus, ſeu Rector Eccleſiæ abſtinere a celebratione Miſſarum, & interim aliunde celebrando pro ſui ipſius ſuſtentatione, proventus Altaris, ſeu Capellaniæ, vel Eccleſiæ applicare ad proviſionem ornamentorum, & aliarum expenſarum, quæ ſunt neceſſariæ pro Sacrificio, vel de licentia Ordinarii, vel ex conſilio prudentis viri, ut in his terminis ſcribit Fraxinellus *de oblig. Sacerd. Sect.* 4, *concluſ.* 5, §. 5, quem laudat Tamburin. *de Sacrif. Miſſæ lib.* 3, *n.* 100, *&* 101, qui loquuntur de ornamentis omnino neceſſariis, ſecus de aliis ad pompam; niſi bona fide fuiſſent proviſa pro aliqua vice tantum. Et idem docet Bordonus *in tract. de Legatis, cap.* 10, *a n.* 38, *& ſeq.* ſuppoſito,

telæ jure excluſi ſunt, ii etiam ab omni tutelæ onere immunes eſſe debent (c).

QU.

quod redditus annui pro celebratione Miſſæ ſufficiant tantum pro ſolito ſtipendio celebrantis; & quod iſte annis præteritis non habuerit ampliores redditus; tunc enim eſſet obligatus ornamenta emere abſque intermiſſione celebrationis Miſſarum; ut ex Sperell. *d. Decis. 67*.

Porro ſupradictæ Regulæ ſervandæ ſunt non ſolum in proviſione ornamentorum, quibus Eccleſia, vel Altare indigeat, ſed etiam in ſequentibus neceſſitatibus ejuſdem Eccleſiæ, vel Altaris; videlicet ſi egeat reſtauratione, imminente ruinæ periculo ob vetuſtatem; ſi agatur de reficienda domo Rectoris, ſeu Capellani; ſi de emendo oleo pro lampade, ut colluceat in Eccleſia, præcipue ſi ibi ſervetur SS. Euchariſtia; aut reconcilianda ſit Eccleſia ob pollutionem effuſo in ea humano ſanguine, vel ſemine injurioſe, & faciendæ ſint expenſæ in conducendo Epiſcopo; prout de prædictis ſimul omnibus caſibus diſſerit, & DD. allegat Sperellus *d. Decis. 68*, ubi *n.* 8 advertit, expenſas pro reſtaurando, ampliando, reconciliandove Cæmeterio ſemper ſpectare ad Parochianos. Quamvis in quocumque genere expenſarum circa Eccleſias Parochiales attendenda ſit conſuetudo, quæ varia eſſe ſolet in Diœceſibus; prout in hac Diœceſi Patavina in aliquo loco medietas expenſarum fit per Parochum, alia medietas per Populum; in aliis vero locis Parochus concurrit in expenſis pro tertia parte; Populus vero in aliis duabus tertiis; alicubi etiam tertia pars expenditur a Confraternitatibus ſpiritualibus in illa Eccleſia conſtitutis. Cæterum de jure Rector Eccleſiæ videtur obligatus ad quaſcumque expenſas pro Capella majori, & Altare SS. Sacramenti, necnon pro manutentione unius campanæ; nam hæc ſunt neceſſaria ſimpliciter pro ſuo Officio Parochiali exercendo: Populus vero debet facere expenſas pro reſtauranda navi Eccleſiæ, cæteris Altaribus, & pluribus Campanis; quia hæc omnia deſerviunt ad meram ipſius Populi utilitatem, ut bene advertit Tondut. *Reſolut. benefic. part. 1, cap. 38, & cap. 39*, ubi de materia plene agit, Barboſa de Parocho *cap. 13, Et de Epiſcopo allegat. 64, a n. 4, & ſeq.* Antonellus de Regimine militantis *Eccl. lib. 1, cap. 2*, §. 4, *n.21, & ſeqq.* Quibus ego addo Bartholomæum Silvaticum *conſ. 45, per totum*, M. Anton. Thomatum *in Deciſionib. Rotæ Macerat. Deciſ. V*, & Belletum *Diſquiſ. Cleric. part. 1, de Clerico Debitore*, §. 14, & §. 15, & Ventrigliam *tom. 2, Annot.* 18, §. *Unico*, ibique Adden. Carolum Anton. de Luca *in Obſervat.* apud quos reperiet Lector, quomodo decidendæ ſint difficultates in praxi occurrentes circa expenſas pro ornamentis Eccleſiarum earumque reſtauratione.

(c) In Eccleſiis Proteſtantium onus Eccleſias ædeſque Parochiales reficiendi numquam Parochis, ſemper Parochianis incumbit. Gothan *P. I. cap. 6, tit. 2, Ord. Eccl. Venar Lib. II, cap. 20, art. 14, n. 2*, Coburg. *Part. II, cap. 21, pag. 223*, Magdeburgenſ. *Cap. 24, §. 5, Edit. Reg. Borbus.* 1702, 16 Decembris.

Q U. X X.

Quæ quantaque ea dos, quam Parochis aſſignas?

§. I. Concilii Aurelianenſis Patres (*a*), anno 538, rel. in can. 9, de Conſ. Feſt. 2, vetuerunt, ſacras ædes extrui ſine dote, quæ ſartis tectis tuendis, quæque Ædituis Sacriſque Miniſtris alendis ſufficere, ac ſatis eſſe poſſit. Quæ vero quantaque ea eſſe debeat, ſtatuiſſe videntur Concilii Toletani Patres anno 693, rel. in can. 3, Cauſ. 10, qu. 3, cum decreverunt illam Eccleſiam e ſua ſede ſtatuque dimovendam eſſe, quæ potens non eſſet decem mancipiis (*b*), h. e. quæ tot agros

(*a*) *Berard. in Gratian. Can. Part.* 7, *pag.* 279. Can. 9, de conſ. diſt. 1, non in ullo Aurelianenſi Concilio legitur, ſed potius repetendus eſt ex Novella Juſtiniani 67, cap. 1, & 2, ibi: *Sancimus igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli licentiam eſſe neque Monaſterium, neque Eccleſiam, neque orationis domum incipere ædificare, antequam civitatis Deo amabilis Epiſcopus orationem in loco faciat, & Crucem figat, publicum proceſſum ipſi faciens, & cauſam manifeſtam omnibus ſtatuens. Multi enim ſimulantes fabricare quaſi orationis domos ſuis medentur languoribus, non Orthodoxarum Eccleſiarum ædificatores facti, ſed ſpeluncarum illicitarum:* & in cap. 2. *Deinde non aliter quempiam Eccleſiam ex novo ædificare priuſquam loquatur ad Deo amabilem Epiſcopum, & definiat menſuram, quam deputat & ad luminaria, & ad ſacrum miniſterium, & ad incorrumpendæ domus cuſtodiam, & obſervantium alimenta; & ſi ſufficienter habere videtur, faciat prius donationem eorum, quæ futura ſunt deputari, & ita domus ædificetur.* Quod autem in eodem can. ſubjicitur de aſperſione aquæ benedictæ, id non habetur apud Juſtinianum, ſed potius in ordine Romano, cujus verba retulerunt Romani Correctores. Porro veroſimile eſt, hoc fragmentum, quod etiam a veteribus Collectoribus adfertur, jam cœpiſſe in can. codicibus recenſeri eo tempore, quo nondum invaluerat uſus Nomocanonum, ideſt quo nondum Imperatorum leges ſolebant a Collectoribus iiſdem interſeri can. Conciliorum. At cum ea Juſtiniani Conſtitutio valde utilis videretur ſacrorum canonum ſtudioſis, omittenda non fuerat, proindeque reticito Juſtiniani nomine laudata eſt nomine potius Concilii Aurelianenſis, vel quod Juſtiniani tempore plura Aurelianenſia celebrata Concilia fuerint, vel quod in Concilio Aurelianenſi III anni 538, quod incidit in tempora Juſtiniani, can. 5 definitum fuerit in arbitrio eſſe Epiſcopi, *quid ad reparationem Baſilicæ, aut obſervandam ibi ſubſtantiam deputetur*. Quæ ſane verba plurimum congruunt cum relata Juſtiniani ſententia.

(*b*) *Berard. ibidem cap.* 17, *pag.* 206, aliam tuetur ſententiam. Audi ejus verba: Hoc loco obſervatione dignum arbitror, quod dicitur Eccleſiam illam eſſe alteri Eccleſiæ ob inopiam redditaum uniendam, quæ decem mancipia non poſſidet.

agros non poſſideret, quibus excolendis decem ſervi neceſſarii eſſent. Concilii autem Wormatienſis Patres, anno 848, rel. in can. 25, Cauſa XXIII, qu. VIII, ſanxerunt, unicuique Eccleſiæ integrum *Manſum* eſſe concedendum (c). Si Balutium audimus in Not. ad Reginonem Lib. I Diſcipl. Eccleſ. cap. 24, *Manſus* erat prædium duodecim jugeribus conſtans, duorumque mancipiorum opera ſibi depoſcens (Vid. eumdem Balutium Tom. II Capitul. in Not. pag. 1148.). Sed hæc vetera; ad recentiora veniamus.

§. II. Tridentina Synodus Seſſ. XXIV, de-

Ego arbitror mancipiorum nomine intelligi mancipiorum pretium, ut ſcilicet ea Eccleſia tanquam inops haberetur, quæ tantum in bonis non poſſideret, quod ad decem mancipia emenda non ſufficeret. Erat enim ea ætate frequentiſſimus mancipiorum uſus, ſic in lib. 3 legum Longobardarum tit. 7, cap. 46, præſcriptum legimus, ut unicuique Eccleſiæ duo mancipia aſſignarentur, ut mirum propterea eſſe non debeat, redditus Eccleſiaſticos ad mancipiorum numeros, & notas redigi potuiſſe. At ſi curioſius quiſpiam quæreret de pretio mancipiorum, ut exinde deduceret, quandonam apud veteres inops Eccleſia exiſtimaretur, ita ut eſſet alteri Eccleſiæ unienda; in primis dixero, varium illud eſſe potuiſſe, ſicut in cæteris venalibus rebus, pro tempore præſertim, & mancipiorum ipſorum qualitate; aliter enim novitius, aliter veteranus, aliter artifex vendebatur apud veteres, quemadmodum conſtat ex toto titulo Pandectarum de ædilitio edicto. Cæterum cum in hac re ſpectanda ſit generalis, & communis exiſtimatio, hæc olim fuiſſe videtur aureorum viginti; quemadmodum patet ex l. 31, ff. de minoribus, & ex l. 1, Cod. de communi ſervo manumiſſo. Poſteriore ætate, ubi ad alia monetarum genera deventum eſt, duodecim ſolidis exiſtimari cœperunt, uti teſtatur Gregorius Turonenſis lib. 3, cap. 15, & habetur in Concilio Matiſconenſi I anni 581, can. 16, quem retulit Gratianus in can. 18, diſt. 54. Quamobrem cum hæc duodecim ſolidorum exiſtimatio Concilii Toletani XVI temporibus convenire poſſit, facile concludet unuſquiſque dotem Parochiali Eccleſiæ competentem temporibus Concilii Toletani ejusdem fuiſſe ſolidorum centum, & viginti. Qua vero ratione ſolidos illius ætatis ad noſtrorum temporum pecunias reducere poſſimus meum non eſt hoc loco ſolerter inquirere; præſertim cum qui rei nummariæ veteri ſtudent, non in una ſint eademque ſententia.

(c) *Berard. ibidem cap. 55, pag. 400.* Canon. 25, cau. 23, qu. 8, legitur in canone 50 Concilii Wormatienſis his verbis: *Sancitum eſt, ut unicuique Eccleſiæ unus manſus integer abſque alio ſervitio attribuatur* (manſus dicebatur ager duodecim jugerum), *& Presbyteri in eis conſtituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de præſcripto manſo aliquod ſervitium faciant præter Eccleſiaſticum. Et ſi amplius aliquod habuerint, inde ſenioribus ſuis debitum ſervitium impendant.* Cæterum cum dixerimus Canones Wormatienſes, qui poſt quadrageſimum quartum ſequuntur, ſuſpectæ fidei eſſe; hic conſiſtendum non eſt, nec ſufficere videtur ad edita Concilii Wormatienſis exemplaria hunc canonem exegiſſe, Habetur ille præterea apud Reginonem in Lib. 1, cap. 24, ubi laudatur potius nomine Capitularium Francorum. Sane eisdem omnino verbis legitur apud Anſegiſum in lib. 1 Capitularium cap. 85, cum quo conſonat Canon 10 in Capitulari Ludovici Pii anni 816, item caput 11, tit. 37, in Capitularibus Caroli Calvi, & demum Concilium Troſleianum cap. 6.

(d)

de Reform. cap. 13, decernens, nullam Parochialem Eccleſiam tot penſionibus (d) eſſe onerandam, quæ Parocho ſummam ducatorum centum non

(d) Quoniam hoc loco mentio incidit de penſione, quæ nunquam fortaſſe alias occurret; præſtat arripere opportunitatem attingendi quædam ſummatim de materia penſionis, de ejuſdem origine, de beneficiis, ſuper quibus poteſt imponi, de cauſis propter quas poteſt imponi, demum de obligationibus eorum, in quorum gratiam imponitur. Ad primum Penſio definitur perceptio fructuum alieni beneficii legitima auctoritate, juſtaque de cauſa inducta. Ad ſecundum Penſiones haud incognitæ veteribus jam a temporibus Concilii Chalcedonenſis celebrati anni 451, quando necdum erecta erant Eccleſiaſtica beneficia; ſed redditus Eccleſiarum adminiſtrabantur ab Epiſcopis, conſtat aſſignatas fuiſſe penſiones vel ad ſedandas lites Epiſcoporum, quorum ſibi ſinguli jus eſſe contendebant, ad Sedem Epiſcopalem, vel ad ſolarium eorum pariter Epiſcoporum, qui aut ſenectute eſſent confecti, aut incurſionibus Barbarorum a ſuis Sedibus deturbati, demum ad alendos etiam Clericos agendæ Pœnitentiæ cauſa Monaſteriis incluſos. Sed uſus hic, qualis antiquitus ſervabatur, ſane commendabilis, verſus ſenſim eſt in abuſum, poſtquam invecti ſunt Beneficiorum tituli, præſertim vero circa ſæculum 12, quod nonnullis Epiſcopis nulla religio fuit, ita quodammodo locare beneficia Clericis, ut hi operam totam facerent, Epiſcopi ipſi, vel Epiſcoporum familiares, & amici maximam reddituum partem meterent. Huic malo aliquando occurrit Concilium Lateran. III, anno 1179, ſtatuens certas cauſas certamque quantitatem penſionum aſſequendarum, taliſque oneris imponendi jus Rom. Pontifici reſervans. Sed profligatam a Concilio Lateranenſi peſtem aliquanto poſt Schiſma Avenionenſe reduxit, qua ætate tum Cardinalibus diverſas diverſorum Pontificum partes ſequentibus, tum aliis hominibus aliunde locupletibus, qui nullam rem præſtiterant, vel præſtituri erant Eccleſiæ operam, immo & Laicis pinguiſſimas aſſignatas fuiſſe penſiones narrant eorum hiſtoriæ. Abuſum alicubi perduraſſe uſque ad Sæculum 16, inde fit veroſimile, quod celebris ille novem Prælatorum conventus habitus ſub Paulo III pro notandis abuſibus eam ætatem deformantibus, hunc quoque penſionum abuſum notavit, quod ſcilicet vel in ea quantitate imponerentur penſiones, ut per eas adimeretur quidquid Divino cultui, & ſuſtentationi Beneficiariorum eſſet tribuendum, vel tribueretur in gratiam Clericorum opulentium, qui commode, & honeſte vivere poſſent ex redditibus ſuis. Immo & in ipſo Concilio Tridentino quemadmodum Oratores Galli, ita etiam plures ex Epiſcopis, qui aderant, nullum non lapidem moviſſe feruntur, ut auctoritate Concilii & penitus interdiceretur, ne impoſterum ullis penſionibus gravarentur beneficia, & quæ tunc gravata eſſent, oneri ſubtraherentur. Sed cum Pius IV, quo Pontifice talis Tridenti mota quæſtio fuerat, ſignificaſſet, malle ſe uſum penſionum retineri, ut per eas (notate, quæſo, in quem finem retinendum uſum penſionum dixerit Pontifex) ut per eas tanquam per eleemoſynas pauperibus Clericis ſubveniri poſſet; ideo S. Synodus mediam quodammodo iniens viam ſeſſ. 24, c. 13, rem ita attigit, ut quamvis uſum penſionum non improbaverit expreſſe, ne voluntati Pontificis contra iret, at neque expreſſe probaverit, ne gravia incommoda ex penſionum abuſu in Eccleſiam ſæpe redundantia diſſimulare videretur. Sed ſatis de origine, & progreſſu penſionum; veniamus ad id, quod nos tertio loco dicturos profeſſi ſumus. Ad tertium: Penſione gravari poſſunt beneficia tam majora, quam minora, exceptis per Conc. Trident. loc. cit. iis Eccleſiis Epiſcopalibus, quæ ſupra 1000, & iis Parochialibus, quæ ſupra 100 ducatorum ſummam annuam non excedunt. Valor autem ducatorum computatur ſecundum morem regionis; ita ut du-

non relinquant, normam, ac regu- lam nobis tradit, quā, quæ idonea ſit.

ducatus conſtet apud nos libellis 6 & ſolidis 4. Beneficia autem, quæ majorem annuam ſummam reddunt, nequaquam prohibentur gravari penſionibus, ſed tamen ejuſmodi, quæ non excedant tertiam, aut ad ſummum dimidiam partem fructuum. Ita Gravina Inſt. Can. L. 1, t. 26, ad finem, quod tamen in beneficiis ſimplicibus aliquando non ſervari teſtantur Curiales noſtri. Certe tamen omnino ſemper cavendum eſt, ne ſupra neceſſaria alimenta Beneficiarius oneretur. Ad Quartum. Fleury in ſuis Inſt. Can. part. 2, cap. 3, n. 23, laudat Conſtitutionem Pauli V ſtatuentem penſiones a ſolo Pontifice ex juſtis cauſis conſtitui poſſe: ſed talis Conſtitutio neque in Bullario Romano, neque in aliis libris unquam occurrit. Certe communis Scriptorum doctrina, immo etiam non infrequens experientia oſtendit, penſionem ſuper beneficio conferendo etiam ab Epiſcopo imponi poſſe, quamvis ita, ut ſit onus perſonale, h. e. non excedat vitam penſionati, & exceptis dumtaxat beneficiis curatis ex recenti Conſtitutione Benedicti XIII, quæ incipit: *Quanta Rectoribus*, an. 1724. Quare imponere penſionem tanquam onus reale, h. e. perpetuare penſionem ultra vitam penſionati, & quidem in omnibus cujuſcumque naturæ beneficiis ſive curatis, ſive non, ſolus poteſt Roman. Pontifex. Utrum vero, & quando præſter vel Pontificem, vel Epiſcopos uti hac ſua poteſtate in penſionibus exponendis, non eſt hujus loci definire. Ac ſi eſſet, vix quicquam aliud in hanc rem dari poſſe crederem, quam exemplum ſapientiſſimi, ac Sanctiſſimi Præſulis D. Caroli Borromæi; de quo ſic in ejus vita lib. 8, cap. 30. „ Abborriva grandemente il caricare i beneficj di penſioni, sì perchè „ gli diſpiaceva, che uno godeſſe, dove „ non faticava; come per il danno, che „ ne patiſcono le Chieſe, alle quali non „ ſi può provedere di degni ſoggetti, quando ſe gli levano i redditi; nè gli ſteſſi „ proviſti poſſono uſare, e moſtrare quella carità, che devono verſo i loro ſudditi; e perchè è ancora contra l' intenzione di quei pii Fedeli, i quali colle „ proprie facoltà hanno fondate, e dotate le Chieſe, acciò ſi ſpendano in loro ſervizio le entrate, e non ſi diano a chi non vi ſerve. Diceva, che „ un Veſcovo non ha ſpirito Epiſcopale, il quale tenga mano a gravare „ di penſioni i Beneficj di reſidenza, e „ ſpecialmente quelli di cura di anime; „ e che in un caſo ſolo lo può fare con „ buona coſcienza, cioè per provvedere „ a quei ſoggetti, che per lungo tempo „ hanno faticato in ſervizio della Chieſa, „ e che per l' età, o infermità non ſono „ più capaci di beneficj " Ad quintum: vulgo ſcriptoribus placet juſtas cauſas penſionis imponendæ eſſe vel reſignationem ſive puram, ſive conditionalem, vel tranſactionem inter duo litigantes, & pacis conſervationem; aliquando etiam meritum ſingulare penſionati. Nonnulli enim, ſcilicet qui his ægre admodum acquieſcant, & penſiones dumtaxat ob unam aliquam ex his cauſis conceſſas numquam prorſus probandas, vix aliquando tolerandas dicunt. In eo omnes conveniunt, neque rite dari, neque rite recipi penſionem, niſi quando Penſionarius ea indiget, vel ut ex ea vivat, vel ſaltem, ut per eam locum talem teneat, qualem vel natalis, vel dignitas poſtulat. Huc igitur quicumque vel penſiones quæritant, vel quæſitis gaudent, huc præſertim attendant. „ Nam „ qui penſiones retinent etiam cum diſpenſatione, ſi non adſit legitima cauſa, ſecuri non ſunt, neque excuſantur, „ quia Papa dedit, & ipſorum conſiderare eſt, quomodo dederit. Hoc, inquam, non excuſat. Si enim quis accipiat pecunias ab Œconomo, quem ſcit „ male diſpenſare res Domini, & contra „ juſtitiam, non poteſt eas retinere in „ tuta conſcientia. Papa autem non eſt

„ do-

ſit (*e*) Parochorum dos, judicare poſſimus. Hanc regulam præ oculis habuit Synodus Mechlinienſis, cum anno 1570 Parochorum dotem haud minorem quinquaginta annuis libellis Batavis eſſe voluit; hanc Suprema Curia Pariſienſis, cum ſingulis Parochis tercentum annuas libellas Gallicas attribuendas eſſe cenſuit (Vid. Pinſonium Tract. de Beneſ. pag. 242, n. 7). Hanc denique Veneta Reſpublica, cum Senatus Conſulto 2 Septembris 1773, 26 Aprilis 1777, 6 Octobris 1782, Beneficiorum ſimplicium reditus in Parochos egenos erogandos eſſe decrevit, ita ut nullus amplius eſſet Parochus, cui deeſſet annuus cenſus centum aureorum, ſeu mille & quadringentorum Juliorum, ſubtractis omnibus oneribus, prædiorum fructibus minimo æſtimatis, ac nulla ratione habita earum rerum, quæ ab incerto pendent eventu.

§. III. In hanc igitur & Epiſcopi intueantur, cum Parochias ſecant, videantque, num Eccleſia tot abundet fructibus, qui præter jura ſtolæ (*f*) ac

„ dominus bonorum, & reddit“uum, ſed „ tantum univerſalis diſpenſator. Unde „ ſicut cum diſpenſat hominem in voto, „ non facit hominem ſecurum in conſcien„ tia, niſi cauſa adſit, ita in penſionum, „ & beneficiorum diſtributione.“ Verba ſunt Cardinalis Toleti. l. 5 de Inſtit. Sacerd. c. 83. Ad ſextum. Ex Bulla Pii V, *Ex proximo*; item ex Bulla Sixti V, *cum Sacroſanctam*; Penſionarii tonſuram, & habitum Clericalem deferre, & quotidie officium ſaltem B. M. V. recitare debent, ut ita aliquo modo ſerviant ei Eccleſiæ, a qua ſuſtentantur.

(*e*) Concilium Tridentinum ſeptem in locis meminit hujus congruæ portionis. Primo quippe *in cap.* 2, *ſeſſ.* 6, *de Reform.* ibi: *Epiſcopi tanquam Sedis Apoſt. delegati per deputationem idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum aſſignationem providere debent, ut cura animarum negligatur.* Secundo *in c.* 5, *Seſſ.* 7, etiam *de reform.* ibi: *Ipſi Ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum aſſignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur.* Tertio *in c.* 7, *ejuſdem ſeſſ.* ibi: *Cum tertia partis fructuum, aut majori, vel minori arbitrio ipſorum Ordinariorum portione etiam ſuper certa re aſſignando, ibidem deputanda, animarum cura laudabiliter exerceatur.* Quarto *in c.* 4, *ſeſſ.* 21, *de reform.* ibi: *Illis autem Sacerdotibus, qui denuo erunt Eccleſiis noviter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio Epiſcopi ex fructibus ad Eccleſiam Matricem quomodocumque pertinentibus.* Quinto *in c.* 6, *eademmet ſeſſ.* ibi: *Aut Vicarios pro tempore deputare partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter providere poſſint.* Sexto *in c.* 18, *ſeſſ.* 24, *de reform.* ibi: *Idoneum in ea Vicarium cum congrua ejus arbitrii fructuum portionis aſſignatione conſtituere, quia onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur.* Septimo, & ult. *in c.* 16, *ſeſſ.* 25, *de reform.* ibi: *Illa deinceps in ſimplex beneficium etiam aſſignato Vicario perpetuo congrua portione non convertantur.*

(*f*) Licet in taxatione, & aſſignatione Congruæ pro Parochis, & Curatis poſſint ab Epiſcopo conſiderari, & comprendi emolumenta incerta, ut habetur *in Conſtit. S. Pii V*, quæ incipit: *Ad exequendum*; Hoc tamen debet intelligi de incertis, quæ habent aliquam certitudinem, ut ſunt decimæ frumenti, vini, olei, aliique fructus, & emolumenta incerta ſolum ratione ſummæ, & quantitatis; ipſa enim omnia comprehenduntur in congrua taxanda; Rota *part.* 6, *recent. deciſ.* 230, *num.*

31

ac Miſſarum ſtipendia (g) tam veteri, quam novo Parocho centum aureorum ſummam ab omni onere liberam ſuppeditent, eorumque inſuper adjutoribus neceſſaria nutrimenta ſubminiſtrent.

§. IV.

3, *part.* 13, *deciſ.* 392, *num.* 8, *part.* 19, *tom.* 1, *deciſ.* 1, *num.* 11. Non autem debet intelligi de emolumentis omnino incertis, ut ſunt redditus, ſeu fructus conſiſtentes in funeralibus, oblationibus nuptialibus, eleemoſynis Altaris, & ſimiſibus, quæ redditus cum ſint de omnino incertis, non ſint imputandi in Congruam. Rota *part.* 1, *deciſ.* 420, *num.* 2, *part.* 6, *deciſ.* 230, *num.* 4, *part.* 13, *deciſ.* 347, *num.* 8, *part.* 19, *tom.* 1, *deciſ.* 1, *num.* 9, *cum ſequent.* Niſi de conſuetudine loci aliter introductum doceatur; Rota *part.* 19, *tom.* 1, *deciſ.* 1, *num.* 10. Congrua enim debetur loco alimentorum; Rota *part.* 6, *deciſ.* 230, *num.* 5, *part.* 18, *tom.* 1, *deciſ.* 351, *num.* 5, *deciſ.* 389, *num.* 1, *deciſ.* 400, *num.* 8. Unde repugnat ipſam Congruam dependere ab incerto eventu, cum venter non patiatur dilationem. Rota part. 1, *deciſ.* 420, *num.* 2, *part.* 6, *deciſ.* 230, *num.* 5, *part.* 17, *deciſ.* 41, *num.* 14, *part.* 18, *tom.* 1, *deciſ.* 130, *num.* 9, & *tom.* 2 *ejuſdem partis*, *deciſ.* 411, *num.* 7. Nec in Congruam ſunt imputanda, quæ debentur Parocho ratione laboris, & ſervitii; Rota *part.* 13, *deciſ.* 347, *num.* 8. Nec quæ extra Eccleſiam, vel extra curam ipſam animarum percipiuntur, quia iſta non ſunt fructus Beneficii, ſed merces, & præmium laboris tantum inſervienti debita. Rota *part.* 13, *deciſ.* 347, *num.* 9. Neque ſunt imputandi in Congruam Parochi fructus ſui Patrimonii, ſi reſervationi penſionis non conſenſit, cum nemo cogatur propriis ſtipendiis militare *ex prima ad Corinth. cap.* 9, & dignus ſit operarius mercede ſua; *cap. Quicumque* 66, *de præbend.* Rota *part.* 18, *tom.* 1, *dec.* 23, *num.* 4, & *deciſ.* 389, *num.* 3. Secus vero ſi in reſervatione penſionis ſua bona obligationi, & hypothecæ ſuppoſuit, quæ operatur, ut ſint imputandi in Congruam ſinguli redditus patrimoniales; Rota *part.* 18, *tom.* 1, *deciſ.* 389, *n.* 2, *cum ſequent.*

(g) *Van-eſpen Diſſert. de Jur. Paroch. Cap. III*, § *XVIII*, *Part. VI*, pag. 311. Inter oblationes plane voluntarias, atque ab arbitrio offerentium pendentes numeranda eſſe Miſſarum honoraria, ſuadet ipſa tremendi Sacrificii dignitas, quæ omnem pactionem, ac licitationem ſuper mercede præſtanda exhorret, & Sacri Canones vehementiſſime, & rigoroſiſſime inculcant.

„ Prohibemus, inquit Synodus Eboracenſis *an.* 1194, *Can.* 3, ne Sacerdos „ Laico ad pœnitentiam venienti obtentu „ cupiditatis injungat, ut Miſſas faciat „ celebrare; & illud etiam decrevimus „ prohibendum, ne Sacerdos aliquis pro „ celebratione Miſſarum pretio conſtituto „ pactum ineat, ſed hoc dumtaxat, quod „ offeretur in Miſſa recipiat "

Et in Synodo Pariſienſi *anno* 1212, *part. I, Can. II*, Robertus Cardinalis Sedis Apoſtolicæ Legatus, ait: „ Viris Eccleſiaſticis „ monſtrum avaritiæ extirpare volentes „ auctoritate Legationis noſtræ in virtute „ Spiritus Sancti prohibemus, ne pro annalibus Miſſarum faciendis, Laici vel „ alii aliquid dare, vel legare cogantur in „ teſtamento: & ne ſuper his aliqua pa„ ctio, vel exactio, vel ſub aliqua ſpe„ cie palliata a Sacerdotibus, vel aliis „ mediatoribus fiat. "

Patres Concilii Toletani *anno* 1374, *Can.* 6, deplorantes, quod „ aliqui Preſ„ byteri deteſtanda, & abominabili ambi„ tione cæcati, pro Miſſis per eos cele„ brandis pecuniam exigerent, & ſuper „ hoc ac ſi vellent vendere rem profa„ nam impudenter mercarentur; diſtri„ ctius prohibuerunt, ne aliquis Presbyter „ pro Miſſis celebrandis pecuniam exigat, „ vel rem aliam temporalem; ſed grate „ accipiat, ſi aliquid per facientem Miſ„ ſas celebrari oblatum ſibi charitative „ fuerit abſque compacto, & conventione „ quacumque. Qui vero contrarium fece-

„ rit,

Digitized by Google

§. IV. Alia autem ratio habenda eſſe videtur earum Parochialium Eccleſiarum, quæ Collegiis, Capitulis, aut Monaſteriis nexæ ſunt. Harum enim

„ rit, a celebtatione Miſſæ per annum noverit ſe ſuſpenſum, & alias pro tam gravi exceſſu ad arbitrium proprii Epiſcopi puniendum "

His conſonans Synodus Mechlinienſis *anno* 1670, *tit. de Decimis cap.* 11.

„ Paſtoribus, & quibuſcumque Sacerdotibus inhibet ſub pœna ſuſpenſionis, ne per ſe vel alium directe vel indirecte ſtipulentur pro Miſſis votivis ad piorum poſtulationem celebrandis, ſed quod eis ſponte oblatum fuerit, accipiant. "

Circa idem tempus Octavius Frangipanus Mirthus Epiſcopus Tricaricenſie, Apoſtolicæ Sedis per Germaniam inferiorem, & Belgarum provincias Nuncius, in ſuo Directorio Eccleſiaſticæ diſciplinæ Colonienſi præſertim Eccleſiæ accommodato, & a Sacra Facultate Lovanienſi approbato, poſtquam ſtatuit: „ Ut abſtineant omnes Sacerdotes a cujuſvis generis mercedum conditionibus, & pactis; nec quidquam pro Miſſis celebrandis, aut quibuſvis aliis Divinis Officiis, ſeu Orationibus exigant; mox ſubjungit: Et ſi quando nihil, aut aliquid minus liberali animo honorarii loco eis donatum fuerit, non in hoc contriſtentur, minimeque aliquod indignationis dent indicium, ne de avaritia notentur, vel certe a turpi quæſtu, vel Simoniaca labe non procul abſit, dignitatemque ſuam ex levi cauſa turpiſſima macula conſpurcent. Quin potius ut oſtendant ſe magno liberalique animo gratis dare, quod gratis acceperunt, ab omni cogitatione, & deſiderio muneris, ac honorarii ſe ſemper contineant; & ſi quando aliquid accipere cogantur, illud quamvis exiguum lætiori lubentiorique animo accipiant, memores, quod paupercula illa Vidua æra minuta duo, quæ ſola habebat, in gazophilacium mittebat. "

Si ergo ex mente Eccleſiæ ipſaque ſacrificii dignitate nihil exigi queat pro Miſſis celebrandis, ac id dumtaxat grato animo recipi poſſit, quod *voluntarie* offertur, evidens eſt, honoraria Miſſarum eſſe annumeranda oblationibus a voluntate ac arbitrio Fidelium omnino dependentibus; ideoque plane *incertis;* ſuper quibus portionem congruam conſtitui non poſſe apud omnes in confeſſo eſt, juxta illud Juriſconſultis vulgare: *venter non pendet ab incerto, nec patitur dilationem.* Vide D. Meau ad ejus Leodienſes *Obſerv.* 256.

Ulterius, ſi Parocho aliiſque Presbyteris curam animarum ſuſtinentibus hæc honoraria in portionem congruam aſſignentur, jam Miſſæ Sacrificium tanquam medium ſuſtentationis eſſe debebit, atque ita neceſſitate cogente quodammodo redigentur ad claſſem Presbyterorum, *qui*, ut loquitur Bellarminus, *faciunt de celebratione Miſſarum artem de pane lucrando.*

Ad hæc ſi Parochi eorumque Vice-Paſtores ex celebratione Miſſarum victitare jubeantur, quid inde conſequens, niſi quod vivendi neceſſitate quaſi compellente, Miſſæ Sacrificium modo plane mercenario tractent?

Quis enim ſat deploret horrendum illum, atque mercenarium modum, quo Sacro-Sanctum, ac tremendum illud Miſſæ Sacrificium indigniſſime profanatur a Sacerdotibus, ſeu Sæcularibus, ſeu Regularibus, qui ex Miſſarum honorariis victum quærunt?

Quis non videt ſimiles Sacerdotes paſſim ad domos mortuarias curſitare, ut Miſſarum honoraria venari poſſint; non ſecus, ac mercatores pannorum, candelarum aliive ejuſdem generis homines, ut merces ſuas elocare queant?

Nonne conſpicere eſt, hujusmodi honorariorum aucupes inſtare pro Miſſis celebrandis, ubi pingiora ſperantur honoraria, non aliter atque Opifices pro operis ſuis elocandis, ubi major ſperatur operarum retributio?

enim Vicarii, licet perpetui ſint, & Parochialia onera omnia ferant, ac ſuſtineant, tamen a Pio V, Conſtit. XLVII, minore cenſu contenti eſſe jubentur (*h*).

QU.

In hæc aliaque ſimilia verendum eſt, ne defectu honeſtæ alimentationis ſenſim incidant Parochi aliive curam animarum gerentes, ſi portionem congruam ex honorariis Miſſarum quærere cogantur.

Præterea dum Parochi aliique curam animarum intendentes Presbyteri ex hujuſmodi ſcabioſis, ac propudioſis obventionibus victitare coguntur, fit, ut eorum apud plebem vileſcat auctoritas, atque inter viliores reputentur.

Quis eloquatur, quam vili loco paſſim reputentur Presbyteri, qui e celebratione Miſſarum victum ſuum quæritare jubentur? nonne honeſtiores etiam ſecundum Mundum, dedecori ſibi paſſim ducerent, ſi vel nomen dumtaxat haberent, quod ex honorariis victum quærerent? immo ea eſt vulgaris de honorariis idea, ut ea Sacerdotibus, quos honeſtiores reputant, vix offerre audeant.

Denique ſi Paſtores ex honorariis ſuſtentationem accipere cogantur, atque conſequenter honoraria Miſſarum in vitæ alimentationem accipere; inde continget, ut populus intelligens, Paſtores Miſſas specialiter non offerre niſi pro illis, qui honoraria offerunt, apprehendat, Paſtores non pro pauperibus, ſed pro ſolis divitibus Sacrificium offerre; ipſumque Sacrificium potius pro divitibus, quam pauperibus offerri, atque Paſtorem divitum, & non pauperum mediatorem eſſe. Quæ hinc de Paſtoribus idea?

(h) *In Cauſa Papienſi, die 2 Maii* 1722. Anno 1568, S. Pius V Apoſtolica auctoritate univit, & perpetuo incorporavit Conventui S. Petri Martyris Ordinis Prædicatorum Præpoſituram Curatam Eccleſiæ S. Petri Loci de Cellavegna cum omnibus juribus, & pertinentiis, addendo, ut Animarum Cura per unum ex Fratribus dicti Conventus, vel alterum, ſeu aliis ab eis deputandos, & ad eorum nutus amovibiles, & per Ordinarium approbandos, exerceri deberet, uti colligitur ex litteris prædicti S. Pontificis memorato anno expeditis.

Poſt unionem Cura Animarum exercita fuit ab uno ex Fratribus; cumque ea ſubinde committi cœpta fuerit Presbytero ſæculari, ipſaque in præſenti exerceatur a Sacerdote Franciſco Michaele Merula, Curia Episcopalis extrajudicialiter Patres admonuit, ut Congruam augerent: illi quippe aſſignata fuit ſola ſumma librarum 200 Imperialium, quæ conſtituunt scuta 26 Juliorum ſex pro quolibet; delataque hujuſce rei notitia ad hanc Sacram Congregationem, dictum fuit, quod præfigeretur terminus Patribus ad ſua jura deducenda, & quod Cauſa in folio deſcriberetur.

Fundamenta, in quorum ſequelam contenditur augmentum debitum eſſe, conſtituuntur *in Bulla* 47 *S. Pii V, Bull. tom.* 1, *edita anno* 1567; in qua ſtatuitur, quod portio aſſignanda Vicariis exercentibus Curam Animarum in Parochiis, quæ ſunt unitæ Monaſteriis, Capitulis, Collegiis, & aliis Locis Piis, non debeat eſſe major centum, nec minor quinquaginta ſcutis annuis, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis, quod tamen ſic a doctoribus intelligitur, ut in dicta portione computari debeant incerta, quæ certa ſunt, & non illa incerta, quæ ſemper ſunt incerta, & quæ dependent a labore perſonali, uti ſunt eleemoſynæ Altaris, & Funeralia, atque ſimilia, *Barbos. juris Eccles. lib.* 3, *cap.* 6, *num.* 43, *&* 44, *Leo in Theſaur. fori Eccleſiaſt. part.* 2, *cap.* 3, *num.* 6, *&* 7, *Ventrigl. in praxi* re-

rerum Eccleſiaſt. part. 1, *adnot.* 20, §. 2, *num.* 20, *ibique Carol. Anton. de Luca in obſervat. n.* 8.

Abſque eo quod quidquam referat, vel quod Conſtitutioni Pianæ fuerit derogatum a Gregorio XIII, vel quod redditus Parochiæ unitæ ſint tenues, vel demum quod Vicarius, de quo nunc agitur, non ſit perpetuus, ſed temporalis.

In eo enim quod attinet ad derogationem, licet Gregorius XIII *in ſua Conſtitione nona Bull. tom.* 2, reduxerit ad terminos juris communis, & Sacri Concilii Tridentini aliam Conſtitutionem allegatam S. Pii V, vel tamen reductio in eo ſita fuit, ut loco quatuor Religioſorum, qui ad tramites Bullæ Pianæ debebant habitare cum Vicario Regulari ad curam Animarum exercendam deputato, unus dumtaxat alius Religioſus cum eodem habitare deberet, firma in reliquis remanente Conſtitutione S. Pii V, ut ex Oraculo vivæ vocis ejuſdem Gregorii XIII referunt *Quaranta in ſumma Bull. in verbo Vicarius perpetuus verſ. advertendum*, *Gonzal. ad Regul.* 8 *Cancell. gloſſ.* 5, §. 3, *n.* 79, *Ventrigl. in praxi rerum Eccl. part.* 1, *annot.* 20, §. 2, *num.* 7, vel quatenus reductio Gregoriana eſſet ſtricte intelligenda ad terminos Sac. Concilii Trid; Concilium *ſeſſ.* 7, *cap.* 7, *de reform.* hujuſce generis Vicariis præſcribit, eſſe aſſignandam portionem tertiæ partis fructuum, & majorem, vel etiam minorem arbitrio Ordinariorum.

Et in eo quod ſpectat ad tenuitatem redditųum Parochiæ unitæ, dicitur, nec eam ſubſiſtere in facto, nec in jure relevare. Dicitur autem non ſubſiſtere in facto, cum redditus ſint in annuis libris Imperialibus 2058. Dicitur deinde in jure non relevare; quandoquidem in caſu inſufficientiæ redditųum, Conſtitutio Piana §. 2, decrevit, quod Vicario omnes fructus Parochiæ aſſignarentur.

Nulla habita conſideratione, quod agatur de Vicario non perpetuo, ſed temporali, & amovibili, quia *Bulla* 47 *S. Pii V* ſibi vindicat locum etiam in Vicariis amovibilibus juxta reſolutiorum Sacræ Congregationis Viſitationis *apud Monacell. in formul. tom.* 1, *pag.* 214, *num.* 15.

Prior e contra, & Fratres Conventus S. Petri Martyris in ſua ſcriptura per manus circumferenda contendunt primo, Bullam Pianam non eſſe applicabilem, cum eadem reſtricta ſit ad Vicarios perpetuos, ut colligitur ex littera, & ex his, quæ habentur *apud Clericat. de beneſ. diſcord.* 54, *num.* 29, & 30. Contendunt ſecundo inapplicabiles eſſe terminos congruæ, & agendum eſſe de Salario juxta praxim conſtituendo, ut *habetur in decis.* 361, *coram Benincaſa*. Contendunt tertio non ſolum Franciſco Michaeli Merulæ, qui modo exercet curam animarum, aſſignatas fuiſſe libras 200 annuas Imperiales abſque eo, quod in ſuſceptione Curæ ipſe reclamaverit, ſed aſſignationem in dicta ſumma factam fuiſſe fere omnibus ejus Prædeceſſoribus, qui numquam conqueſti fuerunt, quique onus libenter ſubjerunt percipiendo dictas libras annuas 200, commoditatem Domus, & alia quædam incerta, quorum ope neceſſaria pro ſuſtentatione conſecuti ſunt. Contendunt denique, redditus Parochiæ non eſſe in ſumma a Vicario expreſſa in ſua relatione, ſed in minori, *ut in Sum. n.* 8.

Nulla nunc fuit capta reſolutio; ſed dictum, quod ſcriberetur Eminentiſſimo Ordinario juxta inſtructionem.

Primum caput inſtructionis fuit, ut libri Conventus exhiberentur ad effectum, ut facto computo redditųum Præpoſituræ pro ultimo decennio revera ſciri poſſet ejuſdem redditus, & in eo, quod attinet ad hoc primum caput, ex nova informatione, & documentis ab Eminentiſſimo Ordinario tranſmiſſis habetur, redditus annuos hujus Præpoſituræ Conventui unitæ eſſe in libris annuis Mediolanenſibus 7812, 10, quæ efficiunt ſcuta 1041, & nonnullos obulos monetæ Romanæ.

Secundum caput inſtructionis, quod exhiberentur libri Parochiales, & quatenus

non eſſent, quod examinarentur teſtes ſuper redditibus Parochiæ ultra Congruam, quæ Curato perſolvitur a Patribus. Et in eo, quod ſpectat ad hoc ſecundum punctum, ex informatione, & documentis tranſmiſſis ab Eminentiſſimo Ordinario habetur, annua emolumenta aſcendere ad ſummam librarum 622, & ſic ad ſcuta 82 monetæ Romanæ.

Tertium caput inſtructionis fuit, ut exquirerentur onera, ad quæ Curatus tenetur, & in nova informatione dicitur, onera prædicta burſalia aſcendere ad libras 115 aut 120, & concordant teſtes examinati.

Hæc ſunt, quæ in ſubſtantia continentur in novis documentis, ſolumque addidiſſe fas ſit, quod in partita annuorum incertorum emolumentorum detractis decem libris, quæ a Communitate perſolvuntur, reliqua reducuntur ad quæſtuationem, ad Baptiſmos, ad Matrimonia, & ad quaſdam Miſſas, quæ canuntur a Parocho pro Communitate, & Confratribus Suffragii, qui eas celebrare faciunt ex devotione: In quo rerum themate videndum eſt, an hujuſce generis emolumenta ſint calculanda in Congrua Parochi, ſeu Vicarii; licet enim S. Pius V *in ſua Bulla* 47, *Bull. tom.* 2, ſtatuerit, portionem aſſignandam Vicariis, exercentibus curam animarum in Parochiis, quæ ſunt unitæ Monaſteriis, non debere eſſe majorem centum, nec minorem quinquaginta ſcutis annuis, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, Doctores nihilominus afferunt, computanda eſſe emolumenta incerta, quæ certa ſunt, & non illa incerta, quæ ſemper ſunt incerta, & quæ pendent a labore perſonali, ut ſunt eleemoſynæ Altaris, & Funerum, atque ſimilia juxta doctrinas in allegato folio citatas.

Hiſce ſtantibus quæritur.

I. *An Patres Dominicani Conventus S. Petri Martyris Viglevanen. teneantur ſubminiſtrare Congruam aſſerto Parocho Præpoſituræ Loci de Cellavagna, & in qua quantitate, & quatenus negative.*

II. *An eidem aſſerto Parocho, ſeu Præpoſito debeatur ſtipendium, & pro qua ſumma præſtandum in caſu &c.*

Sacra Congregatio die 6 Martii 1723, ſic reſpondit.

Faciendum eſſe augmentum uſque ad ſcuta 40 Monetæ Romanæ, non computatis incertis.

Cardinalis de Luca Lib. XIV, P. V. Diſc. IX, pag. 351. Quo vero ad congruam Vicario aſſignandam, Concilium in his nihil certi determinavit, ſed Ordinarii arbitrio remiſſit pro facti qualitate, ac oneris proportione; deſuper tamen providit Conſtitutio Pii V, ut ſcilicet congrua eſſe debeat certa, non major centum, nec minor quinquaginta ſcutorum, ſeu ducatorum monetæ regionis; Remanente arbitrio circa medium inter utrumque extremum; in ea tamen non computatis illis incertis emolumentis, quæ ratione mere perſonalis laboris habeantur, ſive quæ ex mere voluntaria accidentali devotione obveniant, adeo ut ex plurium annorum experimento quamdam certitudinem ſaltem moralem non habeant; ſecus autem, ubi dicta moralis certitudo accedat, cum tum in fructu, ſeu reditu veniant.

Eatenus autem congrua minor quinquaginta eſſe non poteſt, quatenus ipſius Eccleſiæ curatæ, quæ unita ſit, emolumenta ſint majora; ſecus autem ſi ad hanc ſummam non aſcendant, cum tunc ſufficiant Capitulo, vel alteri curam habitualem habenti, omnia emolumenta vicario aſſignare; ſive in quibuſdam exiguis Cathedralibus, vel Collegiatis loco congruæ aſſignari ſolet vicario, qui etiam ſit Canonicus, portio maſſæ groſſæ diſtributionum ſupplendo quod deeſt, admittendo ſervitium curæ loco ſervitii chori.

Et e converſo ſumma major centum (cujus exceſſus prohibitus eſt) intelligenda venit de congrua pro ipſius vicarii mercede, ac ſubſtentatione, non autem ubi populi numerus, vel Eccleſiæ qualitas, aliæve facti circumſtantiæ, majores operarios aliosque ſumptus exigant, adeo ut praxis quandoque doceat, quod etiam ter, vel quatuor centum aliave major ſumma aſſi-

aſſignetur vicario, quum alia onera ſupportare debeat.

Quandoque autem contingit, quod ad hujuſmodi oneris annuam præſtationem evitandam, ac etiam ad illas dirimendas lites, & controverſias, quæ oriri ſolent præſertim ſuper emolumentis incertis uſus invaluit, quod Capitulum, vel alter, cui habitualis cura incumbat, aſſignet vicario certa bona, vel jura loco congruæ per quamdam ſpeciem tranſactionis, aliis bonis penes ipſum Rectorem habitualem remanentibus; tractu vero temporis bona, vel jura aſſignata deminutionem recipiant, unde propterea vicarius ſuppletionem petere ſolet; verum ea regulariter negatur, quoniam in hoc attenditur tempus conventionis, non autem ſubſecuta eventualitas, quæ ſicuti produxit detrimentum, ita producere potuiſſet incrementum, quod ipſius Vicarii eſſet, niſi diminutio ita magna eſſet, ut ea, quæ remanent, non ſufficiant ad ſubſtentationem, adeout cogatur vicarius curæ exercitium deſerere, cum tunc intret Judicis arbitrium pro ſuppletione.

Et e converſo idem uſus præbuit, ut remaneant omnia Eccleſiæ bona, & emolumenta penes vicarium, qui certam quotam, vel certam quantitatem fructuum, vel pecuniarum ſingulis annis, vel temporibus præſtare debeat Rectori habituali. Tractu vero temporis bona, & emolumenta magnum recipiant incrementum, unde propterea Rector habitualis nimium modicam reputet ejus portionem, atque petat proportionatum augmentum. Verum pariter illud regulariter denegandum eſt, niſi forte talis ſint factæ circumſtantiæ, ut magnam injuſtitiam, ac ſpeciem impietatis redoleant, adeo ut Judicis officium, vel arbitrium intret.

Ubi vero agatur de caſu converſo, quod ſcilicet bona aſſignata vicario cum onere certæ quantitatis tanquam per ſpeciem penſionis notabiliter diminuatur, adeo ut penſio nimium exceſſiva remaneat; tunc, licet eadem ſit regula, attamen facilius intrat limitatio pro moderatione, quoties ſcilicet id, quod remanet, non ſufficiat ad ſuſtentationem vicarii, aliaſque expenſas neceſſarias.

Ratio differentiæ inter unum caſum, & alterum conſiſtit non in favore perſonæ, ſed in favore Eccleſiæ, vel animarum, ne alias cura, & cultus reſpective deſerantur; iſta enim ratio e converſo non intrat, quoniam nihil refert, quod illa Eccleſia, vel dignitas, cui facta eſt unio, atque habitualis cura competit, majorem, vel minorem habeat proviſionem, cum in perſonæ poſſeſſoris dignitatis, vel prælaturæ privatam utilitatem concernere videatur; in caſu autem converſo, viget præjudicium tertii, ipſius ſcilicet Eccleſiæ ejuſque cultus, vel animarum, quarum cura vicario commiſſa eſt.

In his autem controverſiis ab Ordinario decidendis Eccleſiæ, vel perſonarum privilegia exemptiva nihil ſuffragantur, cum in iis, quæ animarum curam concernunt, etiam cum Eccleſiis, vel perſonis exemptis intret in præcedentibus inſinuata juriſdictio a Concil. Tridentino delegata Ordinario loci, habita potius ratione ovium regendarum, quam Rectoris.

Alia eſt Vicarii, vel coadjutoris deputationis, quæ præcipitur a Concilio ob Eccleſiæ vacationem pendente concurſu, vel ob illiteraturam Parochi, & de hac ſpecie agitur *ad ſeſſ.* 24, *de reform. cap.* 18, ubi de materia concurſus ad Parochiales, earumque proviſione.

Regulariter autem vicarius alium non deputet vicarium, ſed id pertinet ad Rectorem habitualem, niſi legitima conſuetudo, vel conventio aliud ſuadeat.

QU.

Digitized by Google

QU. XXI.

Quæ Parochorum creandorum forma, & ratio?

§. I. Si quo major eſt dignitas, eo etiam majora virtutum ornamenta requirit, & e contra; Parocho̶s unis Epiſcopis minores, cæteris autem Clericis omnibus, & Beneficiariis, quocumque tandem in loco poſiti ſint, majores eſſe fateamur, oportet. Ipſa enim vero Parochorum creandorum forma, ac ratio ſatis declarat, præſtantiora in hiſce animi decora, ac lumina, quam in aliis omnibus, deſiderari.

§. II. Nam præter alia pericula, quæ fieri ſolent in iis omnibus, qui ad Ordines, ad Beneficia, ad Dignitates provehendi ſunt, in Paræciis mandandis illud Tridentini Patres inſuper addi voluerunt, ut nemo Parochiali Eccleſiæ præfici poſſet (*a*), niſi plurimorum concurſum ſuſtinuerit,

(a) *Berard. J. E. U. Diſſert. V, Cap. II, Tom. II, pag.* 186. Maximam præ cæteris ſollicitudinem a conferentibus poſtulant Parochialia Beneficia, quæ licet olim eodem modo, quo reliqua conferrentur, poſterioribus tamen Conſtitutionibus ſingularem collationis formam, ita exigente neceſſitate quadam, aut certe gravi utilitate Eccleſiarum, receperunt.

Idem ibidem. Primum facultas facta fuit Epiſcopis, immo etiam quibuſcumque ſive Clericis, ſive Laicis, nominandi quoſcumque voluerint Clericos ad regendam Eccleſiam idoneos, quarum nomina deputandis examinatoribus exhiberentur, ut præhabita inquiſitione nominatorum omnium, iſti ad faciendum doctrinæ ſuæ periculum Epiſcopi auctoritate vocarentur: Secundo facta facultas Epiſcopo fuit publico edicto indicendi concurſum, ut quicumque velint ſubire doctrinæ ſuæ periculum, accedant omnes ad deputandos examinatores; atque horum alterutrum intra decem dies a notitia vacationis ab Epiſcopo faciendum Tridentini Patres decreverunt, niſi Epiſcopus idem ex juxta cauſa tempus prorogandum judicaret. Liquet hinc, aut ſublatam fuiſſe, aut ſaltem coercitam facultatem commendandi ad ſemeſtre tempus Parochiales Eccleſias, quæ olim Epiſcopis competebat juxta Capitulum 15, de elect. in 6. Præterlapſo ſtatuto tempore omnes ſeu nominati, ſeu ſponte concurrentes examinandi erunt ab Epiſcopo, vel ejus Vicario generali, atque aliis examinatoribus ſaltem tribus, quorum ſuffragiis, ſi paria ſint, vel ſingularia, accedere poterit Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur, illos videlicet adprobando, quos idoneos vel omnes, vel major pars judicaverint. Si unus tantum ex concurrentibus idoneus judicetur, huic conferendum eſt Parochiale beneficium; ubi autem plures idonei judicentur, ex his Epiſcopus eum ſeliget, quem magis idoneum ipſe judicaverit, cui neceſſario Beneficium conferatur. Quales autem eſſe debeant examinatores ex verbis Tridentini Concilii perſpi-

cuæ

rit, & niſi ſuæ doctrinæ, probitatis, fidei, prudentiæ coram Epiſcopo tri-

tue conſtat, quemadmodum etiam conſtat, magis idoneum ita inſtituendum eſſe, ut non valeat Epiſcopus minus idoneum, licet vere idoneum, præferre, qua in re non ſcientia tantum, ſed etiam prudentia, ætas, mores cæteraque ad regendam Eccleſiam opportuna erunt ſolertiſſime conſerenda. Re itaque abſoluta, qui magis idoneus habitus eſt, ab Epiſcopo, ſi ad eum, vel ab alio quocumque Prælato, ſi ad alium Prælatum collatio Beneficii pertineat, erit inſtiruendus. Quod ſi de Patronato beneficio agatur, diſtinguendum voluerunt Tridentini Patres laicum ab Eccleſiaſtico patronatu ita, ut in Eccleſiaſtico patronatu fiat quidem conſueto more concurſus; deinde ab Examinatoribus declarentur, quotquot inter examinatos idonei habendi ſint, atque inter adprobatos, qui magis idoneus a patrono judicabitur, ſi ab eodem Patrono præſentetur Epiſcopo inſtituendus, ſi ad Epiſcopum pertineat inſtitutio; quoties autem non ad Epiſcopum, ſed ad alium pertineat inſtitutio, tunc Epiſcopus ipſe digniorem inter examinatos, ac probatos eligat, atque ita electus per patronum præſentetur ei; a quo inſtitutio eſt facienda; at in patronatu laico abſtineatur ab indicendo concurſu, ſed liceat patrono etiam unum tantum, ſi voluerit, præſentare neceſſario inſtituendum, poſtquam ab iiſdem deputatis examinatoribus dignus repertus fuerit, & idoneus. Denique addiderunt Tridentini Patres, ab examinatorum, atque ab Epiſcopali judicio executionis impediendæ cauſa nullam fieri, ne ad Sedem quidem Apoſtolicam, provocationem poſſe.

Nova hæc diſciplina generali Tridentino Decreto conſtituta novis in dies interpretationibus, immo & adjectionibus indiguit, prout varia inde emergentia vel temporum, vel cauſarum adjuncta poſtulaverunt. Vix abſoluto Tridentino Concilio Pius V, anno 1566, 15 Calend. Aprilis Conſtitutionem in hanc rem edidit, quæ incipit *In conferendis*, ſtatuens in primis, collationes Parochialium Eccleſiarum factas præter formam Concilii Tridentini irritas eſſe, neque ullum jus inſtitutis, immo nec titulum quidem coloratum poſſidendi præbere, ipſaque beneficia ſic collata tanquam vacantia habenda eſſe, ſublata eiſdem, qui contra Tridentinam formam contulerunt, rurſum pro ea vice conferendi facultate. Deinde decrevit, ſpatium decem dierum, quod fuerat a Concilio Tridentino præfinitum ad indicendum concurſum, ita ut Epiſcopo liceret illud prorogare, non poſſe ultra alios decem dies extendi; item ubi libera ſit Epiſcoporum, vel aliorum Ordinariorum collatio, intra ſemeſtre faciendam eſſe collationem; ubi vero collatio pertineat ad Pontificem Maximum, deſignandum eſſe, & ſignificandum Romano Antiſtiti intra quatuor menſes a die vacationis eum, qui magis idoneus repertus fuerit; item, ubi agatur de Eccleſiis jurispatronatus Eccleſiaſtici, vel laicalis, non poſſe ab Epiſcopo differri inſtitutionem ultra bimeſtre tempus a die præſentationis numerandum, data poſt illud tempus facultate patronis impetrandæ inſtitutionis vel a Metropolitano, vel a viciniore Ordinario, vel a Sede Apoſtolica. Denique ſtatuit, licere illi, qui non æquo judicio Epiſcopi, alteri concurrenti minus idoneo poſtpoſitus fuerit, appellare ad Metropolitanum; vel ſi agatur de Metropolitani, aut alterius exempti Epiſcopi judicio, provocare ad viciniorem Antiſtitem, qui tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ad novum ſubeundum periculum & appellantem, & prælectum vocet ita, ut ſi appellantem magis idoneum noverit, ipſum, alio ſubmoto, in Parochiali beneficio inſtituat, vel inferiori Prælato eum inſtituendum remittat, cum inſtitutio ad inferiorem Prælatum, non ad Epiſcopum ſpectet. Porro introducta appellatio ex Pii V ſententia impediet quidem, quominus ulla poſſeſſio inſtituto ſuffragetur, non tamen

Digitized by Google

men impediet, quominus qui ab Ordinario fuit electus, inſtituatur; unde aſſerunt Pragmatici, appellationem hujuſmodi introduci quidem, ut ſuſpendatur Ordinarii judicium quoad effectum, ut ajunt, devolutivum, non autem quoad effectum executivum.

Sed iterum poſt hæc diſputatum ab Interpretibus fuit ad interpretationem tum Tridentini decreti, tum Pianæ Conſtitutionis. In primis enim paſſim quærebatur de beneficiis quibusdam, quæ a lege concurſus exempta vel expreſſe, vel ex recta interpretatione dicebantur. Deinde inveniebant plurimi novas cauſas, quibus melius videretur conſulendum formæ concurſui præſtitutæ. His omnibus obviam itum eſt ſenſim, aut receptis, probatiſque Eccleſiarum moribus, aut providentia recentiorum Pontificum, quos cum conſilio ſuo adjuverit Proſper Lambertinus, dum a ſecretis eſſet Congregationis Concilii, occaſionemque præbuerit circa annum 1720, Clementi XI utiliores regulas proponendi, quales revera propoſitæ fuerunt anno 1721, diei 10 Januarii per encyclicas litteras ad Epiſcopos directas, tum etiam rem vigilantiſſime æque ac ſapientiſſime abſolvit, poſtquam ad Pontificatum Maximum evectus eſt in ſua Conſtitutione anni 1742, die 14 Decembris. Itaque juxta verba Tridentini decreti etiam locum habere debuit forma concurſus in beneficiis patronatus, ſi patronatus ſit Eccleſiaſticus. In patronatu laico ſatis eſt, ſi præſentatus a patronis periculum ſui faciat apud Synodales examinatores, a quibus cum idoneus declaretur, tum ſit ſine diſcrimine inſtituendus. Quod ſi patronus plures præſentet, facile intelligitur, inter præſentatos quaſi concurſum fieri, illumque inſtitui, qui magis idoneus Epiſcopali judicio habitus fuerit inter eos, qui idonei fuerint ab examinatoribus declarati. De Jure patronatus mixto ne verbum quidem in Tridentino decreto habetur, eamque ob rem verius eſt, haberi illud ac ſi laicale ſit, ne occaſione juris & Eccleſiaſtico, & Laico communis fraus, ſeu detrimentum fiat juri laicorum, cujus Tridentini Patres magnam ſemper rationem habuerunt. Neque dubitatum eſt, quominus ſubjacerent legi concurſus Parochiales Eccleſiæ Pontifici Maximo reſervatæ, aut affectæ. Etenim in Tridentino decreto fit de ils Eccleſiis reſervatis etiam mentio ſpecialis, & quamquam mentio fiat in ea parte decreti, qua præſtituitur, interea vacanti Eccleſiæ Œconomum eſſe deſignandum Epiſcopali auctoritate, id tamen protrahitur ad cæteras decreti partes, veluti præcedentis conſectaria. Atque id quidem receptum eſt ita, ut concurſus ab Epiſcopo ſemper indicatur, & fiat, non tamen ut excludatur Pontificis Maximi collatio. Itaque in beneficiis reſervatis obtinuit, ut Epiſcopus, ſtatim ac Parochia vacat, ne petita quidem a Summo Pontifice venia concurſum indicat; poſt initum autem a concurrentibus periculum pro diverſis reſervationum ſpeciebus diverſa ab Epiſcopo iniri ratio debeat, qua Romanum Antiſtitem de eo, quod agendum ſupereſt, certiorem faciat. Nimirum ſi talia ſint beneficia, quæ Apoſtolicæ Sedi reſervata proponantur ratione menſium, tunc Epiſcopus magis idoneum more ordinario ſeliget, cujus nomen in Romana Dataria ſignificabit, nec acta concurſus eo mittet, niſi fuerit a Dataria requiſitus. At ſi talia proponantur beneficia, quæ reſervata ſint, vel affecta Sedi Apoſtolicæ ex alia cauſa, tunc Epiſcopus a ſeligendo deſignandoque magis idoneo abſtinebit, ſed integra concurſus acta ad Datariam mittet, ut in Romana Curia fiat electio. Poterit tamen interea Epiſcopus nonnihil adjicere de ſingularibus alicujus ex concurrentibus qualitatibus non ita, ut ipſe illum ſeligere videatur, ſed ut magis inſtruat Pontificis animum, quemadmodum expreſſe declaravit Benedictus XIV in fine ſuæ ſuperius laudatæ Conſtitutionis. Quæſitum inſuper fuit, num concurſui obnoxia ſint curata beneficia, quæ vel Clericorum, vel Monachorum Collegiis adhærent. Sane quoties cura animarum actu per Canonicos, vel Monachos exercetur, nullo conſtituto perpetuo vicario, fruſtra diſputatio-

tationi locus fieret, cum nuſquam hæc beneficia aut jure, aut facto vacare intelligantur. Quoties vero cura animarum exercetur per vicarium amovibilem, nec concurſui locus fit, nec cum ſit neceſſaria Epiſcopi inſtitutio, ſed tantum adprobatio requiratur. Immo nec ſi vicarius perpetuus ſit inſtituendus, concurſui locus fiet, propterea quod nominatio vicarii ad Collegium, vel Monaſterium pertineat, quemadmodum definivit Pius V in ſua Conſtitut. 47, quæ incipit *Ad exequendum*, quod ipſum etiam recipitur in iis vicariis, quæ pendent ab aliqua ſingulari dignitate, ob adnexam eidem dignitati curam animarum, niſi ex immemorabili conſuetudine concurſui obnoxiæ deprehendantur. At enim legi concurſus obnoxiæ ſunt vicariæ illæ, quæ conſtitutæ ſunt in quibusdam vicis, oppidis, aut pagis, diſmembratione facta Eccleſiæ cujusdam Parochialis ita, ut Parochus matricis proprie Parochus dicatur, vicarii nomine dato alteri Curato in diviſa Eccleſia conſtituto; ſi enim adpareat, factam eſſe veram Eccleſiæ diviſionem, vicaria ita erecta nonniſi nomine tenus vicaria dicetur, ac proprie erit beneficium Parochiale, ac proinde concurſui obnoxium. Sunt præterea, qui exempta a concurſus lege aſſeruerunt curata beneficia dignitati Cathedralis, vel Collegialis Eccleſiæ annexa. Verum hæc opinio probari quidem poterit, ubi Parochialis beneficii adnexio fuerit per acceſſionem facta, ne beneficium Parochiale dignitati accedens dignitatis ipſius jura immutare videatur, non vero ubi unio ſit æque principalis, eove minus, ubi Parochiali beneficio acceſſerit. Nulla ſane dubitatio eſt, quin in beneficiis curatis, quæ permutantur, aut reſignantur in favorem in Romana Curia, nullus ſit indicendus concurſus, ſufficiet enim, doctrinæ ſuæ periculum facere eum, cujus gratia reſignatio fit, aut permutatio, qui propterea repertus idoneus ſine diſcrimine inſtituetur, quod quotidiana praxi receptum teſtatur Pyrrhus Corradus in praxi beneficiaria lib. 3, cap. 3, num. 5. Potiore ratione locus concurſui non fiet, quotieſcumque vacante beneficio jam videtur conſtitutus coadjutor perpetuus Parocho datus cum jure futuræ ſucceſſionis, ne inutilis reddatur ſuccedendi gratia a Pontifice Maximo dudum impetrata. Cum denique conſtituerit Tridentinum Concilium in fine dicti Capitis 18, ſi adeo exigui redditus Parochialis Eccleſiæ fuerint, ut totius hujus examinis operam non ferant, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat ſubjicere, aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, facile graviores rixæ, ac tumultus poſſint excitari, Ordinarii arbitrio cum deputatorum conſilio remitti, ea forma omiſſa, aliud examen privatum, cæteris tamen ſervatis, quæ ſervari poſſunt, adhibere, receptum eſt, ut ſi poſt indictum concurſum ſtatuto die nemo comparuerit ſuæ doctrinæ periculum facturus; aut ſi ex examinatis nullus repertus idoneus fuerit, poſſit tunc Epiſcopus ſine forma concurſus alium examinare, illumque repertum idoneum inſtituere, quin locus fiat aliis, qui elapſo termino in edicto concurſus definito, admitti ſe ad periculum ſubeundum poſtulaverint, niſi ipſi ſe deſcribi ante diem concurſus in concurrentium numero curaverint, & oſtenderint, ſe legitimo impedimento fuiſſe detentos, ne ad concurſus accederent. Opportunum eſt hic adjicere, Tridentinam hanc concurſus legem protractam etiam fuiſſe a Benedicto XIII ad præbendas theologales, & pœnitentiarias in Italia, & Inſulis adjacentibus conſtitutas, eo tantum diſcrimine facto, ut in his præbendis ſufficiat quatuor examinatores intervenire, etiamſi non ſint Synodales. Videatur ejusdem Pontificis Conſtitutio, quæ incipit *Paſtoralis*, impreſſa in appendice ad Synodum Romanam.

Quod in forma concurſus contentionibus perniciosis occaſionem diu præbuit, fuit concurrentium, qui poſtpoſiti eſſent Epiſcopali judicio, appellatio juxta facultatem appellandi expreſſe factam a Pio V. Hinc ſpecioſum erat appellandi remedium, ut ea ratione Epiſcopi electuri magis idoneum inter idoneos in officio continerentur.

tur. Illinc autem poſtpoſitis etiam inhabilibus, aut indignis, via ſternebatur ad premendos electos, & inſtitutos Parochos, & ad evacuandam quandoque prudentiſſimam Epiſcoporum electionem. Examen concurrentium ut plurimum oretenus fiebat ſine ſcripto. Judicium Epiſcopale innitebatur in acceptis reſponſionibus oretenus acceptis de prudentia, & moribus concurrentium. In his adjunctis, qui appellabat, nihil apud Judicem exhibebat, ex quo vel tantillum de iniquitate Epiſcopalis judicii adpareret. Hinc opus erat novo examine apud Judicem appellationis. Interea qui appellaverat, moras faciebat inter litigia, atque inter moras, & ſubterfugia tempora protrahens in ſtudiis inſudabat, ut idoneus redderetur, qui pridem minus idoneus erat; & e converſo Parochus ab Epiſcopo electus, & inſtitutus poſt varias fatigationes judiciales, quas graviores reddebat exercita ſine intermiſſione animarum cura, preſſus in novo examine cedere appellanti debebat. Hæc omnia minus æqua per ſe videbantur, immo & contraria formæ judiciorum, quæ exigit, ut non de re nova in judicio appellationis quæratur, ſed verſetur quæſtio circa ea, quæ in priore judicio ob oculos extiterunt. Itaque huc pertinuit ſollicitudo laudati Proſperi Lambertini, cujus conſilio gliſcentibus abuſibus proſpexit laudatus Clemens XI, & qui deinde ad Maximum Pontificatum aſſumptus certam formam concurſibus dedit, a qua cum minime declinaretur, tum appellationis cauſa & æqua eſſet, & foret juri omnino conformis. Itaque primum Clemens XI, anno 1721, edixit primo, ut omnibus concurrentibus eædem proponantur quæſtiones, quibus ſatisfiat, idem Evangelii textus, quem ſermone expendant; ſecundo ut id fiat eodem tempore; tertio ut omnibus idem temporis ſpatium præſtituatur; quarto, ut concurrentes omnes in conclavi claudantur, in quod nemo extraneus ingrediatur, a quo nemo ex concurrentibus niſi re abſoluta egrediatur; quinto, ut ſinguli reſponſa ſua ſermonemque ſcribant, ſuaque ſubſcriptione conſignent; ſexto ut reſponſa quidem latino, ſermo autem eo, quo haberi apud populum ſolet, idiomate ſcribatur; poſtremo, ut ſingulorum ſcripta etiam a Cancellario concurſus, item ab examinatoribus, necnon ab Epiſcopo, vel ejus Vicario, qui concurſui interfuerint, ſubſcribantur. Poſt hæc cautum fuit, ut non admittatur appellatio aut ab examinatorum, aut ab Epiſcopali judicio, niſi intra decem dies a die collationis interpoſita; item ut in judicio appellationis exhibeantur acta concurſus, vel authographa ipſa obſignata, vel authentica exemplaria ſubſcripta a Cancellario concurſus, alteroque Notario, collatione facta cum authographo coram Vicario Epiſcopi, vel altero ab Epiſcopo deputato, immo & ſubſcripta ab examinatoribus qui concurſui interfuerunt. Ab his actis pendere juſſit novum judicium circa doctrinam electi, & appellantis. Quod ſi appellans conqueratur cauſa aliarum qualitatum, de iſtis etiam fidem facere voluit vel ex actis primi concurſus, in quibus ſcripto etiam eſſent exhibenda morum, prudentiæ cæterarumque dotium teſtimonia, vel ex novis documentis etiam extrajudicialibus, dummodo gravia exiſterent. Clementis XI mentem confirmans, immo clarius explicans, & nova quædam adjiciens Benedictus XIV in ſua conſtitutione *Cum illud* anni 1742 ſanxit primo, ut Epiſcopus ſtatim ac notitiam vacantis Eccleſiæ Parochialis habuerit, Vicarium deputet ad normam Tridentini Concilii; ſecundo, ut publico edicto evulgetur notitia concurſus congruo, certoque tempore celebrandi, eodemque edicto moneantur omnes, ut interim coram Cancellario, vel altero ab Epiſcopo deputando unuſquiſque ex concurrentibus ſuarum qualitatum, meritorum, & munerum teſtimonia exhibeat poſt elapſum terminum non amplius recipienda; tertio ut Cancellarius hæc ipſa exhibita documenta ſummatim bona fide exhibeat Epiſcopo, vel Vicario, atque omnibus examinatoribus ad concurſum adcitis; quarto, ut die præſtituta concur-

curſus habeatur juxta formam a Clemente XI præſtitutam, & examinatores renuncient, quotquot idonei fuerint, rejectis illis, quos rejiciendos ſuo ſuffragio judicaverint; quinto, ut abſoluto concurſu notula compendiaria requiſitorum a Cancellario confecta vel comburatur, vel penes acta ſecreto cuſtodiatur, nemini ſine Epiſcopi mandato pandenda; ac ſubinde Ordinarius, cum primum ei libuerit, inter adprobatos digniorem eligat, & effecto nullo appellationis, vel inhibitionis obtentu poſſeſſio non retardetur; ſexto, ut ſi forte appellatio inde interponatur, judicium appellationis totum fiat in conſpectu actorum in concurſu exhibitorum, quin amplius ſit facultas nova documenta prodendi; ſeptimo, ut ſi Epiſcopus forte habeat certas occultas ſuæ electionis cauſas, valeat familiaribus litteris eas judici appellationis patefacere; ut earum ratio, ſi expediat, haberi poſſit, adjecta lege inviolabilis ſecreti; quod ſi Epiſcopus ſuſpectam fidem habuerit Judicis, ad quem appellatum eſt, eam ſignificet familiaribus litteris Præfecto Congregationis Concilii, qui nec Conſilio, nec auctoritate deerit, quominus a Judice appellationis debitus juſtitiæ locus tribuatur; octavo denique, ut ſi Judex appellationis conformem Epiſcopali ſententiam protulerit, non alia appellatio admittatur; quamquam ſi ſententia difformis fuerit, liceat victo appellare; qua appellatione ſecuta, executioni omnino mandetur judicium illud, quod duorum judicum ſententia fuerit comprobatum.

His omnibus perſtrinxi concurſus formam, qualis obtinnit a temporibus Tridentini Concilii uſque ad hanc ipſam ætatem. Non debeo tamen ſilentio præterire, quod quidam Scriptores in hac materia aut nimis effræni, aut certe parum maturato judicio tradiderunt. Quidam extiterunt minime dubitantes carpere Tridentinum Decretum, eove etiam magis Pii V conſtitutionem; utrobique enim notarunt, ſtratam eſſe viam Clericis, ut ſponte ad beneficia Parochialia proſiliant, eadem, dum concurrunt, vehementer poſtulent, dum abs judicio examinatorum, aut Epiſcopi appellant, ſe cæteris magis idoneos magiſque dignos prædicent, quæ omnia ajunt eſſe plena ambitus, eamque ob rem generali canonum diſciplinæ contraria, quando apud veteres, qui ad animarum curam vocabantur, potius aut trahebantur inviti, aut etiam fugientes vi facta detinebantur, quemadmodum teſtatur Auguſtinus in Can. 38, cau. 23, qu. 3, cui jungi poteſt lex 31, Cod. de Epiſ. & Cler. Audax hæc eſt ſcribendi licentia, qua de providentia Concilii Tridentini, & Pii V multis laboribus excogitata, ac producta ob unam Eccleſiarum omnium utilitatem tale judicium feratur; neque enim mihi videntur, qui ita ſentiunt, adjuncta callere, quæ concurſus diſciplinam ſi non omnino neceſſariam, ſaltem utiliſſimam fore perſuaſerunt. Debet in primis perpendi, Patres Eccleſiaſticos etiam in Conciliis conſtitutos non ſemper reducere poſſe Diſciplinam, & mores priſcæ ætatis, immo & aliquando debere novas edere leges in iis, quæ nec naturali honeſtati, nec divinæ legi repugnant, propterea quod circumſtant ſucceſſu temporum cauſæ plures, quibus aliud conſuli ſalubriter nequit, quam novitate quadam, quæ etiamſi quidquam contineat aut paulo aſperum, aut minus ſpecioſum, dummodo non inhoneſtum, nec pravum, laudanda ſemper eſt, quaſi medela quædam porrecta illis, quorum ſalutis magis, quam palati delicatioris ratio habeatur. Itaque tria hæc jure dici poſſunt; primum, nihil contineri aut in Tridentino decreto, aut in conſtitutione Pii V, quod honeſtati repugnet; alterum etiamſi quidquam duriuſculum appareat, dandum quidquam eſſe adjunctis temporum, quibus opportunius remedium adhiberi non poterat; poſtremum, quidquid aſperitatis contineri initio videbatur, ſollicitudine recentiorum Pontificum lenitum adhuc fuiſſe, uti evenire ſolet in novis legibus univerſis; quas dum legumlatores condunt, proſpiciunt ſtatim utilitati publicæ, ſucceſſoribus ſuis relin-

Q 2 quen-

quentes, ut legum earumdem executionem poliant magis, magiſque, atque etiam ubi opus ſuerit, magis exornent, atque accommodent. Revera quid eſt, quod objicitur Tridentino decreto? Ajunt, ſponte clericos beneficium poſtulare, ſeſe quaſi dignos, aut etiam præ cæteris digniores prædicare, dum periculum ſubeunt, quaſi ſuſcepto certamine inter plures, qui de morum, doctrinæ, & prudentiæ prærogativa contendant. At enim etſi quandoque contingere poſſit, nt clerici concurrentes ambitu moveantur, id tamen non evenit, niſi ex concurrentium facto, non ex Tridentina lege, qua non aliter præſtituitur concurſus, quam præhabito edicto Epiſcopi omnes advocantis; quare non ex ambitu concurrit, qui vocanti Epiſcopo paret. Fateor, edictum Epiſcopi neminem obligare; verum adbuc illud facit, ut qui accedat, non ſponte dicatur accedere, ſed vocatus, rogatus, & vehementi quadam ſuaſione invitatus. Quid quod Concilium Tridentinum etiam expreſſe voluit, ut certorum clericorum expreſſa nominatio vel ab Epiſcopo, vel a Patronis, vel etiam ab aliis fieri poſſet, & tum demum edicto publico Epiſcopi locus fieret, cum id Epiſcopus, vel Provincialis Synodus magis expedire judicaret? Hæc ſane omnem ambitus ſuſpicionem eliminant. Reponunt, ambitus crimen adparere ex appellatione, quam aut rejecto, aut poſthabito competere Pius V declaravit. Sed obſervandum eſt, eum, qui appellat ex eo; quod inidoneus, aut indignus judicatus eſt, omni venia dignum eſſe, cum injuriam in ſe illatam proſequatur; poſtquam enim aut ſpecialiter, aut generali edicto vocatus eſt, ut ſe apud Epiſcopum ſiſteret ſuæ doctrinæ cæterarumque qualitatum ſpecimen præbiturus, & paruit, rite ad Superiorem conqueritur nominis famæve ſuæ, cujus diminutionem paſſus eſt, reparandæ cauſa. Quod ſi qua videtur ſpecies ambitus, hanc diluit Eccleſiarum utilitas, quam promovet conceſſa appellandi facultas, nimirum ad continendum Epiſcopum in officio, ne, ſecuta renuntiatione idoneorum ab examinatoribus facta, ſuæ voluntati indulgeat. Qui rejectus eſt velut inidoneus, provocat ab judicio examinatorum, quibus talis non viſa eſt concedenda auctoritas, qualis nec Epiſcopis competit, nimirum ut inappellabilem ſententiam proferant. Qui idoneus ab examinatoribus declaratus provocat ab judicio Epiſcopi, a quo poſtpoſitus fuit, provocat ſane a ſententia ſingulari, quam unus Epiſcopus protulit; ſententiæ autem ſingularis non tanta habenda eſt ratio, ut minime poſſit retractari. Siqna adhuc ſpecies ambitus eſt, ſaluberrimæ inde prodierunt Pontificum Maximorum conſtitutiones, præſertim laudata conſtitutio Benedicti XIV, quibus & inſolentia temere appellantium, & facilitas appellationis, & appellandi modus rationeſque univerſæ coercitæ fuerunt ita, ut cum hinc moniti viſi fuerint Epiſcopi, & examinatores, ut ſincere, integreque judicent, tunc illinc omnis temere appellantium ambitus damnaretur. Quod tameu magis magiſque diſciplinam concurſus laudabilem efficit, conſiſtit in cauſis adjunctiſque univerſis, inter quæ eadem fuit in Concilio Tridentino probata, ac debuit deinde in certam formam redigi Pontificum Maximorum provida auctoritate. Pluries in Tridentino Concilio actum eſt de obligatione reſidendi in Eccleſiis, quæ Epiſcopos tenebat. Epiſcopi reſidentiam ut plurimum negligentes incuſabant mores illius ætatis, in quorum conſpectu inanis propemodum reſidentia videbatur. Allegabant ipſi, Parochos ut plurimum inſtitutos reperiri eos, qui inidonei paſſim eſſent, & ſi idonei forent, detrectare illos Epiſcopis obſequi, obtemperare; propterea quod Parochi frequentius inſtituebantur a Pontifice Sammo, & quidem ii, de quorum doctrina, & moribus conſcius numquam Romanus Antiſtes fuerat; itidem ii, qui ob exercita in Curia Romana officia, aut ob ſingularia privilegia exemptionem ab Ordinariorum juriſdictione obtinuerant. Epiſcopi plures, præſertim Hiſpani, propoſuerunt, caveri in Concilio, ne beneficia Parochialia ulli ob-

Digitized by Google

obnoxia eſſent reſervationi, ſed libere omnino ab Epiſcopis conſerrentur. Romanis Antiſtitibus minime placuit conſilium, quaſi inde diminui videretur Sedis Apoſtolicæ auctoritas in beneficiis conſerendis, jamdiu moribus confirmata; præſertim vero Epiſcopis Hiſpanis oppoſitum fuit, jam plura beneficia majora, ſeu conſiſtorialia univerſa ex Regis nominatione pendere, & vix ſupereſſe collationi Pontificiæ locum, ſi a collatione Pontificia eximerentur etiam beneficia Parochialia. Interea novi modi excogitandi fuerunt, quibus Eccleſiarum utilitati conſuleretur. Proponi cœpit, beneficia curata univerſa ita conferri ab Epiſcopis, ut cætera beneficia non curata omnino reſervarentur Pontificiæ collationi. Si id non placeret, propoſitum ſubinde eſt, beneficia Parochialia non alio modo conferri, quam *in forma dignum*. Si neque id placeret, propoſitum tandem, Pontificem Maximum conferre debere beneficia Parochialia tantum viris dignis Diœceſanis, quorum ſyllabus ab Ordinariis mitteretur. Poſt varias concertationes cum nulla ex propoſitis forma placeret, propoſita fuit forma concurſus etiam in beneficiis reſervatis. Hæc magis arriſit; cum vero quidam allegarent, locum inde fieri æmulationibus, odiis, & importunis ambientium petitionibus, his omnibus ſatiſfactum eſt, propoſita forma edicti convocantis eos, qui concurrere maluiſſent, & nominationis ſelectorum virorum ab Epiſcopo, a Patronis, atque ab aliis faciendæ, uti legitur in Tridentino decreto, quod omnino & ſtatim placuit, ac fuit comprobatum. Poſt hanc providam ſollicitudinem quid amplius objici poteſt adverſus Tridentinum decretum, quando per ſe nihil inhoneſtum, aut indecorum exhibet: publicam Eccleſiarum utilitatem fovet, ac promovet, & in iis adjunctis editum fuit, quo opportunius remedium gliſcentibus malis adhiberi non poterat; inde autem recentiorum Pontificum cura talem modum accepit, quo omnia rite, atque ex integritate perficiantur?

Quidam adhuc extiterunt, qui Tridentinum decretum laudabile quidem eſſe faſſi ſunt, adhuc tamen *odioſum* eſſe dixerunt. Paſſim hæc phraſis apud Pragmaticos invenitur, non ſane, ut ego cenſeo, quod Pragmatici putent, concurſus formam ægre eſſe ferendam, ſed quod dicere velint, novam omnino eſſe, nec facile protrahendam ad caſus in Tridentino decreto minime expreſſos. Ita paſſim Pragmatici prædicare ſolent *odioſas* leges novas univerſas; utut in publicam utilitatem editas, propterea quod rem odioſam putent eam, quæ veterem diſciplinam immutat. Id fundamentum habet in laudabili conatu, quo unuſquiſque tendit ad veterem retinendam legem, aut conſuetudinem, quouſque aut legi, aut conſuetudini non adpareat expreſſe derogatum. Simile ego exemplum propono in conſpectu capituli 22, de elect. in 6. Statuerat Gregorius X, ne quis ad Parochiale munus adſumeretur, niſi qui aut Sacerdos jam eſſet, aut intra annum ad Sacerdotalem ordinem promoveretur. Quid utilius, quid favorabilius eſſe poterat hoc decreto, quo ſtatuebatur, neminem Parochum eſſe poſſe, niſi qui munus Parochiale in officiis præſertim ſacerdotalibus exercendis conſiſtens implere poſſet? Quæſitum fuit, num decretum illud etiam comprehenderet eos, qui nanciſcerentur in Collegiata Eccleſia dignitatem, cui adnexa eſſet cura animarum. Congruum ſane videbatur, ad hanc ſpeciem Gregorianum decretum extendere. Aliud tamen placuit Bonifacio VIII, in dicto Cap. 22. Hinc Pontifex Jureconſultum agens obſervavit, Gregorianum decretum novum eſſe, idemque pœnale; obſervavit nihil expreſſe continere de dignitatibus Collegiorum. Inde deduxit, dignitates Collegiorum eſſe a decreto exemptas. Bonifacii doctrinam imitantur, ac ſequuntur laudati Pragmatici, cum Tridentinum decretum *odioſum* dicunt, propterea quod non prorogandum ad caſus in eodem decreto minime expreſſos. Si hæc ita conſiderentur, concludi facile poteſt,

tribuſque ab Synodo delectis examinatoribus (*b*) maxima, ac minime dubia documenta dederit.

§. III. Ita fit, ut, cum agitur de aliis

teſt, Tridentinum decretum in iis, quæ expreſſa ſunt, omni favore dignum exiſtere, ſive quod ex eo ſeligantur Eccleſiis regendis adminiſtri maxime idonei, ac digni; ſive quod nonniſi poſt maturam deliberationem illud editum fuerit ad medendum graviſſimis abuſibus, qui irrepſerant; ſive demum quod nulla alia meliore ratione Eccleſiis conſuli poterat. Quod ſi odioſum crediſſet Benedictus XIII non ſane illud extendiſſet, uti extendit ad Præbendas Theologales, ac Pœnitentiarias, quemadmodum ſuperius obſervabam. E converſo concludi etiam poteſt, in iis, quæ ſpecialiter expreſſa non ſunt, indulgendum maxime, ſi idem Decretum non extendatur, ſive quod agatur de lege nova, ſive quod ex eo decreto pœna inferetur, ut aju t, nullitatis collationis beneficii, quod legem pœnalem facit, propterea quod coercendam; ſive demum quod ex eo decreto paſſim plurimi conquerantur, jura ſibi jamdiu competentia imminui, quod vel ipſi Tridentini Patres executi ſunt, cum Patronalia beneficia immunia eſſe voluerunt a lege concurſus. Hæc in cauſa ſunt, quare, uti ſuperius dictum eſt, in Vicariis etiam perpetuis, in beneficiis Parochialibus adnexis dignitatibus, aliiſque ſimilibus, exceptio agnita eſt, quæ plura beneficia Parochialia a lege concurſus eximerentur, argumento dicti capituli 22, de elect. in 6. Adeo verum eſt, etiam ea, quæ in publicam utut graviſſimam utilitatem eduntur, non ſemper ſingulis omnino placere, privataque ſtudia modos invenire etiam probabiles, quibus ſingularis utilitatis ratio habeatur, qualis eſt modus iſte, qui adinvenitur, prætextu veterum legum, ac conſuetudinum ſanctiſſime tuendarum, quouſque expreſſe, & ſpecialiter illis non adpareat derogatum.

(b) *Benedict. XIV de Synod. Diœc. Lib. IV, Cap. VII.* Sacroſancta Tridentina Synodus *Seſſ. 23, cap. 7, de Reform.* Decrevit, ut Epiſcopus, prinſquam Ordines conferat, aliquot ſibi adſcitis Sacerdotibus aliiſque prudentibus viris Divinæ legis peritis, & in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, *Ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inveſtiget, & examinet.* Et *cap.* 15 ſtatuit, nullum Sacerdotem, *etiam Regularem poſſe Confeſſiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut per examen ab Epiſcopis, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem obtineat.* Poſtquam autem *Seſſ. 24, cap. 18,* præmiſerat, animarum ſaluti maxime expedire, a dignis, & idoneis Parochis gubernari, ut id diligentius, ac rectius perficiatur, edixit, vacantes Eccleſias Parochiales illis dumtaxat eſſet ab Epiſcopo conferendas, qui in experimento, ſeu examine coram eodem Epiſcopo, aut ejus Vicario Generali, aliiſque Examinatoribus *non paucioribus, quam tribus* inſtituendo fuerint approbati, & idonei renuntiati. Juſſit præterea, ſex ad minus Examinatores ab Epiſcopo, vel ejus Vicario in Diœceſana Synodo ſingulis annis proponi, qui *Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur,* e quibus adveniente Parochialis Eccleſiæ vacatione, tres ab Epiſcopo ſeligi voluit, qui una cum eo examen perficiant, additque: *Sint vero hi Examinatores Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, ſeu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam Sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei; jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, ſe, quacumque humana affectione poſthabita, fideliter munus executuros, caveantque, ne quidquam prorſus occaſione hujus examinis nec ante, nec poſt accipiant;*

piant; alioqui ſimoniæ vitium tam ipſi quam alii dantes incurrant, a qua abſolvi nequeant, niſi dimiſſis Beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles redduntur. Hæc quoad Eccleſias Parochiales, quæ ad liberam ſpectant collationem Epiſcopi, aut juris patronatus Eccleſiaſtici ſunt, omnino ſervari juſſit Tridentinum, omneſque earumdem Eccleſiarum proviſiones, ſeu inſtitutiones contra formam iſtius decreti factas, irritas, & inanes fore pronuntiavit.

Quamobrem examen, ſeu concurſus ad Eccleſias Parochiales neceſſario inſtitui debet coram tribus ſaltem Examinatoribus a Synodo approbatis; ſecus autem eſt de examine ab aliis ſubeundo, qui aut Ordines petunt, aut ad excipiendas Confeſſiones approbari cupiunt; in hoc quippe poterit Epiſcopus Examinatoribus uti, quos maluerit, quod opportune advertit Gavantus *in praxi Diœceſ. Synod. cap.* 31, *num.* 2; quoniam Tridentinum Synodales Examinatores exigit tantum in concurſibus ad Parochiales, cumque agatur de ſanctione reſtringente facultatem alias Epiſcopo a jure communi conceſſam non debet extendi ultra ad caſum expreſſum: quocirca merum conſilium præbere voluiſſe, opinamur, ſeptem illos Epiſcopos auctores articulorum reformationis Pariſienſis anni 1586, cum *articulo* 58, *tom.* 4 *Theſaur. nov. Anecdot.* Martene, & Durand *col.* 1199 dixere: *In Diœceſana Synodo, ubi commode fieri poterit, juxta decreta Concilii Tridentini deputentur Examinatores, quorum opera utatur Epiſcopus tum pro examine illorum, quibus Beneficia præſertim Curata conferenda erunt, tum etiam eorum, qui promovendi erunt ad Ordines*: aut ſi legem condiderunt; Epiſcopos extra Galliam non obſtrinxere. Enimvero quod in examine non cauſa conferendi beneficium Parochiale, ſed alio nomine faciendo liceat Epiſcopo examinatores adhibere, quos voluerit, pro certo poſuit S. Carolus Borromæus in Concilio Provinciali Mediolanenſi V, anni 1579, cum *part.* 3 *Actor. Eccleſ. Mediol. part.* 1, *pag.* 259, præceptum, a Tridentino Synodalibus lato, ne examinis occaſione quidquam accipiant, etiam ad alios Examinatores extendit, inquiens: *Nec vero* item, qui Examinatores libere pro arbitratu Epiſcopi ad alios quocumque nomine cauſave examinandos adſciſcuntur examinis occaſione unquam quidquam, ne eſculenta quidem, poculentave *capiant*. Præterea etſi Benedictus XIII. in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Paſtoralis*, & habetur in Appendice ad Synodum Romanam edixerit, ut Præbendæ Theologales, & Pœnitentiaria in Italia, eique adjacentibus Inſulis conferantur, prævio examine, & concurſu eo plane modo, quo conferuntur Eccleſiæ Parochiales; expreſſe tamen declaravit, concurſus ad illas non neceſſario inſtitui oportere coram Examinatoribus Synodalibus, *ſed coram Epiſcopo, & quatuor Examinatoribus, etiamſi Synodales non ſint.*

Quibus adnotatis, accuratius ſunt ſingula explicanda, quæ in Examinatoribus Synodalibus Tridentinum expoſuit. Sex ad minus ab Epiſcopo, aut ejus Vicario in Synodo proponi voluit, non tamen vetuit, ne plures proponantur; quin immo ex tali loquendi modo & plures proponi poſſe, & ut plures proponantur, ſe exoptare, ſatis aperte Tridentinum innuit; quemadmodum obſervat Barboſa *in collectan. ad cap.* 17, *ſeſſ.* 24, *num.* 85, ubi tamen a Sacra Congregatione Concilii deciſum refert, non eſſe ultra viginti proponendos, fortaſſe ob periculum, ne nimium aucto eorumdem numero minus diligens ſit perſonarum, quæ proponuntur, delectus. Propoſiti ab Epiſcopo officium non aſſequuntur, niſi approbentur, a Synodo; unde neceſſe eſt, ut major pars eorum, qui Synodo interſunt, in illos conſentiat; ſecus alii ab Epiſcopo erunt proponendi, qui a majore parte acceptentur. Poſſe autem hanc acceptationem fieri per ſuffragia tum publica, tum ſecreta, reſpondet Sacra Congregatio Concilii ad Patriarcham Venetiarum die 11 Julii 1592: *Amplitudini tuæ ſuper Examinatoribus in Synodo approbandis, ſic reſpondit Congre-*

ga-

gatio Sacri Concilii interpretum, nempe Examinatores, qui ab Amplitudine tua propoſiti fuerint Synodo, tam per vota ſecreta, quam aperta poſſe probari. Itaque Amplitudo tua poterit eum modum in probatione ſervare, quem magis expedire judicaverit.

Quod ſpectat ad Examinatorum qualitates, quamvis Tridentinum deſideret, ut deputandi ad ejuſmodi munus gradum aliquem in Sacra Theologia, vel in Jure Canonico ſint conſecuti; attamen arbitrio Epiſcopi permittit etiam qui nullo gradu eſt condecoratus, proponere: ex quo fit, ut, etiamſi plures in Diœceſi reperiantur Doctoratus laurea inſigniti, ſi nihilominus Epiſcopus eos minus peritos exiſtimet, poterit cum Synodi approbatione aliis ſive Sæcularibus, ſive Regularibus, qui ſine Doctoratu doctiores reputantur, Examinatoris officium committere: quod a Sacra Congregatione Concilii deciſum refert Fagnanus *in Cap. Inter cæteras, num.* 45, *uſque ad fin. de reſcriptis.*

Deſignantur quandoque Examinatores ſub nomine tantum dignitatum, ſeu officiorum, quæ obtinent, ex. gr. *Examinatores erunt Vicarius Generalis, Archidiaconus, Decanus, Prior Conventus S. Dominici &c.* ſtatimque oritur quæſtio, an decedentibus, vel dignitatem, ſeu officium dimittentibus electis, Examinatoris munus tranſeat ad eorum in dignitate, vel officio ſucceſſores. De hac controverſia, teſte Grazia *de Beneficiis part. 9, cap. 2, in reſponſ. ad dub. 22, num. 339, & ſeq.* actum fuit in Sacra Congregatione Concilii in una *Toletana* anno 1594, & deciſum, ſub generali deputatione Auditorum conſilii Archiepiſcopalis, in Synodales Examinatores illos ſolum fuiſſe comprehenſos, qui Auditorum officium tunc temporis gerebant, non vero eorumdem ſucceſſores; eidemque deciſioni adſtipulatam fuiſſe Romanam Rotam, idem Garzias *n.* 541, *& ſeq. refert.* Eadem quæſtio fuit nuperrime inſtaurata in Sacra Congregatione Concilii: etenim cum in Synodo Diœceſana Policaſtrenſi inter Examinatores Synodales deputatus fuiſſet etiam Vicarius Generalis Epiſcopi ſub ſolo appellativo nomine dignitatis Vicariatus, atque hic una cum aliis duobus Examinatoribus Synodalibus interfuiſſet concurſui habito ad quamdam Parochialem; Sacra Congregatio die 19 Septembris 1745, concurſum convalidavit ad cautelam, ſed ſimul ſcribendum dixit Epiſcopo, Vicarium Generalem non poſſe deinceps Synodalis Examinatoris munus exercere, niſi proprio expreſſo nomine ad illud iterum deputaretur. Ideo autem concurſus fuit ad cautelam convalidatus, quia non deſunt Doctores, qui opinantur, Examinatorum electionem factam ſub ſolo appellativo nomine dignitatis, ſeu officii ne quoad illos quidem ſuſtineri, qui electionis tempore dignitatem, ſeu officium obtinent, & licet Sacra Congregatio in prædicta *Toletana* oppoſitum cenſuerit, noluit tamen hanc quæſtionem refricare iterumque decidere. Gavantus *in praxi Diœceſ. Synod. annot.*5, *ad cap.* 31, non improbabile opinatur, Examinatoris munus tranſire ad ſucceſſorem in dignitate, ſeu officio, cum electio hoc modo fit: *Deputetur Prior S. Dominici, qui pro tempore fuerit.* At hæc opinio, cui ſolum dubitanter Gavantus adhæret, nobis non arridet; ad munus quippe, ad quod eligitur induſtria perſonæ non poteſt deſignari perſona incerta, cujus doctrina, prudentia, & probitas ignorantur. Ad tot igitur præcavendas, & obtruncandas controverſias, conſultius erit, ut Synodales Examinatores ſub proprio, & expreſſo cujuſque nomine, & cognomine ab Epiſcopo proponantur, atque a Synodo approbentur.

Electi Examinatores jurare debent, ſe, omni poſtpoſita humana affectione munus ſuum fideliter executuros, ſicuti Tridentinum præcipit. Ejuſmodi autem juramentum in ipſa Synodo eſt emittendum, ſi illi Synodo adſint; ſin minus, coram Epiſcopo, aut ejus Vicario. Quamvis porro Tridentinum juramentum ab illis præſtandum dixerit, ad Sancta Dei Evangelia, attamen Gavantus *citat. cap.* 31, *annot.*7,

ni-

Digitized by Google

nihil referre affirmat, an ſupra Evangelia, vel ſacras Sanctorum Reliquias præſtetur. Morem jurandi ad Sanctorum Lipſana antiquum eſſe, conſtat ex S. Auguſtino *epiſt. 78, tom. 2 Oper. col.* 184, in qua refert, imperaſſe ſe, ut Bonifacii Preſbyteri accuſatores pergerent, *ubi Beati Felicis Nolenſis corpus conditum eſt*, ut ibi juramentum præſtarent, ſubditque: *Nam & nos novimus, Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter, & terribiliter dæmones confitentur, furem quemdam, qui ad eum locum venerat, ut falſum jurando deciperet, compulſum fuiſſe confiteri furtum, & quod abſtulerat, reddere.* Gregorius Magnus *lib. 6, epiſt. 61, tom. 2 Oper. col.* 837, juſſit, Archidiaconum Ravennæ, & ſeniores perſonas venire *ante corpus S. Apollinaris, & tacto ejus ſepulcro jurare, quæ conſuetudo ante Joannis Epiſcopi tempora fuerit*. Formulam vero juramenti ibidem addit *col.* 838. *Juro ego per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum inſeparabilem Divinæ potentiæ Trinitatem, & hoc Corpus B. Apollinaris Martyris, me pro nullius favore perſonæ, neque commodo aliquo interveniente, teſtari.* Cum vero Epiſcopus quidam fuiſſet accuſatus, idem S. Gregorius *lib. 2, epiſt. 33, ibid. col.* 697, narrat, præter inquiſitionem factam, *ne quid videretur omiſſum, aut noſtro potuiſſet dubium cordi remanere, ad B. Petri ſacratiſſimum Corpus, diſtricta eum ex abundanti fecimus ſacramenta præbere.* Singularia hæc exempla non eſſe, demonſtrant frequentiſſima, quæ narrat Gregorius Turonenſis, ut *lib. 5 Hiſtor. Franc. cap.* 33, & 49, *lib.* 1, *de glor. Martyrum cap.* 58, *lib.* 2, *cap.* 19, *lib. de glor. Confeſſorum cap.* 33, *cap.* 94, *&c.* Quin ex eodem conſtat, plurium SS. Martyrum ſepulcra ob id ipſum inſignia fuiſſe, quod perjuros, qui falſo jurarent ad ſua Corpora, punirent. *Eſt etiam* (inquit *lib.* 1 *de glor. Martyrum cap.* 39, *col.* 756.) *haud procul ab hujus Urbis muro & Pancratius Martyr valde in perjuris ultor. Ad cujus ſepulcrum ſi cujuſquam mens inſana juramentum inane proferre voluerit ... ſtatim aut arripitur a dæmone, aut cadens in pavimento amittit ſpiritum. Ex hoc enim quiſque fidem cujuſcumque rei ab alio voluerit elicere, ut verum cognoſcat non aliter niſi ad hujus Baſilicam deſtinat. Nam ferunt, pleroſque juxta Baſilicas Apoſtolorum, ſive aliorum Martyrum commanentes, non alibi pro hac neceſſitate, niſi Templum expetere B. Pancratii, ut ejus ſeveritatis cenſura publice diſcernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallacia judicium Martyris beati experiantur.* Eadem ferme narrat de ſepulcro S. Geneſii Martyris *lib.* 1 *de glor. Martyrum cap.* 74, de S. Juliano *lib.* 2, *cap.* 39, *col.* 878, de S. Nicetio Trevirorum Epiſcopo *de glor. Confeſſ. cap.* 94, *col.* 976. *Ad cujus nunc tumulum* (ait) *vinctorum catenæ franguntur &c. Jam de perjuris quid dicam? ſi quis enim ibi falſum juramentum proferre auſus fuerit, illico Divina ultione corrigitur.* De S. Eligio pariter Noviomenſi Epiſcopo ſimilia exempla narrat S. Audoenus *lib.* 2, *cap.* 56, 58, & 77, *tom.* 2 Spicilegii Dacheriani, *pag.* 118, & 122. Idem aliquando factum & juramentum præſtitum Coſtantinopoli in Baſilica S. Petri in Hormiſda, teſtis eſt Vigilius *epiſt.* 15, *tom.* 5 Collectionis Labbeanæ *col.* 330, ubi legitur: *Et dum ſæpedicti Judices poſito indiculo ſuper Altare, & cataracta B. Petri Apoſtoli, & ſuper Crucem, quæ de ligno Paſſionis Domini habet incluſum, ſed & ſuper claves B. Petri Apoſtoli præſtitiſſent corporale jusjurandum &c.* Hæc omnia exempla VIII ſæculum præcedunt, atque initium hæreſis Iconoclaſtarum. Nam poſt eam exortam maxime propagatum hunc morem arbitramur, ut Sacra Pignora, quibus illi omnem cultum denegabant, hoc etiam ſpeciali religionis actu Catholici proſequerentur; præſertim cum Sanctorum corpora tunc maxime diſtrahere, atque in partes ſecare, & in diverſa loca transferre, fidelium pietas cœperit: quod adnotavit Mabillonius *præfat. in ſæcul. II Bened.* Hinc ergo argumenti hujus conſuetudo maxime invaluit: & in Concilio Francfordienſi anni 794, poſtquam ſcilicet

Iconomachorum in Sanctorum Imagines, & Reliquias furor eruperat, *can.* 9, *tom.* 4 Collectionis Harduini *col.* 906, mos innuitur jurandi aut tactis Evangeliis, aut coram propoſitis Reliquiis. Initio vero ſequentis ſæculi IX lege inſuper cautum invenimus, ut omne juramentum ſupra Reliquias præſtaretur: ita quippe jurandum edixere Capitularia edita anno 303, *cap.* 10, ex recenſione Baluzii *tom.* 1, *col.* 398, & inter Capitula ex variis Synodis, & publicis conventibus poſt adeptum a Carolo Magno Imperium celebratis, excepta, & evulgata a Sirmondo *tom.* 2 *Concil. Gall. pag.* 246, hoc etiam *cap.* 13, adnotatur: *Omne* Sacramentum in Eccleſia, aut ſupra Reliquias juretur . . . & ſic juret: Sic illum Deus adjuvet, & illi Sancti, quorum iſtæ Reliquiæ ſunt, ut veritatem *dicat*. De hoc jurandi modo legi poſſunt Martene *tom.* 3, *lib.* 3 *de antiq. eccleſ. rit. cap.* 7, *num.* 2, Ferrandus *diſquiſit. Reliq. lib.* 2, *part.* 1, *cap.* 3, *art.* 3. Poſtquam vero Lutherus, & Calvinus, qui nullam antiquam hæreſim non iterum excitarunt, etiam Iconoclaſtarum impia dogmata renovarunt, quo magis illis contrairet S. Carolus Borromæus, voluit, ut Teſtes, Judices, & Examinatores Synodales ſuper Sanctorum Reliquias jurarent: de quo ritu a S. Carolo Borromæo in Mediolanenſem Provinciam inducto pluribus differit Pax Jordanus *tom.* 2, *lib.* 8, *tit.* 2, *num.* 104, *& ſeq.*

Synodalium Examinatorum officium durat uſque ad novam Synodum, quæ intra unius anni ſpatium ad Tridentini normam eſſet celebranda, & in qua aut iidem, aut alii de novo deputandi forent, ſicuti idem Tridentinum *ſeſſ.* 24, *de reform. cap.* 18, præcepit: *Examinatores autem ſingulis annis in Diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel ejus Vicario ad minus ſex proponantur*. Si autem vel omnes, vel aliqui ex deſignatis in ultima Synodo, decurrente anno, moriantur, aut a Diœceſi ſe ſubducant; tunc ſi ſex ſaltem ex deſignatis remaneant (quoniam longe plures eligi poſſe jam diximus), cum autem tunc numerum exæquent a Tridentino ſtatutum, iſtorum opera Epiſcopus utetur, nec alios in demortuorum, aut longe abſentium locum ſubſtituere poterit: ſi vero ſex non ſuperſint, tunc Clementis VIII decreto relato a Garzia *tit.* 7 *part.* 9, *cap.* 2, *num.* 72, & Fagnano *in cap. Cum ſit ars, num.* 54, *de ætate, & qualitate*, facultas data eſt Epiſcopis alios ſubrogandi, modo iis qualitatibus præſteot, quas Tridentinum requirit, a Capitulo approbentur, & una ſimul cum ſuperſtitibus ex electis in Synodo ſenos non excedant.

Verum hæc annum dumtaxat reſpiciunt, a poſtremo Synodo ad aliam, quæ poſt habenda eſſet, defluentem. Quid autem fiet, ſi annus elabatur, & nova Synodus non celebretur? Certum eſt, ſtatim ac effluxit annus ab ultima Synodo, ceſſare officium Examinatorum, qui intra ejuſdem anni intervallum in demortuorum, ſeu abſentium locum forte fuerint ab Epiſcopo ſuffecti; ita enim diſerte ſtatuit Clemens VIII, in cit. decreto: *Officium autem omnium prædictorum Examinatorum Synodalium ſubrogatorum expiret, cum primum advenerit tempus novæ Synodi juxta cap.* 2, *ſeſſ.* 24, *celebrandæ*. Quoad alios porro non ſubrogatos, ſed in ultima Synodo electos hoc cenſuit Sacra Congregatio Concilii: quamdiu ſex illorum ſuperſtites ſint, omnes perſeverant in munere; & Epiſcopus in concurſibus ad Eccleſias Parochiales illis uti poterit; ſed ſi vel unus ex illis deceſſerit, ita ut ex electis in Synodo ſex non remaneant, omnium officium expirat, & nullus adhiberi poterit in concurſibus ad Parochiales, neque poſt annum datum eſt Epiſcopo in Demortui locum quemquam ſufficere, quæ videri poſſunt apud Garziam *cit. cap.* 2, *num.* 73, Fagnanum *in cit. cap. Cum ſit ars, eod. num.* 54, *& Maſſobrium in praxi habendi concurſum requiſit.* 12, *dub.* 4.

Quapropter ut elapſo anno, & non exiſtentibus ſex Examinatoribus in Synodo electis, inſtitui valeat validum experimentum concurrentium ad vacantes Eccleſias Parochiales, neceſſe eſt, ut Epiſco-

copus vel novam Synodum cogat, vel facultatem petat a Sacra Congregatione Concilii novos Examinatores extra Synodum deputandi; etenim ſi Concurſus fiat coram Examinatoribus extra Synodum deſignatis ab Epiſcopo, nullo ad hoc inſtructo ſpeciali facultate, Parochialium collationes, inſtitutiones, ſeu proviſiones erunt irritæ. Hinc cum in Diœceſi Bracharenſi plures Parochiales iis collatæ fuiſſent, qui approbati fuerant ab Examinatoribus extra Synodum deputatis ab Archiepiſcopo cum conſenſu Capituli, opus deinde fuit, ut qui illas obtinuerant, preces porrigerent Summo Pontifici, ut ſuprema ſua auctoritate earumdem collationes convalidaret, & ſacra Congregatio Concilii, ad quam preces remiſſæ fuerant, die 26 Januarii 1715, illas convalidandas cenſuit, quia ſupplicantes bona fide Parochiales acceptaverant, atque ex Archiepiſcopi atteſtatione conſtabat, multa exoritura ſcandala, ſi novus concurſus ad illas foret indicendus, quod refertur *Theſaur. Reſolut. tom. 9, pag. 219.*

Nec Sacra Congregatio facultatem, de qua loquimur, renuit umquam petentibus concedere; quoniam cum probe noverit, non facile eſſe Epiſcopis ſingulis proſus annis ſuas Synodos cogere, ne idcirco legitimis careant Examinatoribus, ex quorum defectu initi ad Eccleſias Parochiales concurſus ſint irriti, ſtatim ac Epiſcopus eidem exponit, ſex ex electis in poſtrema Synodo amplius non extare, poteſtatem ei facit novos eligendi a majore parte Capituli approbandos, quorum tamen officium duraturum decernit tantum ad annum; quo elapſo iterum ad preces Epiſcopi illos in munere confirmat, quod & deinceps ſemper in annum iiſdem prorogat. Ea facultate a Sacra Congregatione accepta, Epiſcopus ſex Examinatores eligit, omnibus præditos qualitatibus a Tridentino requiſitis, eoſque Capitulo proponit. Quod ſi Capitulum illos quamvis cæteroquin idoneos approbare recuſaverit, exiſtimant Pignatellus *conſult. 119, tom. 1*, & P. Andreuccius Societatis Jeſu in ſuo tractatu *de tuenda pace, & concordia inter Epiſcopum, & Capitulum part. 4, cap. 1, §. 1, num. 198*, habendos nihilominus eſſe pro approbatis: ſemel enim poſito, quod propoſiti ab Epiſcopo tales ſint, quales Tridentinum exigit, Capitulum tenetur ex juſtitia illos approbare, & conſenſus ex juſtitia præſtandus, cum injuſte denegatur, habetur pro præſtito, ſicuti docent Surdus *deciſ. 220, num. 54*, Mantic. *deciſ. 226, tract. 9*, Valenz. *conſil. 113, num. 27.* Sed quidquid ſit de veritate hujus opinionis, de qua non vacat hic diſputare, certum eſt, quod qui illam in praxi ſectatur, obnoxium ſe facit innumeris litibus, & controverſiis: cum enim hominum doctrina, & mores evidentes non ſint, nec unquam obtrectantium linguas evadant, ſemper excitabitur quæſtio, an Capitulum juſte, vel injuſte conſentire recuſaverit in Examinatores ab Epiſcopo propoſitos; & durante hac quæſtione firmi non erunt concurſus ad Parochiales Eccleſias coram illis inſtituti. Tutius propterea erit, ut in eo eventu Epiſcopus a Sacra Congregatione Concilii petat ſupplementum conſenſus, quem Capitulum ſine cauſa denegavit. Ita ſe geſſit Epiſcopus Averſanus, qui cum poteſtate ſibi antea facta a Sacra Congregatione Concilii quemdam Sacerdotem propoſuiſſet ſuo Capitulo in Synodalem Examinatorem approbandum, quem tamen Capitulum approbare noluit, iterum ſupplex adiit eamdem Sacram Congregationem expoſcens, ut conſenſum a ſuo Capitulo irrationabiliter denegatum ipſa ſuppleret. Epiſcopi inſtantia examinanda erat in Congregatione habita die 2 Martii 1739, ſed cum perpenſum fuerit, jam tum elapſum fuiſſe annum, quo præfatus Sacerdos exercere potuiſſet Examinatoris munus juxta ea, quæ ſupra diximus, Sacra Congregatio ſupervacaneum duxit cauſam definire, ab ejuſque propterea diſcuſſione ſuperſedit.

Aliquid nunc dicendum ſupereſſet de

aliis (*c*) Eccleſiaſticis Miniſteriis , hæc una cautio ſit, ne indigni obrepant ;

præcepto Examinatores obſtringente , ne quidquam prorſus occaſione examinis recipere valeant : at Tridentinum adeo perſpicuis verbis ſuam mentem quoad hoc explicuit , ut expoſitione non indigeant. Unum tamen notatione dignum referimus , quod ſtatutum reperimus in Concilio Provinciali Toletano habito anno 1566, act. 2, cap. 24, tom. 10 Collectionis Harduini, col. 1155, his verbis : *Horum vero Examinatorum cuilibet pro muneris ſuſcepti labore Ordinarius poſt Beneficii collationem ex redditibus Eccleſiæ vacantis , qui alioquin Rectori debeantur , juſtam aliquam mercedem ejus arbitrio reddi curabit , cum & dignus ſit mercenarius mercede ſua*. Licet autem, quod a præfati Concilii Patribus geſtum eſt, non improbemus , non tamen abſolute approbamus, multoque minus imitandum proponimus; ſiquidem cum redditus vacantis Eccleſiæ debeantur futuro Rectori, aut aliis, quibus forte fuerint ab Apoſtolica Sede aſſignati, ſi Examinatores quidquam ex illis lucrarentur, viderentur quodammodo aliquid occaſione examinis ab illo percipere, quem ad Parochialem approbarunt; quod profecto quamdam ſimoniæ ſuſpicionem poſſet indoctis ingerere; cujus vel ſolam ſpeciem ab Examinatoribus arcere Tridentinum voluit. Quapropter cum de ſimili ſtatuto edito a Concilio Provinciali Compoſtellano relatum olim fuiſſet ad Sacram Congregationem Concilii, hæc illud adverſari cenſuit menti Tridentini : propoſito enim ab Epiſcopo Abulenſi ſequenti dubio : *In Epiſcopatu Abulenſi , & tota Provincia Compoſtellana ex decreto Concilii Provincialis Compoſtellani poſt Concilium Tridentinum facti datur ſtipendium Examinatoribus Synodalibus ex fructibus Parochialium , ad quas fit examen : dubitatur , an poſſit hoc dari , ſtante decreto Sancti Concilii Tridentini ſeſſ. 24, de reform. cap.* 18, Sacra Congregatio reſpondit : *non poſſe* : quod narrat Garzias *de beneficiis part. 5, cap. 7 , num.* 11.

(c) *Devoti Inſtit. Can. Lib. I, Tit. VI, pag.* 323. Nunc videamus , quibus Eccleſiaſtici Magiſtratus, & Beneficia recte tribuantur ; deinceps oſtendemus , quæ impedimento ſint, quominus rite , & recte ordines ſuſcipiantur . Illud initio tenendum eſt, vacua eſſe oportere eccleſiaſtica beneficia, ut ea recte concedantur . Nam collatio, quin etiam promiſſio beneficii non vacantis, niſi fiat a Summo Pontifice, nulla eſt, & qui prudens ad beneficium non vacuum inſtitui ſe paſſus fuit , is ab eccleſiaſtica communione pellendus eſt . Deinde collatio idoneo tempore, hoc eſt intra ſex menſes eſt expedienda , ne hoc elapſo tempore jus conferendi devolvatur ad proximum ſuperiorem , eaque non pretio fieri debet , non ſub conditione , non alternatim, non impetrari per vim, &. non per obreptionem , &. ſubreptionem .

Poſt hæc ſingulorum merita ſcrutanda ſunt , & qui cæteris præſtat , beneficium obtinere debet . Paræciæ conferendæ ſunt per concurſum , qui expeditur a tribus ſaltem Examinatoribus Synodalibus, & coram Epiſcopo , vel ejus Vicario generali , ac beneficium ab Epiſcopo deferendum eſt ad eum , qui moribus, ætate , prudentia, doctrina cunctis antecellit ; adeo, ut irrita habeatur collatio, ſi minus dignus cæteris ſit antelatus. Reliqua beneficia , quæ adjunctam non habent curam animarum, tribuenda ſunt etiam magis aptis, & magis idoneis clericis ; ſed jura humana firmas habent hujuſmodi collationes, quas minus idonei clerici impetrarunt .

Legem concurſus editam a Synodo Tridentina, ut ejus curſum, atque exitum facerent expeditiorem, declarare , & ampliare cenſuerunt Summi Pontifices , præſertim S. Pius V, Clemens XI, & Benedictus XIV. Quamobrem qui a minus æquo judicio Epiſcopi , & Examinatorum provocat ad Metropolitam , aut ad Summum Pontificem, is impedimentum inferre non poteſt, quominus alter Parochiæ po-

Digitized by Google

pant; cum autem agitur de Parochialibus Eccleſiis, ſumma proviſio

poſſeſſionem obtineat; quamquam appellationis beneficio delere poſſit repulſivæ notam, & ſuam novo experimento oſtendere virtutem.

Solutæ ſunt hac lege concurſus Eccleſiæ Juriſpatronatus laicorum. Nam oblatum a Patrono inſtituere debet Epiſcopus, ſi eum facto experimento ſine concurſu cum Examinatoribus in Synodo deſignatis idoneum inveniat. At patroni eccleſiaſtici inter approbatos ab iiſdem Examinatoribus, qui in concurſu periclitati fuerunt ingenium, & virtutem ſuam, debent digniorem eligere, atque eum Epiſcopo offerre, ne ab ipſo deinceps inſtituatur. Epiſcopus autem judicium patroni eccleſiaſtici in delectu, & præſentatione dignioris omnino ſequi debet, cum nullæ ſunt aliorum querelæ; at vero inquirit in judicium patroni, ſi quis de eo conqueratur.

His accedunt ea, quæ a jure, & quæ ab hominibus conſtituta obſervari neceſſario debent, ut eccleſiaſtica beneficia recte tribuantur. Jure cautum eſt, ut qui beneficium conſequuntur, nullo canonico impedimento teneantur. Hinc a beneficiis repelluntur baptiſmo, aut tonſura carentes, illegitimi, quibus tamen poteſt Epiſcopus veniam dare minorum obtinendorum ordinum, & ſimplicium beneficiorum; hæretici eiſque faventes, & eorum filii ad ſecundum in linea paterna gradum, in materna tantum ad primum, ſi parentes in hæreſi deceſſerint: conjugati, bigami, excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares.

II. Ut habeant ætatem neceſſariam, quæ pro ſimplicibus beneficiis eſt annorum 14, pro dignitatibus, & beneficiis, cum quibus conjuncta eſt cura animarum annorum 25, pro reliquis dignitatibus, quæ nullam habent animarum curam, annorum 22, pro Epiſcopis annorum 30.

III. Ut initiati ſint ordine, quem dignitas, aut beneficium poſtulat. Ita Sacerdotium adjunctum habent Epiſcopatus, Abbatia, Præpoſitura, Parochia, & dignitates, quæ ſecum ferunt curam animarum, & quæ Canonicorum collegio præficiuntur. Generatim tamen niſi ſecus cautum ſit vel ſtatuto, vel lege fundationis, ſancitum eſt, ut quilibet intra annum ſuſcipiat ordinem, quem cum beneficio conjunctum eſſe oportet.

IV. Denique ut ea ſint præditi doctrina, quæ eſt opus, ut recte obeant munus, quod in beneficio ineſt, utque inſigniti ſint laurea Sac. Theologiæ, Juriſve Canonici, ſi eam poſtulat beneficium, quod conſequuntur. Nam ea decoratus eſſe oportet Vicarium generalem, & capitularem, Arcidiaconum, & cæteros qui primas habent in Cathedralibus, aut in Collegiatis eccleſis dignitates.

Sunt hæc jure tradita, quibus parere, & quæ ſequi debent qui beneficia conferunt. Sed & obſervandæ, & retinendæ ſunt leges a fundatoribus conſtitutæ de ætate, meritis, & qualitatibus beneficiatorum, quamquam inde regula canonum, non quidem tollatur omnino, ſed vel paulo lenior, vel etiam ſeverior evadat. Quare etiamſi vana ſit lex, quæ eccleſiaſtica beneficia laicis adſcribit, ea tamen retinenda lex eſt, per quam ſimplices etiam Capellaniæ, & Canonicatus beneficia fiunt ſacerdotalia, aut per quam beneficia quædam, quæ jure eſſent ſacerdotalia, vel diaconalia, minoribus clericis conceduntur.

Atque hæc, quæ de Fundatorum lege dicimus, dicta etiam volumus de conſtitutionibus ſingularum eccleſiarum. Nam eas pari modo ſpectare, & ſervare decet in iis, quæ præcipiunt de canonicorum, & cæterorum beneficiatorum qualitatibus.

Illud poſtremo decet animadvertere, quod non tantum in conferendis beneficiis, ſacriſque magiſtratibus inſpicere oportet gradum, ætatem, mores, doctrinam ſingulorum, ſed etiam in eccleſiaſticis officiis,

quæ

Digitized by Google

ſio ſit, ut inter digniores digniſſimi eligantur.

QU.

quæ jure delegato mandantur. In quo tamen valeat, mandantis voluntas, atque poteſtas; præterea neceſſe eſt indolem, atque naturam juriſdictionis, quæ commiſſa fuit, diligenter expendere.

Digitized by Google

QU. XXII.

Quot, quibuſque modis viduantur Eccleſiæ Parochiales?

§. I. SUpereſt, ut de modis etiam dicamus, quibus Parochiales Eccleſiæ ſuis Paſtoribus viduantur. Sed quoniam viduitas non unarum Parochiarum propria eſt, ſed omnium Beneficiorum communis, cumque ubi egimus de Epiſcopatibus, Canonicatibus, aliiſque Dignitatibus Eccleſiaſticis, hic locus a nobis prætermiſſus fuerit, neceſſe eſt, ut hanc lacunam hic expleamus. "

§. II. „ Cum Beneficiarii proprietatem, ac dominium rerum Eccleſiaſticarum non habeant, ſed uſum, aut uſumfructum, conſequens eſt, Beneficia ad hæredes non tranſire. §. Finitur Inſt. ſi uſufruc. Itaque dicuntur, mortuis Beneficiariis *vacare*, ut aliis conferri poſſint. C. ſuſceptum de Reſcrip. in 6. Quo verbo uſus eſt Plinius Lib. X, Ep. ad Trajanum in eadem ſignificatione: *Cum ſciam*, inquit, *Domine, ad teſtimonium laudemque morum meorum pertinere tam boni Principis judicio exornari, rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel Auguratum, vel Septemviratum, quia VACAT, adjicere digneris, ut jure Sacerdotii precari Deos per te publice poſſim, quos nunc precor pietate privata.* Sed notandum eſt, ut efficax ſit collatio hujuſmodi, duo imprimis neceſſaria eſſe. Unum eſt, quod tempore collationis fato functus ſit Beneficiarius: nam ſi quis Beneficium vivi adhuc, & ſuperſtitis hominis impetraverit, ne ſecunda quidem collatio poſtea eo mortuo facta valebit. Alterum eſt, quod tantum effluxerit temporis a morte Beneficiarii, ut Pontifex de ea certior fieri veroſimiliter potuerit. Qua de re duo Canones Pontificii vulgares, & omnibus noti leguntur. Quod autem dicitur, mortuo Beneficiario vacare Beneficium, id perpetuum non eſt, ſed quaſdam habet exceptiones. I Cum in Eccleſia aliqua Canonicorum, ac Annonarum, ſive Præbendarum certus, definituſque numerus non eſt. Tunc enim uno ex Canonicis mortuo, non continuo vacare Beneficium dicitur, ut in ejus locum alius ſufficiatur. Cap. ex part. X, de conceſſ. Præb. II Cum Beneficium aliquod Epiſcopo, vel Cœnobiarchæ adjunctum eſt, ita ut Epiſcopus, vel Cœnobiarcha ad Eccleſiam regendam Vicarium, idque ad tempus, non in perpetuum conſtituat. Nam ea adjunctio facit, ut Beneficium, cui proprius alioquin gubernator præficiebatur, veluti pars quædam Epiſcopii, aut Cœnobiarchiæ eſſe intelligatur.

„ Clem.

Digitized by Google

„ Clem. Frequens X, de exceſſ. Prælat. III Cum Beneficium auctoritate Pontificis ob juſtam aliquam cauſam deletum, extinctumque eſt. Juſta autem cauſa poteſt eſſe, ſi Miniſteria, quibus Eccleſiaſticæ facultates attributæ ſunt, Eccleſiæ neceſſaria non videantur, aut inopia tanta ſit, ut Miniſteriorum numerum minui oporteat. Cap. cum acceſſiſſent X, de Conſtitut. cap. fin. de V. S.

§. III. „ Ejuratione etiam vacat Beneficium, ut puta, ſi quis jam ſenio fractus, onus, cui ferendo ſe imparem ſentit, in alium rejici velit, ideoque Beneficio ſuo renuntiet. Nam tametſi hujuſmodi hominibus non ſoleat Beneficium adimi, ſed potius curator adjungi, quem vulgo Coadjutorem dicimus; tamen hæc ſpontanea ejuratio, quæ & reſignatio non male appellatur, ob juſtam cauſam recipitur. Sed Antiſtitis ſuperioris conſenſus, atque auctoritas accedere debet, nec licet venia non impetrata Eccleſiam ſibi commiſſam deſerere. Cap. Admonet X, de Renunt. Id, quod Meletium aliquando feciſſe ſubditorum inobedientia offenſum, teſtis eſt Theodoretus Lib. II, cap. 31. Quod eſt accipiendum, niſi Summus ejuretur Pontificatus Cæleſtini exemplo. Nam & Pontificem Romanum eo ſe abdicare poſſe conſtitutum eſt, Conſt. de Reſ. in 6. Sed & Patroni quoque voluntas hic neceſſaria eſt, ſi talis ſit Eccleſia, quæ Patronum agnoſcat. Quod ſi quis diploma obtinuerit a Pontifice pro conſequendo Beneficio, quia nullam adhuc Eccleſiam regit, cujus deſertio damnum nullum poſſit afferre, is cedere, ac renuntiare juri ſuo abſque Antiſtitis venia poteſt. Cap. Ad Audientiam de Reſcrip.

„ Quiſquis Beneficium Eccleſiaſticum habet, ſi juſta probabilique cauſa ducatur, id ejurare poteſt. Nec refert, corpore ſano, aut infirmo ſit, cum vel inſtante morte Beneficium ejurare liceat; idque ab iis fieri ſolet, qui in gratiam amicorum Beneficiis renuntiant. Cap. pœn. de ren. Poteſt & reus criminis poſtulatus ejurare, nec poſtulatus modo, ſed etiam damnatus, ſi a ſententia adverſus ſe lata appellaverit. l. qui a latron. de Teſtam. Impubes tamen ſi Beneficio aliquo auctus ſit, id ejurare poſſe non videtur, propter infirmitatem conſilii, quamvis adultus ſine curatore id poſſit. C. ſi annum de Ind. in 6.

„ Beneficium ejurari debet apud ſuperiorem Antiſtitem, uti diximus, vel ab ipſo Beneficiario præſente, vel ab alio, quem ejus rei gratia procuratorem dederit. Nec dubium eſt, quin alieno nomine facta ejuratio valeat, niſi mandatum, re integra, fuerit revocatum. Sed videndum eſt, ne quis ad Beneficium ejurandum metu adigatur, alioquin, ut pleriſque placet, irrita eſt ejuratio. Cap. Super hoc de Renunt. Præterea pure, ac ſimpliciter ejurandum eſt Beneficium abſque ulla conditione pactioneve, ne in crimen Simoniaci ambitus incurratur: Itaque vulgo receptum eſt, ejurationem ita factam non recipi, ut certæ perſonæ, quam nominat, & exprimit

„ eju-

„ ejurans, Beneficium conferatur, niſi „ apud Romanum Pontificem fiat.

„ Ejurato Beneficio & alii collato omne jus in novum Beneficiarium tranſit, nec priore vita functo, qui in ejus gratiam ejuravit, „ vacare Beneficium dicitur. Sed hoc „ ita intelligendum eſt, ſi huic novæ collationi poſterior conſenſerit. Cap. ſi tibi abſent. de Præb. „ in 6. Nam eo non acceptante, „ ſed repudiante, potius priſtinum „ jus retinet is, qui ejuravit, quaſi „ non exiſtente conditione."

§. IV. „ Ad Beneficiorum permutationem quod attinet magna ratio ſuadet, ut Beneficiariis non „ permittatur Beneficia ſua invicem „ permutare, & de eisdem uti de „ rebus profanis, quarum domini „ ſunt, inter ſe paciſci. Nam & „ Concilio Turonenſi hujuſmodi permutatio prohibita eſt, C. quænam „ de Perm. eſtque pœna jure Pontificio in permutantes ſtatuta, ut „ Beneficia ſua amittant. Proinde ſi „ cui forte Beneficiorum ſuorum commutatio expedire videatur, adeundus eſt ſuperior Antiſtes, coram „ quo uterque Beneficium ſuum ejuret, non ſimpliciter, ſed ut alterum conſequatur. Ac ſi juſtam iſtius „ commutationis cauſam eſſe animadverterit Epiſcopus, Beneficia, „ de quibus agitur quaſi vacantia „ ejurantibus ipſis conferre poterit. „ Unum hic notandum eſt, ſi ex altera parte ſatisfactum non fuerit, „ quia forte Beneficium traditum non „ eſt, aut poſt traditionem evictum, „ licere alteri Beneficium, quo ſe „ abdicavit, repetere. Cap. ſi Beneficia de Præb. in 6. Quo caſu novam collationem non requiri verius eſt, modo Beneficiarius vim „ non affectat alii, ſed auctoritate „ publica poſſeſſionem apprehendat. „ Cap. eorum, qui de Præb. in 6.

§. V. „ Cum Beneficiarius ad Epiſcopalem honorem provehitur, vacat ejus Beneficium, & alteri conferri poteſt. Idem de eo dicendum eſt, qui Beneficium unum obtinens, quod animarum curationem habet, aliud ſimile Beneficium „ conſequitur; prius namque Beneficium haud dubie vacat; poſterius „ vero ita demum retinet, ſi priore „ apud Ordinarium Antiſtitem ſeſe „ abdicaverit. Si enim prius Beneficium non dimiſerit, non ſolum „ eo privatur, ſed quorumcumque „ etiam Beneficiorum in poſterum „ obtinendorum incapax efficitur. „ Nam valde abſurdum eſt, uni duo „ munera committi in Eccleſia, niſi „ gravis aliqua cauſa, & neceſſitas „ id fieri cogat. Can. ſingulæ Diſt. „ 89. Itaque Concilio Chalcedonenſi, & quibusdam aliis vetitum eſt, „ ne quis in duabus Eccleſiis ordinetur, quod & in muneribus civilibus, ac prophanis Imperatorum „ leges prohibent. l. ult. C. de Aſſeſſ. Poſtulat tamen aliquando neceſſitas, aut utilitas evidens Eccleſiæ, ut duo plurave munera Eccleſiaſtica unus idemque obeat, ut „ puta, ſi ea ſit hominum idoneorum penuria, ut præſter unum multis Eccleſiis, quam ſingulos ſingulis præfici. In gratiam vero perſonarum magis, quam Eccleſiæ Beneficia coacervare, quamvis & genere, & doctrina aliis antecellant, „ peſſimi res exempli, & antiquis „ Canonibus omnino contraria eſt. „ Itaque gratiam horum Canonum a „ ſo-

„ ſolo Pontifice Romano fieri poſ- „ ſe conſultum eſt. C. de mult. de „ Præb.

§. VI. „ Nihil eſt ab omni ratio- „ ne alienius, quam eos præfici Ec- „ cleſiis, qui munus ſuum negligunt. „ Itaque adverſus eos, qui aſſidui „ non ſunt in Eccleſiis ſibi commiſ- „ ſis, varii Canones editi ſunt. Va- „ riæ item leges Imperatorum, qui- „ bus nominatim cautum eſt, ut ab- „ ſentes Clerici, ſi ad Eccleſias ſuas „ non redierint, Beneficia iis adi- „ mantur. Nec juſta eſt excuſatio „ eorum, qui vicaria quorumdam „ Sacerdotum opera in obeundo mu- „ nere ſuo utuntur, cum ipſi eo fun- „ gi debeant. Re indignum eſt, ut „ Innocentius ait, conductitiis Pres- „ byteris Eccleſiam committi, Can. „ ult. cauſ. 21, qu. 2. Inſiſtunt ta- „ men cauſæ interdum, propter quas „ excuſatione dignus ſit Clericus, & „ ab Epiſcopo ſuo veniam impetra- „ re debeat. Cap. cum ad hoc de „ Cler. non reſid. & cap. licet de „ elect. in 6.

§. VII. „ Ob crimen aliquando Be- „ neficium amittitur, idque contin- „ git, vel quia ipſo jure vacat, vel „ quia deponitur Beneficiarius cauſa „ cognita, & Beneficio ſuo priva- „ tur. Exemplis hoc dilucidius fiet, „ quæ ſequuntur. I Ambitus Simo- „ niaci reus quibusdam Pontificiis „ Conſtitutionibus deponi jubetur, c. „ de hoc, c. inſinuatum de Simon. „ Quæ conſtitutiones judicium, ac „ ſententiam requirunt, qua Benefi- „ ciario adimatur Beneficium, nec „ ante eam ſententiam vacare dici- „ tur; ſed Paulus II atrocitate cri- „ minis, quod in dies magis magiſ- „ que invaleſcebat, commotus de- „ crevit, ut pœnas omnes legitimas „ incurrat is, qui hoc flagitium ad- „ miſerit, non expectata judicis ſen- „ tentia. Extrav. cum deteſtabile de „ Simon. Ac mihi quidem videtur „ generaliter accipienda Conſtitutio „ ſive datum aliquid pro ordinatio- „ ne, ſive promiſſum fuerit, cum „ hæc paria ſint. Nec aliter ſenſit „ Paulus, ſi quis commode, & abſ- „ que cavillatione verba Conſtitu- „ tionis interpretetur. Sunt tamen „ qui contendunt de datione tan- „ tum, non etiam de promiſſione in- „ telligendam eſſe Conſtitutionem; „ quorum leviſſimas, ni fallor, ratio- „ nes hic referre operæ pretium non „ duxi. Unum hic notandum eſt, de „ Beneficio hic nos non loqui, quod „ quis per ambitum adeptus eſt, cum „ ſatis conſtet, collationem hujuſ- „ modi nullam eſſe. Noſtra etenim „ diſputatio ad alia Beneficia perti- „ net legitime acquiſita, quæ nihi- „ lominus propter ambitum amittun- „ tur.

„ II. Ob incontinentiam adimitur „ Clerico Beneficium, ut puta, ſi „ focariam, ſive concubinam ha- „ beat, nec eam rite monitus a ſe „ dimittere velit. Ac ut omnis vi- „ tetur ſuſpicio, nullam eis mulie- „ rem, exceptis quibusdam, domi „ ſuæ habere licet. Olim Monachi, „ ac Sacerdotes feminas apud ſe re- „ tinebant, quæ nec eorum uxores „ erant, nec concubinæ, ſed comi- „ tes, ac ſociæ cœlibatus, easque „ Græci συνεισάκτας, interpretes vul- „ go *ſubintroductas* vocant. Sed & „ feminæ quoque viros ſibi contu- „ bernales hoc modo adſciſcebant. „ Verum Nicæna Synodus propter „ ſtupri ſuſpicionem hoc contuber-

„ nii

Digitized by Google

,, nii genus improbavit. Can. inter-
,, dixit diſt. 35. Cujus meminerunt
,, Juſtinianus, & Euſebius lib. 7 Hiſt.
,, Eccl. De his loquitur Chryſoſto-
,, mus in ſermone quodam πρὸς τοὺς
,, ἔχοντας συνεισάκτους, & Gregorius in
,, quibusdam locis, quæ a Budeo in
,, commentariis Græcæ linguæ refe-
,, runtur. Quod dictum eſt de con-
,, cubinatu, id multo magis in ma-
,, ſcula Venere locum habet.

III. ,, Perjurium juſta cauſa eſt,
,, propter quam Beneficium Clerico
,, auferatur. Ac tametſi quidam exi-
,, ſtiment, eum, qui pejerat, conti-
,, nuo Beneficium ſuum amittere, ta-
,, men receptius eſt, depoſitionem,
,, privationemque hic neceſſariam eſ-
,, ſe.

IV. ,, Cædis, ſive homicidii con-
,, victus Beneficio ſuo privatur per
,, Judicis ſententiam, nec illud ipſo
,, jure amittit. C. de Cler. pugn. in
,, duel.

V. ,, Ob crimen perduellionis va-
,, cant ipſo jure Beneficia abſque ul-
,, la privatione, ſive depoſitione.
,, Cap. Filius de Pœn. in 6. Eadem-
,, que videtur eſſe cauſa hæreticæ
,, impietatis. Cap. ad abolendum de
,, hæretic.

VI. ,, Præter ea crimina, quæ jam
,, recenſuimus, generatim dicendum
,, eſt, ſi quid gravius admiſerit Be-
,, neficiarius, aut ſi quæ nota infa-
,, miæ eidem inuſta ſit, eum Bene-
,, ficio privandum eſſe; non enim
,, omnia crimina comprehenduntur
,, certa definitione, ſed prudentis ju-
,, dicis eſt in iis, quæ ſimilia ex-
,, preſſis videntur, eamdem regulam
,, ſequi. Qua in re Panormitanus
,, admonet, priſcorum Canonum ſe-
,, veritatem uſquequaque hic ſpectan-
,, dam non eſſe, propterea quod hu-
,, jus ſæculi homines cum priſcis il-
,, lis conferri non poſſint, ſive ſta-
,, turam, & vires corporis, ſive mo-
,, res, & ingenium reſpicias, juxta il-
,, lud Poetæ: *Terra malos homines*
,, *nunc educat, atque puſillos*: quo
,, nomine etiam Homerus crebro ad-
,, modum conqueritur, vel Plinio
,, auctore. Quod autem de infamia
,, diximus, de ea accipienda eſt,
,, quæ jure, ac legibus irrogatur.
,, Præterea ob juris infamiam ipſo
,, jure non vacat Beneficium, ſed
,, privatione, ac depoſitione opus
,, eſt.

§. VIII. ,, Sunt & alii modi, qui-
,, bus vacant, & amittuntur Bene-
,, ficia, cujuſmodi eſt Profeſſio Mo-
,, naſtica, Matrimonium verbis in
,, præſens tempus conceptis contra-
,, ctum, & Ordinatio, ſive initia-
,, tio neglecta ab eo, qui Beneficium
,, curationi animarum conjunctum
,, adeptus eſt. Sed hæc partim ex ſu-
,, perioribus diſputationibus, partim
,, ex aliorum (a) Scriptis cognoſci
,, poſſunt. "

QU.

(a) *Berard. J. E. U. Tom. II, Diſſ. VII, cap.* 1, *pag.* 254. Quamquam beneficium eccleſiaſticum ita Clericis ſit concedendum, ut numquam conceſſio retractetur, plures tamen ſunt cauſæ jure probatæ, quibus extra ordinem amittatur. Id tribus mo-

modis contingere poteſt, primum juris poteſtate, deinde ſententia Judicis, poſtremo clerici beneficiarii facto.

De cauſis, ex quibus Beneficium amittitur juris poteſtate.

Inſtar perſonalium ſervitutum, qualis eſt uſus-fructus, uſus, aut habitatio, amittitur primo beneficium ipſo jure moriente beneficiario, cum numquam recepta ſit in eccleſiaſticis juribus, vel oneribus hæreditaria ſucceſſio, cap. 5, de pactis. Item cum beneficiarius majore excommunicatione ab eccleſia ejicitur, cap. 53, in fine de appellatione. Etenim excommunicatio hæc morti æquiparatur, quemadmodum apud Romanos deportatio, ſive ejectio abs juribus univerſis Romanæ civitatis. Id vero tum demum locum habet, cum clericus per annum in excommunicatione pervicax perſtiterit, ſive, ut pragmatici loquuntur, inſordeſcentiam contraxerit, argumento cap. 8, de ætat. & qualitat. præfic. cap. 6, de cler. excom. miniſtr. juncto cap. 3, verſ. *qui autem* de hæretic. niſi tamen ante inſordeſcentiam in officio miniſtraverit; cum enim excommunicatus miniſtrans irregularitatem illico incurrat, ſtatim a beneficio cecidiſſe videtur, a cujus propterea poſſeſſione ſit deturbandus, cap. 6, de cleric. excom. Hinc autem facile colliges, ipſo jure cadere Clericum a beneficio, quoties irregularitatem contraxerit; quæ tamen in re ſecernenda erit duplex irregularitatis, in quam clericus inciderit, cauſa, nimirum irregularitas ex delicto contracta ab irregularitate fato quodam contingente, ita ut ex priore irregularitatis ſpecie beneficium amittatur, non ex poſteriore; cap. 2, 5, & 6, de cler. ægrot. vel debilit. & cap. un. eod. tit. in 6. Ex ſola ſuſpenſione non ſtatim, aut ipſo jure clericus beneficio cadit, ſed tantum datur Prælato facultas eum clericum ſpoliandi, ſi per annum contumax in ſuſpenſione perſtiterit; dicto cap. 8, de ætat. & qualitat. præfic. Ex his facile liquet, beneficium ipſo jure amitti ab eo, qui in hæreſim, ſeu in apoſtaſiam inciderit, can. ult. diſt. 50, cap. ult. de apoſtatis, cap. 6, & paſſim de hæret., cap. 2, verſ. *hæretici*, & verſ. *ad hæc* eod. tit. in 6. Quod ſi quis ſit de hereſi ſuſpectus, atque intra annum ſe purgare non curet, quamquam ad purgationem Superioris auctoritate vocetur, inſtar hæretici habendus erit, cap. 5, de hæret. in 6. Sunt qui putant, quod de hæreticis dicitur, ad hæreticorum filios ad ſecundum uſque gradum, ſi de paterna, & in primo gradu, ſi de materna linea agatur, eſſe extendendum, quaſi id deducatur ex cap. 15, de hæretic. in 6, & extravagant. unic. Joannis XXII, verſ. *Filii* de pœnis. Verum ego non arbitror, eam eſſe Eccleſiæ mentem, ut pios, & bene de ſe meritos Clericos utur hæreticorum filios ab officiis ſemel ſuſceptis ejiciat, neque in memoratis Conſtitutionibus aliud invenio cautum, quam hæreticorum filios non eſſe ad beneficia officiave ſacra vocandos; aliud autem eſt, non vocari, vel non admitti, aliud ſemel vocatos, vel admiſſos arceri. Amittitur præterea beneficium ipſo jure ab iis, qui ſimoniace illud impetraverint, can. 5, & 9, cau. 1, qu. 3, Concilio Chalcedonenſi can. 2, Concilio Trullano can. 22, item ab iis, qui aliud obtinuerint beneficium, quod ſive ex veterum, ſive ex Tridentini Concilii diſciplina incompatibile appelletur, quemadmodum ſuperius fuit animadvertendum. His addendum eſt beneficia ipſo jure vacare, quoties clericus intra annum ſe promovere non curet ad illum ordinem, quo vel juxta beneficii naturam, vel ex tabulis fundationum ſingularibus debet initiari, cap. 14, de electio. in 6, aut quoties beneficiarius patiatur, alium clericum per triennium in beneficio conſiſtere juxta ea, quæ diximus ad regulam 36. Cancellariæ de triennali poſſeſſione. Electione quoque, aut translatione ad Epiſcopatum, aliamque aut fere parem, aut majorem dignitatem, beneficia prius obten-

renta amittuntur, cap. 7, verſ. *Cum vero* de electione. qua in re ſingulari jure obſervatur, hodie non expectari tempus conſecrationis, aut captæ Epiſcopalis beneficii poſſeſſionis, niſi ſingulare indultum a Romano Pontifice obtineatur, propterea quod in Conſiſtoriali cedula, qua quis ad hujus generis dignitates promovetur, clauſula apponi ſolet, qua declaratur, promoti beneficia vacare. Item pro vacante ipſo jure habetur beneficium Epiſcopale, ſi electus electioni de ſe factæ, intra menſem non conſentiat nullo juſto impedimento detentus, cap. 6, de election. in 6, aut ſi intra ſex menſes poſt præſtitum electioni conſenſum non petat confirmationem, dicto cap. 6, in fine, aut ſi ante tempus abs jure conceſſum bona Eccleſiæ adminiſtraverit, cap. 5, eod. tit. in 6. Quicumque etiam beneficia Eccleſiaſtica propria auctoritate invadunt, omni jure, quod illis in eadem forte competeret legis poteſtate privantur, cap. 18, de præbend. in 6, quod ipſum recipiendum eſt adverſus eum, qui jura beneficii auctoritate Judicis occaſione litis ſequeſtrata, occupet, vel quoquo modo remanere penes ſequeſtrem impediat, Clement. unic. de ſequeſtr. poſſeſ. & fruct. item adverſus eum, qui cum plura beneficia ex diſpenſatione Pontificis Maximi obtinuerit, monitus ab Ordinario intra tempus præſtitutum diſpenſationis monumentum minime exhibuerit, cap. 5, de Offic. Ordin. in 6. Iſtis adcenſebis reos criminis læſæ majeſtatis, cap. 10, de hæretic. falſi crimen in literis Apoſtolicis admittentes, cap. 7, de crim. falſi, reos criminis ut vocant, *aſſaſſinii*, cap. 1, de homicid. in 6, reos atrocis contra Eccleſiæ Romanæ Cardinales, aut Epiſcopos injuriæ cap. 5, de pœn. in 6, Clement. 1, eod. tit. & reos illatæ vis cauſa reſignationis, clement. 2, eod. tit. Non eſt omittendum ipſo jure beneficia amitti, cum beneficiarius in eam ſeſe conſert conditionem, & ſtatum, quem ipſa beneficii ratio pati nequit; quod potiſſimum contingit, quoties beneficiarius vel matrimonium contrahat, cap. 3, & 5, de cler. conjug. vel monaſterio ſe tradat, habitumque induat monacalem, quod intellige ita demum, ſi firmum in Monaſterio permanendi propoſitum exhibeat, juxta capitulum 4, de regular. in 6. Nam ſi forte aut religioſam profeſſionem non emittat, aut emiſſam revocet, allegando eam irritam eſſe, non dubito, quin beneficium recuperare valeat, ſaltem ope reſtitutionis in integrum, argumento canonis 1, cauſ. 17, qu. 2, cui jungi poteſt cap. 16, ſeſſ. 25, de regul. in Concilio Tridentino. Dicendum etiam erit, eſſe amiſſum beneficium, quoties clericus habitum clericalem ita mutaverit, ut nulla ſuperſit dubitatio, quin a clericali militia receſſerit, quemadmodum ex recentioribus numero plurimis Pontificum maximorum conſtitutionibus receptum eſt. Denique ut omnia paucis complectar, amittitur juris poteſtate beneficium, quandocumque, & qualicumque ex cauſa vel generales, vel ſingulares Diœceſeon leges aperte declaraverint, clericum beneficio cadere. Qua in re illud erit perpetuo animadvertendum, ut numquam credendus ſit clericus a beneficio cecidiſſe, quouſque de perſpicua conſtitutione clericum damnante non conſtet.

De cauſis, ex quibus beneficium ſententia Judicis amittatur.

Omnia fere beneficia, quæ ipſo jure amiſſa proponuntur, videtur quoquo modo per Judicis ſententiam amitti: etenim utcumque caſus veniat, quo clericus beneficio cadat ex legis poteſtate, neceſſaria ſemper erit Judicis declaratio, qua conſtet, eumdem a beneficio cecidiſse. Non inde tamen deducitur, beneficium hac ratione amiſſum proprie cenſeri quaſi amiſſum ſententia Judicis ob plures juris effectus, qui etiam ante ſententiam locum habere poſſunt; inter quos ille præ cæteris recenſetur, quod etiam ante Judicis declarationem beneficium eo modo vacans valide, ut loquuntur ſcholæ, conſetretur, quoties nihil aliud obſtaret, licet inſtitutus in eo beneficio non citato ſpoliato non poſ-

poſſet in corporalem vacantis beneficii poſſeſſionem induci, cap. 18, de præbend. Itaque beneficium proprie dicitur ſententia Judicis amitti, cum clericus dignis de cauſis Superioris auctoritate beneficio ſpoliandus eſt, vel ordinario jure, quoties id faciendum ab Ordinario expreſſe ſacri canones moneant; vel extra ordinem, quoties ſingularis emergat cauſa, qua pœna gravis ſit clerico infligenda ſacris canonibus expreſſe non definita. Sane hac in re eccleſiaſtici Judices duplicis generis ſententiam pronunciare poſſunt. Vel enim clericum a beneficio repellunt per modum, ut ajunt, pœnæ, vel per modum, ut ajunt, cenſuræ. Pœna eſt privationis beneficii, cum clericus ita repellitur, ut perpetuo excludatur; ſi vero ad tempus tantum clericus arceatur, ſive determinatum, puta ad annum, ſive indeterminatum ex. gr. quouſque reſipiſcat, non pœna dicitur, ſed cenſura, propterea quod hac in ſpecie terretur quidem clericus, ſed non punitur. Hinc liquet, proprie non vacare beneficium illata cenſura, ſed demum inflicta pœna. An vero pœna, an cenſura illata ſit, id ex conceptis pronunciatæ ſententiæ formulis dignoſcitur.

Cauſæ, ob quas diſciplina Eccleſiaſtica poſtulat, ut clericus beneficio judicis auctoritate privetur, ad has ut plurimum referuntur. Prima eſt, ſi clericus ſacri officii a ſe obeundi, & ſui gradus immemor ſæcularibus negotiis incumbat. Secunda ſi turpi, & inhoneſtæ vitæ ſe dedat, cap. 14, de vita, & honeſt. cleric. cap. 4, 6, de habit. cleric. & mulier. Concilio Tridentino ſeſſ. 21, cap. 6, & cap. 14, ſeſſ. 25, de reform. Tertia ſi clericus violaverit indictas reſidentiæ leges juxta ea, quæ ſuperius tradita ſunt tam ex generali veterum Conciliorum diſciplina, quam ex recentioribus Concilii Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum conſtitutionibus, cap. ult. de Cler. non reſid. Concilium Tridentinum ſeſſ. 6, cap. 2, ſeſſ. 25, cap. 1, & ſeſſ. 24, cap. 12, de reform. Denique paucis concludere poſſum, prudenti Epiſcoporum arbitrio reſervatum eſſe, ut, ſi quando clerici aut officio non fungantur ſuo, aut graviſſimi cujuſdam criminis rei redarguantur, pro modo admiſſi exaſperare pœnas poſſint uſque ad beneficii privationem, etiamſi hujus generis pœna expreſſa canonum definitione inferenda non dicatur, dummodo tamen præcedat Epiſcoporum eorumdem monitio, cum non ſit pœna adeo gravis niſi in contumaces ferenda. Hinc colliges, quid ſentiendum ſit in ea quæſtione, num, ſi Theologalem Præbendam poſſidens cauſa tradendæ ſacræ doctrinæ ſuo munere non fungatur, atque pertinax adeo ſit, ut jubenti Epiſcopo parere detrectet, poſſit tamen præbenda privari, licet in Tridentino Concilio ſeſſ. 5, cap. 1, de reform. nihil tale expreſſe definitum appareat. Neque enim dubito, eam conceſſam intelligi Epiſcopo facultatem juxta generalem canonum diſciplinam, quæ non fuit expreſſe denegata.

De cauſis, quibus beneficiarii facto ſuo beneficia Eccleſiaſtica amittunt.

Quoties de munere publico agitur, regulæ etiam Romani juris perſpicue docent, neminem poſſe ſe officio abdicare, l. 1, ff. de excuſat. & vacat. mun. Quamobrem cum etiam clericorum munera beneficiis adnexa juris publici eſſe videantur, generalis erit recipienda doctrina, quæ poſtulat, ne ſemel ſuſcepta dimittantur. Hæc ratio eſt, quare prioribus Eccleſiæ ſæculis uſque ad duodecimum, vel decimum tertium, vix exempla inveniamus Clericorum a ſuis beneficiis recedentium ex eo præſertim, quod cum beneficia tunc temporis a ſacra ordinatione penderent, & ſacra ordinatio perpetuo vi indelebilis characteris conſiſtat, ipſa quoque beneficia perpetuo clericis adhærebant. Non perſequor fuſius hanc rem, utpote quam expendi initio tractationis, dum beneficiorum naturam, & qualitates univerſas explicarem. Verum recentiore ætate, poſtquam præ-

ſertim collatio beneficii fuit ab Ordinum collatione ſejuncta, inductum eſt, ut abdicationes, ſeu renuntiationes facilius reciperentur. Huic etiam novæ diſciplinæ invehendæ occaſionem dedit diverſa, quæ ſequiore ætate fingi cœpit, beneficiorum imago, contra quam eſſet in rei veritate, atque ad ſacros canones apte adpoſiteque. Ipſum beneficii nomen, quo exemplo feudorum eodem nomine olim deſignatorum indicari videbatur, Clericos ad beneficium vocatos præmio quodam affici, inſinuabat apud plures, liberum eſſe ſive illud retinere, ſive rejicere, propterea quod in invitum nullæ conferuntur liberalitates. Multitudo quoque illorum, qui beneficia paſſim poſtulabant, videntur inanem reddere priſcam illam ſollicitudinem Epiſcoporum, qua invitos clericos in miniſterio detinebant. His acceſſerunt jura clericorum beneficiariorum, quæ ex uſu loquendi, & ex Pragmaticorum traditionibus magni fiebant; cum paſſim ſcribere non dubitaverint, beneficiarios aut eſſe fructuum dominos, aut ſaltem jus habere ſplendide utendi commodis beneficii; item e converſo onera beneficiis adnexa, quæ paſſim imminuebantur, aut cum clerici plures dicti ſunt a reſidentiæ lege ſoluti, aut cum traditum eſt, poſſe clericos per ſubſtitutum Eccleſiæ miniſtrare, & his ſimilia. Et quamquam identidem Eccleſiaſticis legibus, ac præſertim ex Tridentinis decretis cautum ſit, ne hæc difformis, & prava beneficiorum imago cuderetur; interea tamen ſatis fuit, ut aliquando talis apud plures efformaretur, quo facile & ceſſiones, & reſignationes admitterentur. Eo amplius itum eſt, ut renuntiationum etiam admitterentur diverſa genera, qualia ſunt aut renuntiationis ſimplicis, ſive puræ, aut renuntiationis conditionalis, quæ triplici adjecta conditione fieri poſſet: nimirum vel ut beneficiarius ad aliud beneficium transferatur, vel ut beneficium cum beneficio commutetur, vel ut dimiſſum beneficium certo deſignato clerico conferatur, quam poſtremam ſpeciem appellant noſtri reſignationem in favorem. Hinc ſtatim nemo non videt, renuntiationem ſimplicem, ſive puram illico vires ſuas exerere, ubi legitima facta ſit, renuntiationem autem conditionalem quæcumque tandem ex memoratis conditionibus adjiciatur, in ſuſpenſo manere, donec conditio impleatur.

Si renuntiationes pure, ac ſimpliciter factas renuntiationibus conditionalibus conferamus, illico obſervandum occurret, iſtas magis, quam illas Sanctorum Patrum regulis adverſari. Revera renuntiationes ſimpliciter, ac pure factæ repugnant tantum naturæ beneficiorum, quæ publica munera ſunt, proindeque perpetua: at quæ ſub conditione fiunt, præterquam quod æque repugnant beneficiorum naturæ, cauſas identidem habere poſſunt in privatis adfectionibus in ambitu, in avaritia, atque his ſimilibus animi notis. Item renuntiatio ſimplex, & pure facta adhuc eſſe poteſt penes eum, qui beneficiorum imaginem ſibi fingat Sacrorum Canonum principiis conſonantem. Finge enim vero, aliquem ſibi perſuadere, beneficia eſſe onera graviſſima clericorum, beneficiarios laborioſam vitam ſuſcipere, vix uti bonis beneficii poſſe ad ſui neceſſitates. Hic ſane adhuc moveri ad renuntiandum poteſt, propterea quod velit vitam in quiete, ac tranquillitate traducere, edem ratione, qua veteres etiam honeſti viri regimen Eccleſiarum fugiendo vitabant. E contrario qui ſub conditione beneficium reſignat, jam animo præconcepit, beneficia commodum beneficiario parere, & commodum eo majus, quo majora beneficia ſunt; præconcepit animo, ut verbo dicam, dari potius beneficia hominibus, quam beneficiis homines. At enim finge, quemquam renuntiare beneficio translationis, vel permutationis cauſa. Is putat, majorem fructum ex novo adquirendo beneficio percepturum; quod vel ipſa quotidiana experientia docet, qua intuemur paſſim, unumquemque conari, ut vel de tenuioribus ad pinguiora beneficia transferatur, vel illud beneficium permutationis cauſa adquirat, in quo majus ſibi commodum fore ſentiat.

Fin-

Digitized by Google

Finge, quemquam renuntiare ſub ea conditione, qua beneficium certæ a ſe ſelectæ perſonæ adquiratur. Is putat, ſe ea ratione ſuis neceſſariis, amiciſve conſulere. Hæc cauſa eſt, quare apud veteres adeo improbarentur clericorum translationes, Can. 24, 25, & paſſim cau. 7, qu. 7, Can. 107, de conſ. diſt. 4. Hæc cauſa eſt, quare beneficiorum permutationum, aut reſignationum in favorem nulla exhibeantur apud antiquos exempla, non in Actis Conciliorum, non apud Hiſtoricos rerum Eccleſiaſticarum ſcriptores, non denique apud Collectores Canonum, ne apud ipſum quidem noviſſimum decretorum collectorem Gratianum. Equidem inde paullatim uſu receptæ ſunt omnes. Interea tamen juvat in primis obſervaviſſe, quibus principiis nova hæc diſciplina conſiſtat, ex quibus concludi recte debet, cum illæ a recta Canonum diſciplina deflectunt; tum demum probare facile poſſe, cum vel eas neceſſitas Eccleſiarum probandas ſuadeat, vel ſaltem Eccleſiarum utilitas ad eas deveniendum eſſe poſtulet, Cap. 8, de præbend. cap. 5, de rerum perm. juncto Cap. 1, eod. tit. in 6, & Clement. un. eod. tit. Itaque in hac re cavendum ſemper erit, ne privati potius commodi ſive proprii, ſive alieni, quam publicæ utilitatis ratio apud renuntiantem locum habeat, ne forte turpe ſimoniæ vitium aliquando contrahatur, dicto cap. 5, de rer. perm. Declinandum præterea erit a vitio, uti vocant, confidentiæ, apertiſſimis Pontificum Maximorum, & numero plurimis Conſtitutionibus improbato; quod tunc admittitur, cum Clericus beneficium impetrat, intercedente conventione quadam ſive expreſſa, ſive tacita, ut receptum beneficium in alium transferat, vel impetrati beneficii fructus ab extraneo percipi ſinat, quod tanquam ſimoniæ labem deteſtabilem continens damnaverum Pius IV in Conſtitutione *Romanus* 85, Sixtus V in Conſtitutione *Paſtoralis* 61, & Pius V in Conſtitutione *Durum nimis* 104, inflicta etiam adverſus confidentiarios omnes anathematis pœna. Paucis dicam: damnandus ſemper erit Clericus, quoties beneficium impetrat non animo perpetuo in eo manendi, ſed illud poſt certum tempus dimittendi, vel gratia amici, vel conſanguinei, vel ut habeat, quod cum alio beneficio permutet. Videatur etiam Conſtitutio Pauli IV, quæ incipit *inter cæteras* 33, ubi etiam excommunicatione inodantur ii, qui aliorum induentes perſonas ſeſe examini ſubjiciunt cauſa adipiſcendi beneficia, quæ concurrentibus, aut alias poſt examen repertis idoneis conceduntur, ut brevi manu in amicos, vel in alios bene erga ſe meritos eadem beneficia transferant. His conditionibus, quibus pactum intercedit translationis, vel permutationis vel conceſſionis beneficii alterius gratia non diſſimilis eſt altera conditio, qua quis ita cedit beneficio ut penſionem in eodem beneficio ſibi reſervet; etenim etiam in iſta conditione maxime locum habere aliquando poteſt & privata adfectio, & frans. Quid enim ex. gr. ſi quem miniſterii Eccleſiaſtici tædeat, & cum alias par eſſet obeundo Eccleſiaſtico muneri, mallet poſt adeptum beneficium otioſam vitam traducere, nihilominus utens beneficii redditibus certa penſione ſibi reſervata in renunciatione? Quid, ſi quis beneficium impetraverint non animo retinendi, ſed poſt breve tempus cedendi reſervata ſibi penſione? Hæc omnia, atque his ſimilia non niſi ex pravis animi adfectionibus oriuntur, proptereaque damnanda ab omnibus exiſtimantur.

Quæcumque fiat beneficii ceſſio, ſive renunciatio, debet fieri legitimi ſuperioris auctoritate, atque illis præterea conſentientibus, quorum intereſt. Requiritur in primis legitimi ſuperioris auctoritas non tam ex eo, quod unumquodque eo modo diſſolvendum ſit, quo fuit colligatum, cap. 1, de reg. jur. ac propterea non debeat cedi beneficium, niſi interveniente auctoritate illius, ſine cujus facto concedi non poterat; quam ex eo, quod beneficium cedi nequeat, niſi legitima ſuadente cauſa, atque eadem cauſa debeat a ſuperiore probari.

bari. Legitimi ſuperioris nomine eum intelligo, ad cujus ordinariam jurisdictionem pertinet collatio beneficii illius, de cujus agitur abdicatione, qui ut plurimum eſt Epiſcopus, Cap. 4, de renunc. Quod ſi agatur de renunciatione beneficii cauſa permutationis, & beneficia in diverſis Diœceſibus ſita ſint, tunc utriuſque Epiſcopi accedere debet auctoritas. Singulare quidquam jamdiu receptum eſt in tranſlationibus Epiſcoporum, quæ ſunt ſoli Romano Pontifici reſervatæ, Cap. 2. de tranſlat. Epiſcop. Item hodie reſervantur Pontifici Maximo admiſſiones renunciationum, quæ fiunt favore alterius, quod primum obtinuiſſe videtur poſt editam Pii V Conſtitutionem, quæ incipit *Quanta Eccleſia* 58, in Bullario Romano. Viſa fuit hæc cauſa digna maturiore judicio, quam propterea Pontifices Maximi in ſuam curam, ac providam ſollicitudinem reciperent: adeo verum eſt, in his ſpeciebus verendum maxime eſſe, ne fraus fiat utilitatibus Eccleſiarum, & ſolis privatorum adfectionibus indulgeatur. Nihil amplius hoc in loco dico de renunciatione facienda ſub reſervatione penſionis, poſtquam plura in hanc rem in præcedente Diſſertatione Cap. 3, adnotanda fuerunt. Dixi præterea, requiri conſenſum illorum, quorum intereſt. Hujuſmodi ſunt patroni, ſive laici, ſive Eccleſiaſtici, quoties agatur de beneficio eorum patronatui obnoxio: item ii, qui jus habent eligendi, quoties agatur de beneficio electivo. Quid vero, ſi Epiſcopus, aut alius Prælatus, ad quem ea pertinet juriſdictio, renunciationem exiſtimet eſſe Eccleſiæ neceſſariam, vel valde utilem, ſed patroni, vel illi, qui jus habent eligendi, diſſentiant? Receptum eſt, ut patroni, vel ii, qui jus habent eligendi, poſſint cogi ad præſtandum aſſenſum, & ſi conſentire nolint, poſſit Prælatus, iis omnino contemptis ad renunciationem adprobandam progredi, & executioni demandandam. Rebuffus in praxi beneficiaria part. 3, tit. de permutationibus numero 22, Garzias de beneficiis parte 2, Cap. 3, num. 17, & ſeq.

ubi refert, conformem Sacræ Congregationis definitionem numero 27.

Præter legitimam auctoritatem juſta etiam cauſa requiritur, ut renunciatio valeat. Abſit autem, ut eas juſtas cauſas dicamus, quas ex corrupta renunciantium mente ſuis temporibus invaſiſſe ſcribebat Rebuffus in praxi beneficiaria lib. 3, tit. 3, de reſignatione expreſſa num. 3, ibi: *Hodie cauſa cauſarum eſt affectio carnis, quia omnes volunt ſuos conſanguineos præficere Eccleſiis, quibus forte male præfuerunt, ut peſſime quoque illi poſtea præſint*, Cap. *grave de præb. Cap. un. ut Eccleſiaſtica beneficia: & iſta eſt, quæ jamdudum labefactavit totam Eccleſiam: altera eſt etiam cauſarum regina pecunia, ut in toto titulo de Simonia, Can. fertur cau. 7, qu. 7.* Juſtas cauſas exiſtimabimus eas, quas ſcimus jure probatas, quales ad unam vel Eccleſiarum utilitatem gravem, aut neceſſitatem referuntur, quemadmodum ſcripſit S. Thomas in ſecunda ſecundæ qu. 100, art. 3, ad 3. Quibus in facti ſpeciebus neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ renunciationem admitti poſtulet, perſpicue expreſſit Innocentius III in cap. 10, de renunciatione, cujus ſententiam memoriæ juvandæ cauſa duobus hiſce verſiculis contraxerunt Decretalium Breviatores.

Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala cedere poſſit.

Reprehendebat Innocentius III Epiſcopum quemdam, qui Epiſcopali ſollicitudine ſe abdicare volebat, ſtatuens initio generalem regulam docenſque, nemini licere a miniſterio ſemel ſuſcepto recedere. Deinde cauſas recenſuit, propter quas probabilis eſt renunciatio. Primam cauſam memoravit criminis conſcientiam, & quidem non cujuſcumque criminis, ſed illius, quo admiſſo etiam poſt peractam pœnitentiam quis impeditur, ne officium exequatur. Quod enim crimen ſi notum eſſet, ac in judicio probatum, cauſam ju-

T dici

dici præberet, ut beneficiatium a beneficio dejiceret, cauſam etiam præbet, ubi occultum eſt, ut beneficiarius ipſe ſponte beneficium dimittat, quaſi officium judicis in ſe aut gerat, aut præveniat. Alteram cauſam retulit corporis debilitatem, quæ vel ex infirmitate, vel ex ſenectute procedat, idque tum demum, cum ita quis debilitate fractus eſt, ut nequeat munus implere. Tertiam cauſam collocavit in defectu neceſſariæ doctrinæ, qua in ſpecie non tam ferendum eſſe ſcripſit, ſi quis renunciare voluerit, quam omnino laudandum. Quartam cauſam eſſe tradidit malitiam plebis, qua interdum cogatur Prælatus Eccleſiæ ab officio ceſſare, tum nimirum, cum Prælatus ſubditis ſuis proficere nullo modo poſſet. Quintam cauſam dixit eſſe ſcandalum evitandum, quoties tale ſit, quod bonis moribus, & utilitati fidelium curandæ adverſetur. Poſtremam cauſam voluit eſſe irregularitatem ex defectu; nam ſi ex crimine orta fuiſſet, hæc ad primam cauſam defertur, ſeu ad conſcientiam gravis criminis. Ceterum & in hac rediſtinguendum voluit Innocentius irregularitatem illam, quæ in ſacris literis fundamentum habet, veluti cum quis bigamus ſit, vel viduæ maritus, ab irregularitate illa, quam ſuccedente ætate Patres Eccleſiæ indixerunt. Priorem irregularitatis ſpeciem voluit Innocentius probabilem eſſe renunciandi cauſam. At ſi de ſecunda ſpecie ageretur, ubi irregularitas eſſet occulta, maluit, diſpenſandum eſſe ab irregularitate, ut Prælatus in officio perſeveret, quam dimitti officium ſacrum; atque exemplum tradidit in eo, cujus natalia illegitima fuerint, quique paternum vitium non imitetur. Cæteras cauſas, quæ in indulgentia erga privatas adfectiones ſitæ eſſent, idem Innocentius improbavit. Ex quibus magis magiſque firmatur quod initio præſtitutum eſt, cauſas omnes renunciandi referendas eſſe in publicam Eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem. Exinde autem liquet, in renunciationibus conditionalibus majorem requiri cauſarum Eccleſiæ utilium inveſtigationem, ſive quod in iſtis, ut dictum eſt, major eſt ſuſpicio, ne privatis adfectionibus indulgeatur, ſive quod duplex judicium eſſe debet, videlicet primum quod probetur renunciatio, ſecundum quod probetur conditio adjecta renunciationi.

Renunciare omnes beneficiarii poſſunt, qui lege non prohibentur, ſive renuncient per ſe, ſive per procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum, & quidem publico inſtrumento, quemadmodum quotidiana praxis demonſtrat, quod recto conſilio Inductum fuit ad evitandas fraudes, quæ admitti a nonnullis poſſent, & ne renuncians ſecuta renunciatione facile conqueratur, allegando ſe per vim, aut metum abdicaviſſe. At deputato ſemel procuratore ad renunciandum, etiamſi mandatum fuerit revocatum, fiet tamen jure renunciatio, & facta valebit, quoties revocationis notitia ad procuratorem, & ad collatorem beneficii non deveniſſet, clement. un. de renunciat. Abs jure prohibentur renunciare pupilli ſine auctoritate tutoris, ſi forte ex diſpenſatione quadam, aut ex natura ſingulari beneficii a fundatore expreſſe indita beneficia obtinuiſſent; ſecus ac contingat in minorennibus, quorum renunciatio admittitur, ſi a nemine circumventi ſint; etenim in negotiis ſpiritualibus minor viginti quinque annis pro majore habetur; Cap. ult. de judic. in 6. Præterea non admittitur renunciatio beneficii facta ab eo, qui ejuſdem beneficii titulo eſt ordinatus, niſi alia ratione eidem conſulatur, Concil. Tridentin. ſeſſ. 21, de refor. Cap. 2. Item effectu carebunt reſignationes aut gratia alicujus factæ, aut adjecta conditione reſervationis penſionis gratia reſignantis, ſi dolus, & fraus in ipſis interveniat. Fraus autem admitti præſumitur, quoties quis beneficio ſe abdicaret conditione adjecta, ut integros beneficii fructus ſibi retineat: Quid enim aliud hic in animo verſaret, quam ſuis commodis vacare, & totum miniſterii Eccleſiaſtici onus in alium transferre? Id a Pontificibus Maximis damnatum refert Rigantius ad regulam 45 Cancellariæ num. 23,

Digitized by Google

23, & ſequentibus. Item fraus præſumſtur, quoties quis beneficium alterius gratia reſignaverit cum reſervatione penſionis, adjecto pacto, ut intra certum tempus penſio data, & repræſentata pecunia redimatur. Id enim tanquam turpem beneficiorum mercaturam ita damnavit Benedictus XIV in ſua Conſtitutione *In ſublimi* anni 1741, 4 Kal. Septembris, ut edixerit, & reſignantem, & reſignatarium omni jure, quod in beneficio habuiſſent, penitus cadere. Præterea ob graviſſimam fraudis ſuſpicionem rejiciuntur in Curia reſignationes Parochialium Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium, præſertim cum reſervatione penſionis; item rejiciuntur permutationes iſtorum beneficiorum cum aliis beneficiis ſimilem reſidentiam non requirentibus, quoties per certum diuturnum tempus reſignans beneficium non poſſediſſet, & legibus reſidentiæ non ſatisfeciſſet, quaſi in his facti adjunctis, cedens videatur adeptus fuiſſe beneficium non animo illud retinendi, ac reſidendi, ſed animo illud transferendi, & penſionis commodum lucrandi. Hanc conſuetudinem in Romana Dataria invaluiſſe a temporibus Gregorii XIV ſcribit Garzias de beneficiis parte 1, Cap. 2, num. 47, una adnotans, olim tempus illud deſignatum fuiſſe, aut ſex ſaltem annorum; licet deinde receptum fuerit, ut ſufficeret tempus quinque, aut ſaltem trium annorum. Et quidem cum in hac re de ſuſpicione fraudis agatur, videtur hæc res in arbitrio Pontificis Maximi collocata, qui ſane in admittenda ceſſione hujus generis univerſa adjuncta penſabit, & juxta eadem adjuncta aut facilius reſignationem admittet, aut omnino repellet. Similiter fraus eſſe præſumetur, quoties qui beneficium poſſidet, quo ad certum ſuſcipiendum Sacrum ordinem adſtringatur intra annum, antequam ordinationem ſuſcipiat, favore alterius cedat. Rurſum præſumitur fraus illi ineſſe, qui dum prævidet, ſe brevi promovendum eſſe ad aliquam majorem eccleſiaſticam dignitatem, favore alicujus beneficium permutat, aut cedit, uti receptum eſt ex Regula 26 Cancellariæ *de beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias, vel Monaſteria*. Eadem ratione reus gravioris cujuſdam criminis, qui prævidet, ſe brevi ex ſententia Judicis beneficio ſpoliandum eſſe, non poterit beneficia favore alicujus reſignare, vel permutare. Faber in Codice lib. 1, tit. 2, def. 89. Huc quoque pertinet Regula 19 Cancellariæ, quæ inſcribitur: *de infirmis reſignantibus*, alias *de viginti*, qua obviam eundum fuit renunciationibus favore cujuſquam ab infirmo factis eo animo, ut proxima beneficii vacatio, & libera ſuccedens Ordinarii, aut alterius Prælati, etiamſi de Pontifice Maximo ageretur, collatio impediatur. Quamobrem ſtatutum eſt, ut, ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignaverit ſive in Romana Curia, ſive extra illam aliquod beneficium ſive ſimpliciter, ſive ex cauſa permutationis, vel alias dimiſerit, aut illius commendæ ceſſerit, ſeu ipſius beneficii unionis diſſolutioni conſenſerit etiam vigore ſupplicationis, dum eſſet ſanus, ſignatæ, & poſtea intra viginti dies a die per ipſum reſignantem præſtiti conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, & ipſum beneficium quamvis auctoritate conferatur per reſignationem ſic factam, collatio hujuſmodi irrita ſit, ac ipſum beneficium nihilominus vacare per obitum cenſeatur. Adverſus hanc regulam, ſtatim ac edita fuit, cœperunt nonnulli clerici fraudes novas excogitare. Nimirum reſignationes faciebant, quum bene valerent, interea tamen reſignationem ipſam occultabant, ſuſpenſa exhibitione actus in tempus infirmitatis beneficiarii. Ut novis his fraudibus occurreretur, a temporibus Innocentii VIII edita fuit altera Cancellariæ Regula ſub inſcriptione *de publicandis reſignationibus*, quæ viguit uſque ad tempora Gregorii XIII. Statuerat in dicta Regula Cancellariæ Innocentius VIII, ne ulla amplius reſignatio admitteretur, niſi eadem publicaretur infra ſex menſes, ſi in Romana Curia facta proponeretur, atque infra men-

ſem, ſi extra Romanam Curiam fieret, numeratis menſibus a die ſupplicationis, & non a die præſtiti conſenſus. At hæc providentia deſiit inter Cancellariæ Regulas edi, poſtquam in hanc ipſam rem prodiit generalis conſtitutio Gregorii XIII, anno 1585, quæ incipit: *Humano vix judicio*, 85 in Bullario Romano. In hac conſtitutione cautum fuit, ut nulla reſignatio valeret etiam ex cauſa permutationis, niſi quæ publicaretur intra certum tempus: videlicet ſi ageretur de reſignatione in Romana Curia facta infra ſex menſes, ſi beneficium intra montes fuerit; & ſi ultra montes, intra novem menſes a data conceſſionis gratiæ, non a die præſtiti conſenſus numerandos; quod ſi ageretur de reſignatione facta apud Ordinarium, vel apud alıud extra Curiam Romanam, intra menſem publicatio fieret. Itaque ut hodie reſignatio valeat, debet intra legitimum tempus publicari, ideſt publice nota fieri in Eccleſia beneficii, in conventu populi actum renunciationis legendo, illumque ad fores Eccleſiæ promulgando, ut, quid geſtum ſit, omnibus pateat. Non tamen inveroſimile eſt, etiam per æquipollens, ut ajunt, publicationem fieri poſſe, quod contingit, quum nec vi, nec clam, nec precario reſignatarius miſſus fuerit in poſſeſſionem beneficii, & ab ejuſdem poſſeſſione reſignans omnino receſſerit; id enim eſt, quod vulgo dici ſolet, miſſionem in poſſeſſionem publicationi æquivalere, dummodo reſignans non amplius in poſſeſſione ſit; Faber in Codice de Sacroſ. eccleſ. defin. 14, juncta definitione 59, & 60.

Non ſunt omittendæ duæ aliæ Regulæ Cancellariæ, nimirum 40, & 45, in quarum priore occurritur bono publico, ne aut permutationes, aut reſignationes contra legem fiant, in poſteriore occurritur indemnitati ſingulari, qua reſignantium, qua reſignatariorum. Itaque in Regula 40 cavetur, ut cum receptio reſignationis alicui committatur, tum Executor Apoſtolicus moneatur, ut obſervet, an in reſignationem ſimoniaca labes, aut alia illicita pactio, & morum corruptela irrepſerit; item ut cum alicui committatur receptio reſignationis cauſa permutationis, moneatur Executor, ut noverit, effectum non habere permutationem, niſi revera uterque ex permutantibus jus habuerit in beneficio, quod permutatur. Quid enim, ſi unum beneficium litigioſum fuerit? Quid ſi fictitium, vel nullius omnino redditus, quod Pragmatici appellant beneficium *de pertica*? Quid ſi beneficium eſſe dicatur, quod erat aut laica Capellania, aut pium quoddam legatum? In his omnibus caſibus permutatio nullius erit momenti. In regula 45 ſtatuitur, ut, cum de reſignatione, vel ceſſione beneficii agitur ſive in manibus Papæ, ſive in Cancellaria Romana, non aliter Apoſtolicæ literæ expediantur, niſi reſignans, vel cedens, ſi præſens in Romana Curia fuerit, perſonaliter, alioquin per procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum expeditioni hujuſmodi in eadem Cancellaria expreſſe conſenſerit, & juraverit; quod ſi beneficiarius pluries ſucceſſive gratia diverſarum perſonarum de eodem beneficio reſignando conſenſerit, primus tantum conſenſus attendatur. Denique obſervandum eſt, reſignationes in favorem fere ſemper in Romana Curia expediri per literas in forma *dignum* juxta conſtitutionem 32 Pii V, mandarique ordinariis executoribus, eorumdem onerata conſcientia, ut inveſtigent reſignatarii qualitates univerſas, ac tum demum ad exequendas Apoſtolicas literas deveniant, cum ſatis utilitati Eccleſiæ factum, immo, ſi de beneficio Parochiali agatur, curent, ut reſignatarius ab Examinatoribus Synodalibus examinetur. Inſuper hodie receptum eſt a temporibus Clementis XI, ut ſi agatur de reſignationibus Parochialium, Dignitatum, Canonicatuum, & aliorum Beneficiorum reſidentialium, adhibenda ſit atteſtatio Ordinarii ſuper idoneitate reſignatarii, exceptis reſignationibus Canonicatuum, Collegiatarum Galliæ, in quibus in Romana Curia nullæ exiguntur Ordinariorum atteſtationes: quod ſi agatur de reſignatione beneficiorum ſimplicium, receptum quoque

que eſt in Romana Curia, ut illa admitti valeat ſine atteſtatione Ordinarii; inſuper ſi agatur de beneficio Parochiali reſignando, non aliter, excepta Gallia, reſignatio admittatur, quam ſi reſignatarius ſit jam conſtitutus in ætate annorum triginta, quamquam generaliter verum ſit, ad beneficium Parochiale adeo provectam ætatem non requiri. Id refertur apud Rigantium ad regulam 45 Cancellariæ, numero 36, & ſequentibus. Ex quibus omnibus liquet, quibus cautionibus pro temporum opportunitate uſi fuerint Pontifices Maximi, ut inter reſignationes occaſio omnis auferretur, fraudem faciendi, quæ fieri ſæpe conſuevit ex multorum improbitate utilitatibus Eccleſiarum.

QU.

Digitized by Google

QU. XXIII.

Quid habes de Oratoriis?

Antiquiſſima ne Oratoriorum origo?

§. I. Ante Eccleſias extitere *Oratoria*. Oratoria porro cum dico, loca dico ſacris precibus deſtinata, quibus tamen nulli Sacrorum Præſides, nulli cærimoniarum miniſtri aſſignati. Eccleſias vero cum nomino, Chriſtianorum conventus nomino ſuis Præſidibus, ſuiſque ſacrorum adminiſtris inſtructos. Cœnaculum Domus Joannis, cui Marco cognomen, ante quam Chriſtus Dei Filius Petrum atque Apoſtolos divini cultus antiſtites, atque Præfectos eſſe juſſiſſet, nihil aliud erat, quam Oratorium; ubi vero in eo Chriſtianorum conventus celebrari, iiſque conventibus Apoſtoli præeſſe cœperunt, tum illud Cœnaculum *Eccleſiæ* nomine adauctum fuit.

§. II. Quod de Eccleſia omnium principe, ac cæterarum omnium matre dictum eſt, id ipſum & de particularibus Eccleſiis eſt dicendum. Singulæ ferme Chriſtianorum Domus ſua habebant Oratoria, non ſecus ac Ethnici ſua Lararia, ac Judæi ſuas Proſeuchas. Cum hoſtium vi, aut metu prohibebantur Chriſtiani publicas ſacras ædes ſibi extruere, alicujus Domus cœnaculum, ſeu Oratorium deligebant, ubi cum ſuo Epiſcopo, atque Presbyteris communes conventus agerent, atque Synaxes. Atque hæc res illi Oratorio Eccleſiæ nomen imponebat.

§. III. Neque ſolum libenti animo ferebant, ſed magnopere etiam expetebant ditiores Chriſtiani, ſuas ædes Chriſtianorum conventibus, atque ſynaxibus patere, atque in Eccleſias converti. Hujuſce rei præclariſſima extant Monumenta in Actis S. Syriacæ. *Cum fervor perſecutionis inſtaret, Domum ſuam quæ erat in Cœlio monte, militibus Chriſti ad conveniendum, & Sacramentum Domini conficiendum obtulit, nullo timore perterrita*. (Vid. Ruinart in ſincer. Act. Mm. pag. 298, edit. Veron. n. VII.) Et in Actis SS. Martyrum Saturnini Presbyteri, Dativi, & ſociorum. *Nam quæ in Civitate Abitinenſi in Domo Octavii Felicis cum bellica caneret tuba, Dominica ſigna glorioſi Martyres erexerant, ibique celebrantes ex more Dominicum a Coloniæ Magiſtratibus, atque ab ipſo ſtationario milite apprehenduntur SATURNINUS PRESBYTER cum filiis quatuor, ideſt Saturnino juniore, & Felice Lictoribus, Maria Sanctimoniali, Ilarione infante, cum Dativo Senatore, alio Felice, Emerito, Ampelio, Rogatia-*

riano, *Quinto*, *Maximiano*, *Thelica*, *Rogato*, *Januario*, *Caſſiano*, *Victoriano*, *Vincentio*, *Ceciliano*, *Reſtituta*, *& cæteris cum mulieribus fere numero decem, & ſeptem. Qui omnes ducti Chartaginem, atque in carceres conjecti, interrogatique, utrum collectas, ſeu ſynaxes egiſſent, liberrime reſpondebant: DOMINICUM CUM FRATRIBUS CONGRUA DEVOTIONE CELEBRAVIMUS, QUIA NON POTEST INTERMITTI DOMINICUM.* (Vid. Baluz. Tom. I Miſcell. pag. 14, Edit. Lucenſ.) Luculentiſſimum inſuper teſtimonium nobis exhibet Epiſtola Sancti Pii Papæ I ad Juſtum Viennenſem, in qua hæc habentur. *Antequam Roma exiſſes, ſoror noſtra Eutrepia, ſicut bene recordaris, TITULUM DOMUS SUÆ pauperibus aſſignavit, ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes Miſſas agimus* (*a*).

Celeberrimum eſt quod Anulino Proconſuli Emeritum increpanti, quod Chriſtianorum conventuum ſedem, ac domicilium in ſuis ædibus collocaret, reſpondiſſe fertur: *Fratres mei ſunt, & non poteram illos prohibere, quoniam ſine Dominico eſſe non poſſumus*.

§. IV. Quod ſi ex ædibus, quas ſibi pro communibus Synaxibus celebrandis delegerant, Chriſtiani exturbabantur, atque alias Ædes ſibi quærere cogebantur, priores ædes relictæ non omni excidebant honore, nec ad priſtinam privatorum Oratoriorum conditionem recidebant, ſed quamdam retinebant dignitatem, unaque cum Domo, quæ poſtea communi Chriſtianorum conventui inſerviebat, unam quodammodo efficiebant Eccleſiam, illiuſque erant quaſi ſubſidiariæ, iiſque Chriſtianis, qui conticeſcente perſecutione ad derelictas illas ædes adhuc confluebant, ex communis Synaxeos Domo ab Epiſcopo mittebantur Presbyteri, qui rem divinam in iis factitarent, illiſque Chriſtianis ſacra miniſtrarent (Vid. ſup. qu. IX.). Ex hoc numero Romæ fuerunt Ædes Priſcæ & Aquilæ, Lucinæ ſenioris, Pudentis in vico Patritio, Clementis ad radices Cœlii, aliæque, a quibus S. R. E. Cardinales titulum ſuum ſunt mutuati.

§. V. Fuere quædam tempora, quibus perſecutionis furor adeo bacchabatur, ut communi Chriſtianorum Synaxi nullus locus relinqueretur. Tunc enimvero Chriſtiani domeſticis Oratoriis contenti eſſe cogebantur, atque ubi his quoque privabantur, quilibet locus inſtar templi illis erat. Huc pertinet illud Dionyſii Alexandrini ad Hieracem: *Cum ab omnibus fugaremur, tum quoque feſtos peregimus dies. Quilibet denique locus, in quo varias ærumnas pertulimus, ager, inquam, ſolitudo, navis, ſtabulum, carcer inſtar Templi fuit ad peragendos conventus*. Huc, quod de S. Gregorio Thaumaturgo narrat S. Gregorius Niſſenus: *Non potuiſſe propter perſecutionem in unum congregari Eccleſiæ Fideles, ſed ſparſos tantum manipulos*. Huc id, quod S. Cyprianus ait Epiſt. 56: *Ne quiſquam, Fratres Di-*

(a) Epiſtolæ hujus authentiam adverſus Tillemontium, & alios tuetur docte, & erudite Juſtus Fontaninius Cap. IV Hiſtor. Litterar. Aquilej. pag. 82, & ſeq.

Digitized by Google

Dilectiſſimi, cum Populum noſtrum fugari conſpexerit metu perſecutionis, & ſpargi conturbetur, quod collectam Fraternitatem non videat, nec Epiſcopos tractantes audiat, ſimul tunc eſſe non poſſumus. Huc denique illa Tertulliani vox: *Non potes diſcurrere per ſingulos, ſit tibi & in tribus Eccleſia.* Lib. de fug. in perſecut. cap. X, p. 542, edit. 1744, & cap. XIX, pag. 543 (*b*).

§. VI. Perſæpe etiam contigit, ut Chri-

(b) Summo deſiderio habendarum Synaxeum Chriſtiani cum agerentur, ſæpe contingebat, ut numerata pecunia traditiſque muneribus Ethnicis militibus, ad quos ne cœtus haberent, obſervare pertinebat, clam conveniendi adſequerentur facultatem, quamquam nocturnæ quæque coitiones ſeveriſſimis legibus & ſupliciis punirentur. Patet quod dicimus ex integro Tertulliani *de fuga in perſecutione* libro, in quo non eos tantum inſectatur, qui oblata pecunia ſe ſe ab inquiſitione in cauſſa fidei liberabant, ſed eos quoque montaniſtico furore reprehendit, qui ſoluto pretio Synaxes celebrabant. *Et Dominus quidem*, ajebat, *illum redemit ab Angelis munditenentibus poteſtatibus, a ſpiritalibus nequitiæ, a tenebris hujus ævi, a judicio æterno, a morte perpetua. Tu autem pro eo paciſceris cum delatore, vel milite, vel furunculo aliquo præſide ſub tunica, & ſinu (quod dicunt), ut furtivo, quem coram toto mundo Chriſtus emit, immo, & manumiſit . . . Neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matriculis Beneficiariorum & Curioſiorum inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones, Chriſtiani quoque vectigales continentur . . . ſed quomodo colligemus, inquis, quomodo dominica ſolemnia celebrabimus? utique quomodo & Apoſtoli fide, non pecunia tuti, quæ fides ſi montem transferre poteſt, multo magis militem. Eſto ſapientia, non præmio cautus. Neque enim ſtatim & a populo eris tutus, ſi officia militaria redemeris. Una ergo tibi & fides & ſapientia ad tutelam opus eſt: quibus non adhibitis, & redemptionem tuam potes perdere, adhibitis autem redemptionem deſiderare. Poſtremo ſi colligere interdiu non potes, habes noctem luce Chriſti luminoſam adverſus eam. Non potes diſcurrere per ſingulos, ſit tibi & in tribus Eccleſia. Melius eſt turbas aliquando non videas quam addicas*, nempe tributariæ ſervitutis, ut explicat Rigaltius, qui hactenus ex Septimio recitata eruditiſſime illuſtrat. Etenim Beneficiarii dicebantur milites, beneficio Principis adſumti ad officia, ſeu miniſteria certa. Itàque apparebant Principi mandatis exſequendis. Ex eorum ſchola ſeu corpore erant *Curioſi*, curſus publici curæ præpoſiti, qui & Stationarii dicebantur, per ſtationes diſpoſiti: iis autem inter cætera hoc munus injungit l. 1, *cap. de curioſis, ut crimina judicibus nuntianda meminerint*. Ergo reorum nomina requirebant, ac deferebant, ipſoſque reos ſiſtebant tribunalibus ac judicio, ut veterum documentis idem Rigaltius docet. Sed hujuſmodi officia tandem in prævaricationes, & rapinas, & concuſſiones degeneravere, conniventibus plerumque hominum peſſimorum improbitati Beneficiariis, & Curioſis. Nam & ipſi penſionibus annuis, aut menſtruis corrupti tabernariorum, ganeonum, furum, lenonum ſcelera diſſimulabant; ita ut domi ſervarent matriculam turpium pactionum. Quum igitur, concludit Rigaltius, & in Chriſtianos mandata Principum, ſive Proconſulum, aut præſidum tamquam in facinoroſos, atrocia exſequerentur; tandem & iſtis Chriſtiani quoque pecunias pactis penſionibus numerare cœperunt. Hoc Tertullianus nomini Chriſtiano turpe, ac pudendum eſſe ait, in matricibus Beneficiariorum, & Curioſorum inter ganeones, & fures, & tabernarios, & lenones Chriſtianos quoque recenſeri. *Saturnalitia* hujuſmodi munera dicebantur, quod temporibus Saturnalitiæ feſtivitatis, in quam ſtre-

Chriſtiani ſubterranea loca ſubire (c) atque in abditis terræ viſceribus ſecu-

ſtrenarum & munerum dies incidebant, præberentur. Hæc ſtipendia maxime tribuiſſe Ethnicis Chriſtianas mulieres, viris gentilibus matrimonio conjunctas, ut ſuæ religionis obire munera poſſent, admodum probabile eſt. At eas ethnici mariti ſceleſte aliquando Beneficiariis, & Curioſis manifeſtabant. Quod firmari altero Septimii teſtimonio poteſt. Nam uxori ſuæ oſtenſurus difficile ab marito gentili chriſtianæ mulieris Sacramenta ignorari poſſe, ac propterea eidem perſuadere deſiderans, ne poſt ſui fata cuiquam gentili nubat, ita ſentiebat. *Non ſciet maritus quid ſecreto ante omnem cibum guſtes? & ſi ſciverit panem, non illum credit eſſe, qui dicitur. Et hæc ignorans quiſque rationem ſimpliciter ſuſtinebit? Sine gemitu? ſine ſuſpicione panis aut veneni? ſuſtinent quidam: ſed ut inſulcent, ut inludant hujuſmodi fæminis, quarum arcana in periculum quod credunt reſervent, ſi forte lædantur. Suſtinent quarum dotes ſubjectione nominis mercedem ſilentii faciant. Scilicet apud arbitrum ſpeculatorem litigaturi;* nimirum ipſi mariti, ut uxorum Chriſtianarum dotes prædarentur, intercedente iniqua pactione eaſdem Beneficiariis, & Curioſis prodebant. Sed quamquam Chriſtiani numerata pecunia facultatem celebrandorum cœtuum ad tempus conſequerentur, id tamen etiam aliquando fuiſſe conſecutos ex ſola conniventia aut humanitate præſidum ethnicorum a vero non videtur alienum. Fuerunt enim ex his aliqui mitiores in Chriſtianos, ut Cincius Severus, Veſpronius Candidus, Aper, & alii, quos memorat Tertullianus, a quo etiam diſcimus non ſemel ethnicos ægre tuliſſe ſupplicia, & pœnas, quibus Chriſtiani excruciabantur. Sed non diu hæc clementia, & pietas duravere. Nam compertis illis Beneficiariorum, & Curioſorum pactionibus, detectaque aliquot conniventia judicum, novæ ſevərioreſque leges ſunt editæ, ne ſimili imposterum Chriſtiani indulgentia fruerentur. Lactantius, poſteaquam Diocletiani Edictum, Chriſtianos horumque conventicula ſubſiſtere permittentis commemoraſſet, hæc de Maximino priora edicta irrita faciente memoriæ prodidit. *In primis indulgentiam Chriſtianis communi tutela datam tollit, ſubornatis legationibus Civitatum, quæ peterent, ne intra Civitates ſuas Chriſtianis Conventicula extruere liceret, ut quaſi coactus & impulſus facere videretur, quod erat ſponte facturus. Novo more Sacerdotes maximos per ſingulas Civitates ſingulos ex primoribus fecit, qui & Sacrificia per omnes Deos ſuos quotidie facerent, & veterum Sacerdotum officio ſubnixi darent operam, ut Chriſtiani neque fabricarent, neque publice aut privatim colerent, ſed comprehenſos ſuo jure ad Sacrificia cogerent, vel judicibus offerrent.* Conſonant his legibus præmia iis decreta, qui Chriſtianos ab aliis abſconditos detuliſſent: *Delator autem tanti criminis*, inquiunt Maximianus, Hadrianus, & Antoninus, *ex ærario publico quadringentorum denariorum colatione gratuletur, ut omnes agnoſcant nec peccatum perire, nec præmium.* Quamquam ne facile detegerentur, Chriſtiani non jam multorum cœtus hominum congregabant, ſed paucorum, varios quidem & ſingulares, qui effugerent diligentiam ethnicorum.

(c) Ex Auct. Anon. Admonet me hic locus, ut de cœtibus, ac Synaxibus agam, quas veteres Chriſtiani iis in locis, perſequutorum metu exterriti, ſanctiſſime habuerunt, cum ibidem Sacrorum cauſſa ferarum inſtar latitarent; temporibus Diocletiani præſertim, quo

Triſtius haud illo monſtrum nec ſævior ulla
Peſtis, & ira Deum, ſtygiis ſeſe extulit undis.

Erit porro in primis operæ pretium harum cryptarum & cœmeteriorum deſcriptionem ex illorum fide Scriptorum exhibere, qui eadem luſtraverunt, ne ea, quæ

curitatem quærere coacti fuerint, ibi- que Mortuorum cadaveribus permix- ti

de Synaxibus in iiſdem habitis dicturi ſumus, alicui incredibilia videantur. Urbis cæmeteria, inquit Paullus Arringhius, ut rei, ac nominis originem altius repetamus, loca quædam ſubterranea ſunt extra mœnia per circuitum ſita proximis ſub collibus, variis cuniculis, multiplicibuſque anfractibus in parte inferiori effoſſa, quæ antra aut cavernas, vel ſpeluncas vel certe etiam Cryptas proprio, aptoque vocabulo appelles. Hæc tamen parum introrſum, aut nihil fere lucis admittunt, & a viis, quæ frequenti perambulantium pede teri conſueverunt, ipſomet loci ambitu diſtinguuntur. Hæc rurſus in varios, ac multiformes vicos, & angiportus ſubdividuntur, ita ut intuentibus labyrinthi cujuſdam faciem præſeferant. In parietibus autem ferro hinc inde excavata cernuntur, humanis recipiendis, recondendiſque cadaveribus deſtinata. Porro hujuſmodi cæmeteria talis, ac tantæ amplitudinis ſunt, ut unumquodque eorum curioſis percurrentium & perſcrutantium oculis civitatem haud exiguam vel ipſo repræſentare aſpectu videatur; ſtatis enim quibuſdem locis, ut in civitatibus, quas incolunt homines, ampliora, & longe lateque protenſa ſpatia ad ſacros nimirum peragendos fidelium conventus, videre eſt. Hucuſque Arringhius, cujus dicta ex Prudentio confirmamus, qui S. Hippolyti Martyris cryptam ita eleganter deſcribebat.

Haud procul extremo culta ad pomæria vallo
  Merſa latebroſis crypta patet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prone reflexis
  Ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,
  Illuſtratque dies limina veſtibuli.
Inde ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
  Nox obſcura, loci ſpecus per ambiguum;
Occurrunt cæſis immiſſa foramina tectis,
  Quæ jaciant claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
  Arcta ſub umbroſis atria porticibus,
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis
  Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
  Cernere fulgorem luminibuſque frui.

Has proinde in cryptas chriſtiani ſe ſe recipientes, uti temporum conditio ferebat, parebant omnia, quæ neceſſaria atque opportuna erant ad ſacram liturgiam, & fidelium Synaxes. Inſerebantur aræ viaticæ ac mobiles, & non ſemel etiam altaria immobilia in illis extruebantur, tanto ſecurius quidem, quanto ab inſultibus pagenorum cryptæ remotiores, & ſecretiores credebantur. Id vero exſequebantur Foſſores, qui quum ſubterranea cæmeteria Chriſtianorum foderent, atque excavarent, certe etiam ita aptabant, ut & Chriſtianorum, ac præcipue Mertyrum ſepulturæ congruerent, & ſynaxibus celebrandis deſervirent, uti etiam cenſent Ludovicus Ant. Muratorius, Joan. Lamius, atque Boldettus; qui etiam in cæmeterio Callixti, & Prætextati ferreos uncinulos obſervavit in illorum fornicibus, ex quibus fictiles, aut æreæ lucernæ pendebant ad tenebras diſpellendas; eo fere modo, quo in Nolana Baſilica ſuſpenſas fuiſſe ſcribit S. Paulinus.

Pendentes lychni ſpiris retinentur ahenis,
  Et medio in vacuo laxis vaga lumina nutant
  Funibus undantes flammas levis aura fatigat.

Harum ſane lucernarum aut fictilium lampadum tantam copiam ex cæmeteriis erutam fuiſſe conſtat, ut non ad neceſſitatem tantum, ſed etiam ad ornatum, & pompam quodammodo iis fuiſſe uſos, Chriſtia-

ti Divino numini ſuas hoſtias immolare. Neque hæc loca Sacris Chriſtianorum Synaxibus tutum perfugium ſemper præbuerunt. Licuit aliquando in illis latibulis ſolemnes conventus celebrare, aliquando vero vix privatis

---

ſtianos videatur. Quum igitur heic omnia propemodum haberent, quorum erat uſus in liturgia neceſſarius, mirum eſſe haud debet, ſi eo ſe reciperent Chriſtiani, unde furiales perſequentium iras evitarent, & ſacras haberent Synaxes. Quod ex Martyrum actis firmare neceſſum eſt. In actia S. Stephani legimus S. Hippolytum civem Romanum *vitam ſolitariam egiſſe in cryptis*; maximeque in Ponriani arenario, ubi recenter baptizati *cœpere habitare in eodem arenario cum Hippolyto, Euſebio Presbytero, & Marcello*: qui duo poſtremi martyrio poſtmodum coronari ſepulti fuere *Via Appia milliario ab Urbe in Arenario, ubi frequenter conveniebant*. Sed multorum inſtar teſtimoniorum, quæ adduci poſſent, Numeriani Cæſarii immane facinus erit, qui quum audiviſſet ingentem numerum Chriſtianorum ad cryptam ſeu cæmeterium acceſſiſſe Sanctorum Martyrum Chryſanti, ac Dariæ Synaxeos cauſſa, cryptæ introitum occludi juſſit, & ſic omnes vivos ſepeliri. *Cum multa*, inquiunt Acta, *beneficia Deus venientibus ad eorum ſepulcra præſtaret, evenit ut die Natalis eorum infinita populi multitudo conveniret, viri ſimul, & mulieres, & infantes & innuptæ puellæ & juvenes. Hoc cum fuiſſet Numeriani auribus intimatum, juſſit ut in introitu, quo introierant in cryptam, paries levaretur; quod cum fuiſſet impletum, deſuper a ſabulone ſuper eos montem dejecit. Omnes ergo pariter dum communiter Sacramenta participarent & martyrum gloriam celebrarent, ipſi quoque ad martyrii coronam pertigerunt. Inter quos erant Diodorus Presbyter, & Marianus Diaconus, & plurimi Clericorum; populi autem multitudo nec numerus, nec nomina collecta ſunt*. Martyres porro ita interfectos, cæteroſque in cryptas inlatos Chriſtiani ſepeliebant, excavatis loculis in cæmeteriorum parietibus ad inſtar feneſtrarum, cadaveribus excipiendis. Qui deinde loculi tabulis, ſeu marmoreis ſeu fictilibus claudebantur, inſcriptionibus ex cynabari, minio, aut carbone effictis in iiſdem tabulis, & aliquando etiam ne quidem nomine appoſito Martyrum ſepultorum. Hinc laudatus Prudentius;

Innumeros Cineres Sanctorum Romula in Urbe
Vidimus, o Chriſte, Valeriane ſacer
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quæris
Nomina? difficile eſt ut replicare queam.
Tantos juſtorum populos furor impius hauſit
Cum coleret patrios Troja Roma Deos.
Plurima litterulis ſignata ſepulcra loquuntur,
Maryris aut nomen aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacita claudentia tumbas
Marmora, quæ ſolum ſignificant numerum.
Quanta virum jaceant congeſta corpora acervis
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defoſſas mole ſub una
Reliquias memini me didiciſſe hominum,
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus
Utpote quos propriæ junxit amicitiæ.

Vide quam bene hæc cohæreant cum multitudine interemtorum, quorum ſemper nomina collecta haud fuiſſe ex ſcriptis actis modo retulimus. Alterius in cryptis conventus Acta S. Laurentii meminerunt: *Qui exiens inde audivit, quod in vico Patricii multi congregati eſſent in Crypta Nepotiana, & veniens ibi B. Laurentius detulit*

vatis precibus locus fuit. Ita illis favemus, qui pro illorum locorum *Oratoriis* pugnant, nec iis adverſamur, qui pro illis certant *Eccleſiis*.

QU…

tulit ſecum ea, quæ neceſſaria erant Sanctis, & invenit ibi animas ſexaginta tres promiſcui ſexus & introivit cum lacrymis ad eos, dans pacem omnibus. Qua in crypta furente perſequutione plurimos S. Stephanum baptiſmate tinxiſſe memoriæ proditum eſt; & de eodem Pontifice hæc ex ejusdem Actis habemus: *Ingraveſcente Valeriani & Gallieni perſecutione, Stephanus convocato* Clero ad Martyrium ſuos hortabatur, in cryptiſque Martyrum aſſidue Miſſas & concilia celebrabat; & cum ad Martis templum ut ſacrificaret adductus fuiſſet, terræ motu oborto, omnibus aufugentibus, qui Srephanum tenebant, Pontifex ad ſuos revertitur in cæmeterium Lucinæ: quos divinis præceptis inſtruens; Sacramento Corporis Chriſti communicavit, ibique dum miſſarum ſolemnia perficit advenientibus iterum Imperatorum ſatellitibus, el in ſua ſede *caput abſcinditur*. Ita non ſemper totus Chriſtianis in has cryptas ſeceſſus evadebat, nam licet per inextricabiles cæmeteriorum ambages errabundi inſtantia fata eluderent, vel differrent, tamen odii magnitudo Ethnicorum efficiebat, ut ad eos etiam per cuniculos hujuſmodi quamvis intricatos, & qui ad mare uſque protenderentur, pervenirent, illoſque trucidarent, ut invictum documentum Alexandri Martyris inſcriptio præbet.

ALEXANDER. MORTVVS. EST. SED. VIVIT. SVPER. ASTRA, ET CORPVS. IN. HOC. TVMVLO. QVIESCIT. VITAM EXPLEVIT. CVM ANTONINO. IMP. QVI. VBI. MVLTVM. BENEFITII. ANTEVENIRE. PREVIDERET. PRO GRATIA. ODIVM. REDDIT. GENVA. ENIM. FLECTENS VERO DEO. SACRIFICATVRVS. AD SVPPLICIA. DVCITVR. O TEMPORA. INFAVSTA. QVIBVS. INTER. SACRA. ET. VOTA. NE. IN. CAVERNIS. QVIDEM. SALVTARI. POSSIMVS. QVID. MISERIVS. IN. MORTE. CVM. AB. AMICIS. ET. A. PARENTIBVS. SEPELIRI. NEQVEVNT. TANDEM. IN. CÆLO. CORVSCAT. PARVM. VIXIT. QVI. VIXIT. IV. X. TEM.

Hic Antoninus Imperator, Marcus Aurelius, an Antoninus Pius, an Heliogabalus, an denique Caracalla fuerit, adhuc non eſt exploratum. Roboratur tamen hac Alexandri Martyris inſcriptione Philippi Bonarotii conjectatio de cæmeteriorum dormitoriis, quæ terra repleta non in uno loco reperta ſunt. Quod ſane contigit temporibus perſecutionum, quibus vigentibus Chriſtiani etiam in cæmeteriis cryptiſque ab Ethnicis ad necem quærebantur. Hac ratione ſubterraneos cuniculos adituſque terræ injectione intertumpebant, ut non adeo facile in manus inſequentium inciderent, exigente etiam ingenti numero martyrum promtam, & ſubitaneam ſepulturam. Hinc nova dormitoriorum excavatio neceſſaria cum eſſet, & periculum majus immineret, ſi terram aperta in planitie projeciſſent, utebantur eadem ad viarum quarumdam aditus obſtruendos, ut gentiles, ceu totidem in labyrinthis poſiti aberrarent; ipſi vero poſſent procul ab illorum oculis latitare cum palam prodire opportunum minime arbitrarentur. In his porro ſpecubus, cryptiſque alimenta ab

ſo-

Digitized by Google

ſociis chriſtianis recipiebant, ut Martyrum Acta teſtantur. De S. Palmatio memoriæ proditum eſt; quod ſcilicet in furore perſequentium cœpit omnem facultatem ſuam pauperibus Chriſtianis erogare, & perquirere cryptas, & ſi inveniret abſconditos Chriſtianos, de facultatibus ſuis victum, vel tegumentum *miniſtrabat*. Plura alia exempla ſuppeditabunt ſincera Acta Martyrum vix a quoquam ignorata.

Vid. Joannem Champinium Veter. Moniment. Part. I Cap. XVII.

Vide Panvinium de Cæmeteriis Cap. XI.

QU.

Digitized by Google

QU. XXIV.

Quænam domeſticorum Oratoriorum jura?

§. I. Ea omnia, & una, quæ illis ſumma neceſſitas parit, aut Romana Eccleſia omnium Mater indulget.

§. II. Etſi Chriſtianis rem divinam facere, ſacriſque operari abſque Presbyteris nunquam licuerit, uti diſcimus ex Tertulliani Apologetico, tamen primis Eccleſiæ Sæculis, cum veſana Perſecutionis rabies in Presbyteros præſertim virus ſuum evomeret, eoſque ab omni Chriſtianorum cœtu arceret, tum intra privatos, & domeſticos parietes abſque Presbyteris ſacra perſolvere fas illis erat. *Ubi Eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus, & offers, & tinguis, & Sacerdos es tibi ſolus*. Ita Tertullianus Lib. de Caſtitate cap. VII, longe ante quam ad Montaniſtarum partes tranſiret. Neque vero eſt, cur inter hæreſes hanc Tertulliani vocem ponamus, uti Cardinalis Urſius Diſſert. Apologet. SS. Martyrum Perpetuæ, & Felicitatis adverſus Baſnagium Cap. VII, n. 6, pag. 176. Præclare Petavius hunc locum ab Proteſtantium calumniis vindicat, & ab omni erroris labe defendit cap. II Diatrib. de poteſt. Conſec. & in Notis ad Syneſium. *Cum Fideles*, inquit, *quique Laici panem, & vinum in ſynaxibus offerrent, eaque illorum oblatio SACRIFICIUM appellaretur late ſumpto vocabulo, mirum videri minime debet, ſi Tertullianus Laicum quemlibet, qui quidem bigamus non ſit, jus ait habere Sacerdotii, eo quod ubi Sacerdos non eſt & OFFERAT, & TINGUAT. Nam ſin minus Euchariſtiam conſecrare in Synaxibus ſuis, abſente Sacerdote poterant, Myſteriorum quamdam adumbrabant imaginem, cum panem, ac vinum offerrent, ac Deo certis precibus ſua munera commendarent, quod unus e Laicis ad id delectus præſtare poterat. Quin etiam poteſt fieri, ut ſi nullus Sacerdos eſſet, quod in perſecutionibus frequenter accidebat, præſertim ejuſmodi, in quibus in ſolos Sacerdotes tyrannorum edicta deſævirent, ἐξ τῶν προηγιασμένων, h. e. Ex anteconſecratis, Synaxis, & Fidelium conventus inſtituti ſint, in quibus unus quiſpiam e Laicorum numero præficiebatur, qui conſecratum jam ab Sacerdote Dominicum corpus, & aſſervatum in altari ſiſteret, & offerret, ac Fidelibus porrigeret, quod genus oblationis neque Sacerdotale, neque ſacrificium proprium fuit, ſed meris precibus, vel gratiarum actione, vel ejuſmodi alia re conſtabat. Hoc vero Laicos feciſſe non magis admirabimur, quam Euchariſtiam Domi & in arca condidiſſe, ac privatim ſibi quemquam ſumpſiſſe. Ab hoc porro miniſterio non ſolum mulieres, ſed etiam digami arcebantur*. Hæc Petavius.

Nam

Non igitur audiendi Rigaltius (*a*), Grotius, (*b*) Salmaſius, qui illud Tertulliani de vera Euchariſtiæ conſecratione dictum fuiſſe volunt, merito proinde caſtigati ab Albaſpinæo Aurelianenſi Epiſcopo, ac a Pamelio, qui Laicos ab Euchariſtiæ conſecratione ſemper prohibitos fuiſſe oſtendunt.

Illius Liturgiæ, quam nobis illis verbis expreſſit Tertullianus, veſtigium adhuc retinent Græci ſingulis Quadrageſimæ diebus, præter Sabbata, ac dies Dominicas, atque Latini Feria Sexta Majoris Hebdomadæ, niſi quod apud Latinos (*c*) is unus qui celebrat Corpori Chriſti communicat, apud veteres illos Chriſtianos (uti etianum apud Græcos) non ſolum qui præerat, ſed omnes qui aderant, participes fiebant Corporis Chriſti.

§. III.

(a) Hunc Tertulliani locum Rigaltius ſic explicaverat, ut Chriſtianus laicus ſi cum ſua familia in navi ſit, & feratur in ea loca, in quibus nulli ſunt Chriſtiani, nullus *conſeſſus ordinis*, id eſt πρεσβυτικόν, ipſum poſſe & offerre Deo & panem ac vinum cum ſolemni gratiarum actione conſecrare, & tingere, id eſt baptizare, & Sacerdotem eſſe ſibi, quia in illis etiam paucis ſit Eccleſia.

(b) Ugo Grotius anonymam diſſertationem vulgavit *de cœnæ adminiſtratione, ubi paſtores non ſunt*, in qua illo Tertulliani teſtimonio præcipue innixus laicos neceſſitate urgente uti baptizare, ita & conſecrare poſſe demonſtraſſe ſibi viſus eſt; affirmavitque apud Tertullianum verbum *offerre* nullam aliam interpretationem pati, cum illud verbo *baptizare* conjungit; idque Tertullianum ſcripſiſſe ceu de more ac inſtituto paſſim obtinente; alioquin ex re non ab aliis credita cum aliis agens argumentum nonniſi ſtulte duxiſſet.

(c) Benedictus XIV De Feſtis D. N. J. C. Lib. I, Cap. VII, n. 148. De Miſſa nonnulla attingamus, quæ hac die celebratur. Eam vero Miſſam non ut vulgo ajunt, ſiccam dici oportet, ſed Miſſam Præſanctificatorum, in qua Sacerdos ſola ſpecie panis, die quæ præceſſit proxima conſecrati, communicat. Miſſam enim ſiccam eam dicimus, in qua neque conſecratio fit, neque Chriſti Corpus ſumitur, & Sacerdos, licet Sacerdotalibus indutus veſtibus, ita Miſſam recitat, ut omittat tamen omnia, quæ ſubmiſſa voce dicuntur: Præfationem quidem recitat, & Pater noſter, ſed Canonem, & reliquas Secretas omnes prætermittit; non hoſtiam habet, non calicem, nihilque eorum dicit aut facit, quæ ſuper Euchariſtiam fieri ſolent, ut videre licet apud Durandum in Rationali lib. 4, cap. 1. Contra vero in Miſſa Præſanctificatorum nihil omittitur præter Euchariſtiæ conſecrationem, quod Sacramentum ſub unica ſpecie ſumitur panis, quem pridie ejus diei ſacerdos conſecravit, ut explicat Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium S. Gregorii pag. 75. *In Paraſceve Majoris Hebdomadæ non conſecratur Corpus Chriſti, ſed Sacerdos in Miſſa utitur Præſanctificatis, ideſt hoſtiis ante conſecratis tum pro ſe, tum pro omni populo.*

In Eccleſia Græca Miſſa Præſanctificatorum dicitur omnibus Quadrageſimæ diebus, Sabbato, & Dominica exceptis, ut conſtat ex Laodicena Synodo, quam Baronius exiſtimat ante Concilium Nicænum habitam: *Non oportere in quadrageſima panem offerre, niſi in Sabbato, & Dominicis diebus*; verba ſunt ex Canone 48. Et in Concilio Trullano Can. 52. *In omnibus ſanctæ Quadrageſimæ jejunii diebus, præterquam Sabbato, & Dominica, & Sancto Annunciationis die fiat ſacrum Præſanctificatorum miniſterium.* Id etiamnum

in

§. III. Ritum hujuſce domeſticæ Communionis nobis deſcribit Fronto in Famil. Chriſt. pag. 34. edit. Veron. hiſce verbis: *Antequam divinam Eu-*

in Orientali Eccleſia in uſu eſſe teſtatur Cardinalis Bona lib. 1 Rer. Liturgic. cap. 15, num. 5. *Hunc morem adhuc ſervat Orientalis Eccleſia*. Boſſuetus Meldenſis Epiſcopus volum. 5 ſuorum Operum edit. Argentinæ ann. 1742 in Tract. de Communione ſub utraque ſpecie tradit, pleroſque Græcorum hoc tempore aliquot pretioſi Sanguinis guttas ſupra panis conſecrati partes in formam Crucis aſpergere, eaſque pro diebus inſequentibus reſervare ad officium Præſanctificatorum: quem morem invectum fuiſſe poſt Schiſma Cerularii, & a melioris notæ auctoribus Græcis, nec probari, nec uſurpari luculenter oſtendit. Nicetas Pectoratus Romanam Eccleſiam criminatur, quod per quadrageſimam, Sabbato & Dominica exceptis, Miſſam præſanctificatorum non cebbret: cujus repreſſa merito fuit audacia ab Humberto Cardinali Silvæ Candidæ tom. 4 Biblioth. Patrum, ut videre etiam licet apud Goar. loc. cit. pag. 173, qui tamen monet, Cardinalem multis in rebus juſtos prætergreſſum eſſe fines; quod fuſius refert Juvenin. de Sacram. Differt. 5, quæſt. 8, cap. I.

Verum utcumque ſit de ejuſmodi re, ſi quis eſt, qui quidquid de Præſanctificatorum Miſſa apud Græcos diſputari poteſt, ſibi cupiat expromi, adeat Leonis Allatii Diſſertationem ad calcem Operis de Conſenſu perpetuo Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis adjectam, & Le-Brun in Explicat. Miſſæ tom. 2, tit. 2, pag. 372, edit. Pariſien. Apud Latinos hac die Præſanctificatorum Miſſa tantummodo celebratur ea ratione, quam innuit Hugo a S. Victore de Specialibus Miſſæ Obſervationibus cap. 20. *Quæritur quare hac die Miſſa non cantetur, ſed Corpus Chriſti reſervatum die precedenti ſumatur. Ad quod dicitur ex decreto Innocentii Papæ Miſſam hoc biduo non celebrari, ut in Paſtoribus Eccleſiæ ſtatus temporis illius apud Apoſtolos oſtendatur, qui, ſicut Propheta prædixerat, Percuſſo Paſtore diſperſi erant &c. Quæritur iterum quare hac die non ſumatur ſanguis Chriſti, ſicut & caro Chriſti; ad quod dico, quod utrumque ſub utraque ſpecie ſumitur. Sed quia ſpecies vini labilis non poteſt tuto reſervari, ſine ea corpus Chriſti reſervari conſtitutum eſt*. Quæ repetit etiam Claudius Eſpencæus lib. 2 de adoratione Euchariſtiæ cap. 13.

Alludit Hugo ad Epiſtolam Innocentii I ad Decentium Epiſcopum Eugubinum: *Feria ſexta* (verba ſunt ex illius Epiſtolæ capite 4.) *propter paſſionem Domini jejunamus. Sabbatum prætermittere non debemus quod inter triſtitiam & lætitiam temporis illius videtur incluſum. Nam utique conſtat Apoſtolos biduo iſto & in mœrore fuiſſe, & propter metum Judæorum ſe occuluiſſe. Quod utique non eſt dubium, in tantum eos jejunaſſe biduo memorato, ut traditio Eccleſiæ habet, iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari. Quæ utique forma* (jejunandi) *per ſingulas tenenda eſt hebdomadas propter id, quod commemoratio diei illius ſemper eſt obſervanda*. Ac de ejuſmodi conſuetudine, quam ſervat Occidentalis Eccleſia celebrandi in Paraſceve Miſſam Præſanctificatorum, vetera reperias documenta apud Pouget Inſt. Cathol. tom. 1, pag. 841, tom. 2, pag. 272, & apud Bailletum Hiſt. hujus diei §. 2. Amalarius, & Alcuinus hujus rei rationem afferunt. *Quia in hac die Dominus ſe ipſum obtulit, & ipſa oblatio ſufficit ad ſalutem credentium*. Innocentius I rationem adducit paullo ante memoratam, quæ ab Apoſtolorum mœrore deſumitur, & a jejunio, quo hunc diem tranſegerunt; hæc quidem ratio longe cæterarum viſa eſt accommodatiſſima Mabillonio par. 2 Muſei Italici Commentar. ad Ord. Rom. & Graveſonio de Myſteriis & annis Chriſti pag. 455. Quærit Vertus tom. 4 Explicat. Cæremon. Eccl. Obſervat.

Digitized by Google

Euchariſtiam ſumerent, Dominica Oratio recitata fuit, nec unquam Euchariſtia

vat. 35, pag. 293, Edit. Pariſien. ann. 1713, an Innocentii I verba de quibuſcumque Feriis ſextis, & Sabbatis cujuſlibet Hebdomadæ ſint intelligenda, an vero de ſexta tantum Feria in Paraſceve, & Sabbato Sancto; ea enim verba, ſextas omnes ferias, & Sabbata totius anni videntur complecti. Verum cum Innocentius mœrorem commemoret, quo capti ſunt Apoſtoli Feria ſexta, qua die Chriſtus Jeſus eſt mortuus, & Sabbato inſequenti, quo ejus corpus jacuit in ſepulcro, jure inde arguit, ea verba de feria ſexta in Paraſceve, & Sabbato Sancto eſſe intelligenda.

Ait Hugo in loco, quem ſupra attulimus, Feria ſexta Majoris hebdomadæ & Sabbato Miſſam non celebrari. Verum ſi quis ejus verba attente conſideret, facile intelliget de ea Miſſa loqui, quæ aliis diebus celebrari ſolet; nec Præſanctificatorum Miſſam ejus verbis excludi, quæ cum omnibus cæremoniis, quas ſcripſimus, ſemper in Occidentali Eccleſia celebrata eſt in Paraſceve. In Hiſpaniis abuſus ille irrepſerat, ut Eccleſiæ hac die eſſent clauſæ, & prorſus ab omni ſacra cæremonia & divino cultu feriarentur; quem abuſum ſuſtulit Concilium Toletanum IV, Can. 7. *Comperimus, quod per nonnullas Eccleſias in die Sextæ Feriæ Paſſionis Domini, clauſis Baſilicarum foribus, nec celebratur Officium, nec Paſſio Domini populis prædicatur; dum idem Salvator noſter Apoſtolis ſuis præceperit dicens: Paſſionem & Mortem, & Reſurrectionem meam omnibus prædicate. Ideo oportet eodem die Myſterium Crucis, quod ipſe Dominus cunctis nuntiandum voluit, prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce omnem populum poſtulare, ut pœnitentiæ compunctione mundati venerabilem diem Dominicæ Reſurrectionis, remiſſis iniquitatibus, ſuſcipere mereamur, Corporiſque ejus, & Sanguinis Sacramentum mundi a peccatis ſumamus.*

Præterea, ait Hugo, nullo modo negari poſſe, Sacerdotem hac die ſumere Chriſti Corpus, & Sanguinem, utrumque etiam revera eſſe ſub ſpecie panis, præcedenti licet die conſecrati, additque id in cauſa eſſe, cur vinum non ſervetur die præcedenti conſecratum, quod periculo irreverentiæ actio ita non careat. Quidam Græcorum contendunt, ſumi in Miſſa Præſanctificatorum Corpus, & Sanguinem tum ſub ſpecie panis tum etiam ſub ſpecie vini; putant enim per immerſionem particulæ in calicem, ex ſacratiſſima Hoſtia detractæ, tranſubſtantionem fieri vini in Sanguinem. Sed hi ſunt recentiorum Schiſmaticorum errores. Veteres enim Græcorum ſemper credidere, ut ipſi credimus, non aliter vinum poſſe conſecrari, quam proferendis verbis, quæ formam conſtituunt Sacramenti, ut animadvertit Chriſtianus Lupus ad Can. 52 Conc. Trullani tom. 2, veter. edit. pag. 956. *Verum reſpondeo, hæc eſſe novella Schiſmaticorum commenta. Antiqui omnes Græci nobiſcum credidere, Euchariſtiæ elementa ſine myſticis verbis non poſſe conſecrari. Quocirca non ab ipſis elementis hæc Miſſa vocatur Præſanctificatorum, ſed a rebus contentis, quod nempe ſub unica panis ſpecie ſit non ſolum Domini Corpus, ſed & Sanguis.*

Nemo profecto inficiabitur, quoſdam etiam fuiſſe inter noſtros Latinos Scriptores, eoſque Catholicos, qui affirmarunt, in Miſſa Præſanctificatorum Corpus, & Sanguinem ſumi ſub ſpecie non modo panis, ſed etiam vini, quod vinum conſecretur vel per orationem *Pater noſter*, vel per immerſionem particulæ panis conſecrati in Calicem injectæ. Durandus in Rationali lib. 6, cap. 75, hanc quæſtionem proponit: *Numquid vinum, quod in die Paraſceves cum Dominico Corpore ſervato ſumitur, in Altari conſecratur, & Sanguis Chriſti efficitur per immiſſionem ipſius Corporis in Calicem, & ejus tactum?* Cui quæſtioni reſpondet, quoſdam eſſe, qui putent, vinum effici Sanguinem Chriſti, Micrologum & Amalarium innuens:

*ſtia ſine Oratione Dominica celebrata eſt ſi diligenter Gregorii Magni verba perpenſ*auens: *Super hoc dicunt quidam, quod per Dominicam Orationem, quæ tunc dicitur, fit conſecratio, ſeu commutatio vini in ſanguinem*. Id vero, ait, minime verum eſſe; nam ſi ea vis eſſet Orationis Dominicæ, panis etiam conſecraretur, atque inde exiſteret illud abſurdum, quod ſupervacaneum eſſet ad ſextam Feriam reſervare panem præcedenti die conſecratum: *Nos tamen hoc non dicimus, quia ſi hoc jam eſſet, non eſſet neceſſe Corpus Domini ad diem illam reſervari*: ac ſtatuit vinum ſanctificari quidem contactu ſacræ particulæ, non vero conſecrari, neque ejus tranſubſtantiationem fieri in Sanguinem Chriſti. *Dicimus ergo illud non conſecrari, ſed ſanctificari. Differt autem inter hæc: nam conſecrari eſt conſecratione tranſubſtantiari; ſanctificari eſt ex contactu, ſeu admixtione ſacræ rei reverendum & ſanctum effici, ut patet in aqua benedicta*. Sylvius tom. 5 ſuorum Operum edit. Anturpien. in Oratione I, *De Officio Paraſceves*, more ſuo accurate tractat hoc argumentum, & quæ objiciuntur, auctoritates explicat; magnum intercedere diſcrimen oſtendens inter conſecrari & Sanctificari. *Vinum enim ſanctificari eſt ex admixtione, vel contactu rei ſacræ reverendum & ſanctum effici: conſecrari vero eſt, illud vi verborum conſecrationis tranſubſtantiari in Sanguinem Chriſti*.

Hæretici, qui adverſus Eccleſiæ ſenſum pugnant pro Communione ſub utraque ſpecie, libentet eorum amplectuntur ſententiam, qui in Miſſa Feriæ ſextæ exiſtimarunt, per particulam ſacratiſſimæ hoſtiæ in Calicem injectam vinum conſecrari; ita enim ſe ab eo argumento liberant, quod adverſus eos depromimus ex ea Miſſa, in qua Sacramentum ſumitur ſub unica ſpecie panis. Sed eos magno in errore verſari oſtendit Mabillonius tom. 2 Muſei Italici in Commentar. ad Ord. Rom. §. 12, & ſequen. ubi veterem fuiſſe docet controverſiam, utrum per particulæ contactum vinum conſecraretur: quod obſervavit etiam Gregorius Caſſander in ſua Liturgia cap. 31, pag. 76, Eccleſiam Romanam ſemper exiſtimaſſe, non conſecrari; in aliquo ex Ordinibus Romanis reperiri ea verba: *Sanctificatur autem vinum non conſecratum per ſanctificatum panem*; ea tamen in textum inducta apparere; Patrum, & graviſſimorum Scriptorum ſummum in eo eſſe conſenſum, ut doceant, nonniſi vi verborum Chriſti, quæ Sacerdos proferat, vinum conſecrari; Feria Sexta Majoris Hebdomadæ propter ejus diei mœrorem Præſanctificatorum Miſſam eſſe introductam, panem pridie ejus diei conſecratum a Sacerdote, non autem vinum ſumi, quod panis facile conſervari poſſit ſine periculo irreverentiæ, vinum vero non item; diſciplinam denique idcirco invectam, ut vinum & aqua in Calicem infundatur, atque eo injiciatur ſacræ hoſtiæ particula, ut a Chriſto inſtituta ad exemplum convivii ſacra Communio eo modo exprimeretur, qui eſſet Cœnæ Chriſti accommodatior. *Nimirum quia Communio ſacri convivii rationem habet, ex cibo & potu debet conſtare. At quoniam altera Euchariſtiæ ſpecies in craſtinum reſervanda haud videbatur, nec iſto biduo Sacramenta celebrari mos ſinebat; inde factum eſt, ut ex puro vino aqua mixto, ſed tamen particula Euchariſtiæ ſanctificato altera convivii pars, videlicet potus, ſuppleretur*. Plura enim, quæ cum iis quæ ſcribit Mabillonius, conſentiunt, reperias apud Vert. cit. tom. 4, pag. 293, & ſequen. Hermanier tractatu de Sacramentis tom. 2, cap. 15, ubi agit de forma Euchariſtiæ, animadvertit in pluribus vetuſtis Miſſalibus Galliæ, Angliæ, Germaniæ, & Hiſpaniæ hunc loquendi reperiri modum, vinum nempe ſanctificari, & Chriſti Sanguinem fieri, cum Hoſtia conſecrata in calicem injicitur; ſed hanc fuiſſe docent quorumdam parum ſane probabilem opinionem, & ante IX ſæculum omnibus incognitam, quam vehementer impugnavit S. Bernardus Ep. 69, Joannes Boletus cap. 99, & Ja-

perpendimus. Et Theodorus Studita Ep. 119, Lib. II, pag. 748: *Poſito ſacro (d) libro, extenſoque puro linteo, aut ſacro velamine, depoſita prius illis e manu cum metu Sacra Euchariſtia, poſt hymnorum recitationem ore ſumi debet. Poſtea qui accepit abluere os vino debet*. Sed nil præclarius, ac luculentius iis, quæ habentur apud Combefiſium, & Bollandum ad diem VIII

Jacobus Cardinalis de Vitriaco Hiſtor. Occidentalis cap. 38. Idem Herminier, quod ſupra innuimus, eodem loco confirmat, Romanam Eccleſiam numquam ejuſmodi amplexatam eſſe doctrinam; eaque verba ex quodam Ordine Romano, *Sanctificet autem vinum conſecratum per ſanctificatum panem*, abeſſe monet a veteribus Codicibus Vaticano, Corbejenſi, & Colbertino, juxta ea, quæ ſcripſit loco cit. Mabillonius. Alcuinum, Micrologum, Amalarium, & Ordinem Romanum modo nominatum commemorare non prætermiſit Boſſuetus Meldenſis Epiſcopus tract. *de Communione ſub utraque ſpecie* vol. 5 ſuorum Operum edit. Argentinen. pag. 254, & invictis probat argumentis, eos Scriptores nunquam ſenſiſſe, ſanctificationem ex hoſtia in vinum injecta veram eſſe conſecrationem, qua vinum convertatur in Sanguinem; ſed exiſtimaſſe, eam ſanctificationem inferioris eſſe ordinis, alteriuſque naturæ, cujuſmodi eam deſcribit S. Bernardus Epiſt. *69*, qui ait, vinum cum hoſtia conſecrata mixtum, etiamſi non ea peculiari ſolemnique Conſecratione conſecratum ſit, qua in Sanguinem Chriſti Domini Noſtri contactu, ſed longe diverſa ratione ab ea, quæ fit virtute verborum, quæ ex Evangelio deſumpta ſunt.

In hac Feria ſexta nulli ſacra præbetur Communio, niſi forte gravius quædam neceſſitas urgeat, juxta Rubricam Miſſalis Romani: *Hodie* (Feria 5) *reſervat Sacerdos in loco decenti, & convenienti hoſtiam conſecratam pro die ſequenti, in quo non conficitur, vel etiam plures, ſi neceſſe fuerit, pro infirmis*. Sed non hanc ſemper fuiſſe diſciplinam, & hac etiam die populo ſacras particulas diſtribui conſueviſſe, quæ pridie eſſent conſecratæ, probant certiſſima monumenta.

Idem Inſtit. XXXVIII, n. 1. Ex veteri Eccleſiæ diſciplina univerſus populus, qui ad Miſſæ Sacrificium convenerat, Feria V majoris hebdomadæ Sacram Euchariſtiam percipiebat. Id ex Sacramentario Sancti Gregorii colligitur, quod Hugo Menardus anno 1624 in lucem protulit, ubi hæc leguntur: *Et communicat omnis populus ordine ſuo*. Neque ſolum pietate, ſed præcepto Fidelium ducebantur, quemadmodum teſtimonio antiqui Canonis, In Cœna Domini de Conſecrat. diſſert. 2, aperte comprobatur. Si quis præterea affirmaret in more poſitum fuiſſe, ut ſexta Feria ejusdem hebdomadæ Fideles iterum ad ſacram Euchariſtiam accederent, hanc ſententiam perſpicuis documentis tueri poſſet, quæ P. Mabillonius & Martene fuſe commemorant.

Si fides Amato Pougeto habeatur, eadem conſuetudo in quibusdam Eccleſiis adhuc a Clericis retinetur: *Hodieque viget* (inquit ille) *in quibusdam Eccleſiis, in quibus Clerici omnes duobus hiſce diebus communicant*.

(d) Quæ de ſacro Libro ſcribit Theodorus Studita, lucem poſſunt accipere ex Syrorum Jacobitarum diſciplina, quam in Nomocanone ſuo explicat Abulfaragius; in defectum ſcilicet Tabulæ, aut Antimenſii *ſumendum eſſe folium ex Evangelio in eorum vicem, & ſupra collocandum diſcum, & calicem*. Nomine igitur *Sacri libri*, Evangeliorum codicem veroſimiliter Theodorus Studita deſignavit. Conſtat porro ex Manuele Charitopulo, & Balſamone Ἀντιμίνσια *Antimenſia* eſſe ſegmenta panni vel mappæ, quæ ſacræ menſæ inſternitur in die Encæniorum Eccleſiæ, quæ precibus & ritu eccleſiaſtico conſecrata in varias partes diſcinduntur, & quæ altarium, ut Latini vocant, portatilium vicem præ-

Digitized by Google

VIII Februarii in Vita S. Lucæ junnioris: *Quæſivit S. Lucas ab Corinthiorum Archiepiſcopo, ſenſu admodum contrito, & humili: Amabo te, inquit, o Domine, qua nos ratione, qui propter multa peccata noſtra montes colimus, ac ſolitudines, qua, inquam, ratione tremenda Myſteria poſſumus ſumere? Vides enim, ut nedum Collecta, ſed neque Sacerdos nobis ſuppetat? Ille porro gratam admodum quæſtionem habens; Bene, inquit, Pater, deque re bona, ac neceſſaria interrogaſti. Nam bonum quoque, ut ajunt, non bonum eſt, ubi non bene fieri contingat. Primo igitur, ac præcipue Sacerdotem adeſſe decet. Quod ſi ille neceſſaria omnino ratione deſit, imponendum Sacræ Menſæ, ſive Altari Præſanctificatorum vaſculum, ſi quidem oratorium ſit, ſin autem cellula, ſcamno mundiſſimo. Tum, explicato linteolo, propones in eo ſacras particulas, accenſoque thymiamate Typicorum pſalmos, ac hymnum Triſagium (e), cum Fidei ſymbolo decantabis, trinaque genuflexione adorans, & manus quidem contrahes, ore autem pretioſum Chriſti, ac Dei noſtri corpus ſumes, dicendo, Amen. Loco autem ſacri laticis, vini poculum bibes. Nec vero huic Cælitem miniſterio addictum in uſum alium communem aſſumes. Rurſus vero reliquas particulas in vaſe linteolo colliges, omnem diligentiam ad-*

bi-

ſtant, adeo ut in oratoriorum, aut aliarum ædium ſacrarium menſis non conſecratis, abſque hujuſmodi Antimenſiis ſacras Liturgias celebrare nefas ſit. Adverte poſtremo linteolis ſæpe uſos eſſe veteres ad corpus Chriſti involvendum; ut quam propius ad conſuetudinem accederent, myſticamque ſignificationem exprimerent, ſecundum quam Chriſti corpus ſuper linteo mundiſſimo, quod nos *Corporale* vocamus, alii etiam *Chriſmale* appellarunt, collocatur. En præclara verba Iſidori Peluſiotæ: *Pura illa ſindon, quæ ſub divinorum donorum miniſterio expanſa eſt, Joſephi Arimathenſis ſacrum ſervitium eſt. Ut enim ille Domini corpus ſindone involutum ſepulturæ mandavit, per quod univerſum hominum genus reſurrectionem percepit, eodem modo nos Panem propoſitionis in ſindone ſanctificantes, Chriſti corpus ſine dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatis in modum fontis proferens, quam ſalvator Jeſus, a Joſepho funere elatus, poſteaquam a morte ad vitam rediit, largitus eſt.* Ad myſticam hanc ſignificationem animum intendiſſe, qui aut in Chriſmalibus, aut puris mundiſque linteolis panem Euchariſticum involverunt, longeque profecti ſunt, arbitramur.

In hoc chriſmali Euchariſtiam deferebat Sanctus Birinus quam ab Honorio Pontifice acceperat, ut ejus vitæ ſcriptor enarrat his verbis: *Dederat ei Honorius Papa pallam, ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat, & in qua Corpus Dominicum involutum, & ad collum ſuſpenſum ſemper ſecum ferebat, atque inter ſacranda ſacroſancta myſteria ſuper ſanctum altare ponere conſuevit.* Simili in receptaculo, vel pergameno ſervabant Euchariſtiam recenter ordinati Epiſcopi, & Presbyteri, qui pane Euchariſtico a Pontifice accepto quadraginta dierum ſpatio ſe communicare debebant; qua de re Martenius, Menardus, Mabillonius, atque alii diſſerunt; quemadmodum & Virgines, quæ in die conſecrationis ſuæ hoſtiam ab Epiſcopo acceptam octo in partes partiebantur, ut eadem totidem inde conſequentibus diebus veſcerentur.

(e) De Triſagio in Myſtagogia cantari ſolito conſule Habertum Obſerv. 6, pag. 64, Pontifical. Græcor. Renaudotium Tom. I Liturgiar. Oriental. pag. 228, Goarium in Liturg. Chryſoſtomi &c.

Digitized by Google

hibens, ne margarita, id eſt Dominici corporis particula dilabatur, aut conculcetur (f).

§. IV. Cum Perſecutio in cervicibus erat, tum magna Euchariſtici panis vis a Sacerdotibus conſecrabatur, eaque ligneis pixidibus (*Omnis peræque unus panis cum ligno datur*. S. Zeno Lib. I, tract. XIV, num. 4.) concluſa ſingulis Chriſtianis diſtribuebatur, quam ſecum Domum deferrent, in arculis ſancte cuſtodirent, eaque animæ ſuæ vires reficerent, ac confirmarent. Harum domeſticarum arcularum, in quibus Euchariſtia aſſervabatur, mentio fit in Actis SS. Indes, & Domnæ apud Baronium ad diem 15 Auguſti Martyrolog. Roman. ubi dicitur: *In horum ſanctorum ædibus nihil aliud repertum fuiſſe, quam divinæ Crucis figuram, & librum ſacroſanctum, nimirum Apoſtolorum Deo gratas actiones, cujus præclaræ opes erant duæ ſtoreæ in nudo ſolo ſtratæ generoſorum, & Beatorum Domnæ & Indes ſupellex, fictile præterea thuribulum, & lucerna, ET LIGNEA ARCULA, IN QUA REPOSUERUNT SACRAM OBLATIONEM, CUJUS FIEBANT PARTICIPES*. Alterum hujuſce rei monumentum habemus apud Bollandum Tom. I Martii Cap. XII, n. 44, pag. 19, ubi loquens de S. Eudomia, quæ, Trajano rerum potiente, Martyrii coronam tulit: *Priuſquam*, inquit, *traderet ſe lupis agna Chriſti, brevi mora impetrata prodeundi, accurrit in Sacram Ædem, reſerataque illic ARCULA, IN QUA DIVINUM DONUM RELIQUIARUM SANCTI CORPORIS CHRISTI SERVABATUR, inde particulam acceptam ſinu recondidit, & ſic ſtatim cum militibus abiit (g).*

Atque hæc de Oratoriis domeſticis, quæ Perſecutionum temporibus in Chriſtianorum uſu erant.

§. V. Venio nunc ad ea privata Ora-

(f) Horum pleraque, ea præcipue, quæ de Triſagii, & Typicorum hymnorum recitatione dicuntur, Orientalium, Liturgiis conformia ſunt, ut Chryſoſtomi Liturgiam ab Goario illuſtratam perlegenti conſtabit.

(g) Hunc locum illuſtravit Boſſuetus, ut adverſus ſectarios Euchariſtiam antiquitus etiam conſervatam & acceptam unica ſub ſpecie tueretur. De quodam ſervo narrat Joannes Moſchus, quod feria quinta in Cœna Domini cum ſumtam in Eccleſia Euchariſtiam in armario domus heri ſui concluſiſſet, ea viſa eſt in virides ſpicas commutata. Hunc ad morem ſpectaſſe ſpectant ea ſancti Zenonis verba: *omnis peræque unus panis cum ligno datur;* ad quæ adnotarunt fratres Ballerinii ejusdem Operum editores, hæc inſinuare Euchariſtiam arca ligneæ incluſam fidelibus fuiſſe traditam, ut ſic eam cautius domum deferrent. Ex hoc autem, addunt, ſane commodius intelligitur, quod S. Zeno tract. 5, num. 8, de gentili viro cum Chriſtiana fæmina conjuncto adfirmat: *Arrepto*, inquit, *forſitan Sacrificio tuo, tuum pectus obtundet, tuam faciem deformabit*; capſulis enim ligneis, in quibus *Sacrificium*, ideſt Euchariſtia condebatur, ictus & vis ejuſmodi facile congruit, ut & pectus obtundere, & faciem deformare poſſint. Quæ interpretatio admodum Berlendio placuit, qui eam ex Calmeto illuſtrare aggreſſus eſt. Nec mirandum Chriſtianos ligneis in arculis conſervaſſe Euchariſtiam. Id agebant, quod patiebantur eorumdem ſane non multæ facultates, neque dubitandum pro rerum ſtatu, & conditione temporum inſtrumenta ac reconditoria adhibuiſſe digniori ex materia compoſita, quemadmodum ipſis etiam

Digitized by Google

Oratoria, quæ non propter aliquam neceſſitatem, ſed propter dignitatem honeſtioribus familiis concedi ſolent. Licet Laodicenæ Synodi canone 58 vetitum fuerit, ne quis Sacerdos intra domeſticos parietes Sacra facere auderet, Trullana tamen Synodus id Græcis licitum eſſe voluit, modo Epiſcopi interceſſerit auctoritas: *Clericos, qui baptizant, vel miniſtrant in Oratoriis, quæ intra domos ſunt, cum conſenſu Epiſcopi loci hoc facere præcipimus; ſi quis hoc non obſervaverit, deponatur*. Can. 34, de Conſec. Diſtinct. 10. Id ipſum etiam Concilii Moguntini canone nono, ann. 888,

La-

---

iam vigentibus perſequutionibus accidiſſe novimus, male ferentibus Ethnicis vaſa argentea, & candelabra aurea in Chriſtianorum ſacris adhiberi, uti ex recitatis Prudentii carminibus eſt manifeſtum. Ex his interea aliiſque modo dicendis, colligas, priſcos fideles Euchariſtiam iis in reconditoriis repoſitam adoraſſe, realemque Chriſti præſentiam in eadem etiam extra uſum agnoviſſe; ac proinde ſingularia eſſe prorſus noſtri temporis Proteſtantium ingenia, qui doctrinam hanc ceu noviſſimis temporibus inductam volunt, eamque æquas inter cauſas ponunt, queis ſe ab Eccleſia catholica ſejunxerunt. Sed frequens paupertas Chriſtianorum in cauſa fuit, ut etiam in pixidibus, ac vaſculis argillaceis conſervarent Euchariſtiam. Duo hujuſce generis ac materiæ ex Romanis cœmeteriis effoſſa nobis communicavit vir de ſacra, ac profana antiquitate optime meritus Jo: Baptiſta Paſſerius. *In primis*, ait Paſſerius, *exhibeo imaginem Turriculæ ad prothotypi magnitudinem expreſſam, in qua Fideles priorum ſæculorum, apud quos pietas exuberabat, Sacra Euchariſtiæ particulas linteolis involutas domi ſervare ſolebant, ne, dum inſtaret repentina perſecutio, mors beatiſſima tanto munimine deſtitutos eos occuparet. Frequentiſſimum apud illos hunc uſum fuiſſe conjicio vel ex hoc uno, quod in veterum Chriſtianorum cæmeteriis, in quibus ſæpe vivi latitabant; & mortui tumulabantur, ſimilium fragmenta non ſemel collegerim, adhærentibus, ſive aliquando divulſis lucernis uda adhuc argilla Turriculæ aglutinatis, ut perenni lumine aliquis etiam in privatis ædibus honor myſterio tam venerabili tribueretur. Cum vero tumulari ſecus defunctorum cadavera conſueviſſent, non aliter depoſitum fuiſſe in loculis puto tam venerabile Sacramentum, quàm in ipſis turriculis fictilibus minime ſumptuoſis, quas inter cæmeteriorum macerias invenimus. Hæc præſens, aliaſque, quas huic ſimiles in eruditorum cimeliarchiis obſervavi, itemque fragmenta, quæ apud me ſunt, conſtat ex argilla albicante deſuper encauſtico opere rubricata calcantho, & plumbo excocto, quo familiariſſimo magiſterio fictilia univerſa expoliebant. Hæ Turriculæ ectypæ ſunt atque expreſſæ ex gypſea forma, nam meæ ſimillimam ſervat Ferrariæ Cl. Antenor Scalabrinus hujus Sanctæ Eccleſiæ Canonicus pietate, & doctrina conſpicuus. Intrinſecus vacuæ ſunt, ſuperne vero contemporaneo opere clauſæ pari lamella in concham ſinuata, in qua panniculis involutum ſacrum Chriſti corpus deponebatur, lucernula inferius rutilante, & geminis aliquando in lateribus appictis, cujuſmodi ex fragmentis apud me demonſtratur. Forma quadrata eſt, ut quodammodo altaris imaginem redoleat, quod ex quadrato lapide, atque unico conſtare ſolebat: quæ inſtitutio ſignificatione non caruit; nam altare Chriſti imago eſt, qui lapis angularis appellatur. Hujuſcemodi unum integerrimum habeo Piſauri ex antiquiſſimo S. Mariæ Magdalenæ Monaſterio erutum, in cujus fronte crux ampla exciſa eſt cum Chriſti benedicentis imagine*. Hactenus Paſſerius. His ergo in turriculis primi Chriſtiani panem Euchariſticum domi ſervaverunt. Alias deinde turriculas digniori ex materia conflarunt, & in Eccleſiis collo-

ca-

Latinis permiſſum fuit. *Miſſarum ſolemnia non ubique, ſed in locis ab Epiſcopo conſecratis, vel ubi ipſe permiſerit, celebranda eſſe cenſemus.* Verum nimia Epiſcoporum facilitate, & indulgentia, ne dicam negligentia, & incuria temporum decurſu acciderat, ut nulla ferme privata amplius eſſet, quæ ſuo Oratorio, ac Miſſa careret. Huic rei obviam iit Tridentina Synodus ſeſſ. XXII, in Decret. de Obſerv. & Evitand. in Celebrat. Miſſ. monuitque Epiſcopos, *ne patiantur privatis in Domibus, & omnino extra Eccleſiam, & ad divinum tantum cultum dedicata Oratoria ab iisdem Ordinariis deſignanda, & viſitanda Sanctum Sacrificium a Sæcularibus, & Regularibus quibuſcumque peragi.* Sanctus Carolus Borromæus in Concil. Provincial. I, Part. II, hoc Tridentinum Decretum ita eſt interpretatus, tum demum integrum eſſe Epiſcopis pati, intra privatos parietes Sacrum a Sacerdotibus peragi, cum id præſens aliqua atque urgens popoſcerit neceſ-

caverunt, pro communione infirmorum Euchariſtiam continentes, & Chriſtianorum ad eas convenientium adoratione, ut Sebaſtianum Paulium, Mabillonium, Martenium, & alios evolventi facile conſtabit. Ac frequentem quidem vaſorum fictilium uſum penes antiquos Chriſtianos obtinuiſſe ex eo colligendum eſt, quod auro, & argento ſæpe deſtitutæ Eccleſiæ fuerint, unde iis in vaſculis ſacra reponere neceſſitate urgente cogebantur, quæ paratu faciliora eſſent, cujuſmodi erant fictilia; hæc enim

Fictilia antiquus primum ſibi fecit agreſtis
Pocula de facili compoſuiſſe luto.

Hinc in agapis poſt ſumtionem Euchariſtiæ celebrari ſolitis phialas, & amphoras fictiles adhibuerunt, uti hæc ſunt, quæ fuere erutæ e cryptis, & cæmeteriis. Narrat Mabillonius, ſe Romæ in Eccleſia S. Anaſtaſiæ vidiſſe calicem, quo in re ſacra uſum fuiſſe S. Hieronymum dicebatur, illumque conſtare ex terra figulina alba, in ſimilitudinem uſualis calicis ad potandum. At dubitat vir ſummus, an unquam ſacra fecerit Hieronymus. Sed quum a Paulino Antiocheno, inquit Baſnagius, cujus partes in Oriente prævalebant, fuerit Hieronymus presbyter ordinatus, non video cur a ſacris adminiſtrandis ſemper abſtinuerit. Quamquam ne quidem apud veteres vaſcula lignea ac fictilia contemtui erant. *Quid autem*, inquiebat Cicero, *Numa Pompilius? minus ne gratas Diis immortalibus capedines, & fictiles urnulas, quam filicatas aliorum pateras arbitramur?* Sed de his conſule Varronem, Juvenalem, Martialem, Plinium, & Scacchium. Et recte quidem illis veteres fictilibus uſi ſunt vaſis in cultu Deorum ligneorum, lapideorum atque fictilium. Cauſa igitur eorumdem apud Chriſtianos uſus merito in eorum paupertatem, ac iniquitatem temporum referenda eſt. Adoraſſe porro domi Euchariſtiam priſcos Chriſtianos dubitari non poteſt; quum perſpicuis ac certis documentis conſtet etiam cruces ex ligno, aliave materia compoſitas, vel in parietibus depictas, ſingulari proſecutos fuiſſe venerarione. Argumento etiam ſunt lumina illa, ac lucernulæ turriculis adpoſitæ, ut expoſuit præclare laudatus modo Paſſerius. Nec incongrua Euchariſtiæ conſervatio domi facta illi videbitur, qui expenderit, quales antiquitus eſſent domus Chriſtianorum. Totidem proculdubio Eccleſiæ erant, nulluſque in iis luxus adparebat, quum eorum multi ſumma egeſtate premerentur. Quod ſi erant aliqui, ut profecto fuerunt, qui opum copia florerent, & honoribus, curabant diligenter, ut ædium ornamenta virtutibus, demiſſi nimirum animi, modeſtiæ,

Digitized by Google

ceſſitas (*h*), aut Romana Eccleſia indulſerit (*i*).

QU.

ſtiæ, candoris, & morum integritatis, quibus excellebant, adprime reſponderent. Hinc menſæ, ſpecula, tabulæ, lecti, vaſa, res denique cæteræ, quæ ad domus cultum, aut familiæ uſum pertinent, non faſtum, ac ſuperbiam redolebant. Non patiebantur pii illi Chriſtiani, domos ſuas Eccleſiis aut altaribus vel opulentiores, vel ſplendidiores eſſe.

(h) Clericatus Tom. I, Lib. II, pag. 13, n. 12. Tandem circa celebrationem Miſſæ in loco publico non eſt ommittendam concedere concorditer Doctores, quod Epiſcopus poſſit licentiam dare celebrandi extra Eccleſiam pro aliqua vice ob juſtam, & gravem cauſam, puta tempore Peſtis, (quamvis hoc tempore tutius ſit petere licentiam ab Apoſtolica Sede, ut dicam infra in Caſu prudentiali Menſis Decembris) vel occaſione magni concurſus populi, quem Eccleſia non caperet. Zerola *in praxi part.* 1, *Verb. Miſſa*, *pag.* 226, Valer. *de differ. Utriuſque for. d. Verb. diff.* 2, Navar. *conſ.* 2, *de Privileg. num.* 2, Loterius *lib.* 1, *quæſt.* 30, *num.* 15, *in fin.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 2, *alleg.* 23, *num.* 8, & 9, & *in collectan. DD. ſuper cap. ult. de Privileg. in* 6, *num.* 6, Jordan. *d. tom.* 1, *lib.* 4, *tit.* 1, *n.* 121, & 122, Thom. Tambur. *de Sacrif. Miſſæ lib.* 1, *cap.* 4, *num.* 7. Cujus facultatis exemplum habemus in lectionibus ſecundi Nocturni S. Fidentii Epiſcopi Patavini, cujus feſtum in hac Diœceſi celebratur *die* 16 *Novembris*; ibi enim narratur, quod cum ejus ſacrum Corpus jaceret incognitum in Villa Pulveraria, Guaſlinus Epiſcopus Patavinus Anno 890, accepto nuntio de voce miraculoſa Pulverariæ ſæpius audita, quæ mandabat ſibi referri ut illuc ſe conferret; cum clero, & populo, *rus Pulverariæ perrexit, erectoque in loco ſibi viſo* (per ſoporem) *altari, offerens immaculatam hoſtiam, ſenſit ſub ſe terram tremere, quo indicio magis confirmatus Sacrum peregit, & ibidem effodit, ſuique voti compos invenit loculum, & in ejus opertorio has notas: Corpus B. Fidentii Epiſcopi.*

(i) Idem ibidem pag. 14, n. 23. Quoad oratoria privata, conſtructa in domibus Procerum, & nobilium perſonarum ſciendum eſt de jure fuiſſe prohibitum, Sacrum facere in domibus privatis, *cap. Tabernaculum*, & *cap. Unicuique de conſecr. diſt.* 1. Niſi ex juſta cauſa Epiſcopus licentiam dediſſet, *cap. Miſſar. eadem diſt.* 1, *cap. Quidam* 15, *q.* 2. Porro tum ex Epiſcoporum nimia Indulgentia, tum ex Privilegiis Apoſtolicis ſuperabundanter Regularibus conceſſis ita excreverat abuſus privatorum Oratoriorum, in quibus cum irreverentia ſacrificium Miſſæ celebrabatur, ut Sacrum Tridentinum Concilium *ſeſſ.* 22, *in Decreto ſupracitato de obſervand. & evitand. in celebrat. Miſſæ* ſtatuerit, non eſſe amplius extra publicam Eccleſiam celebrandum, & commiſerit Epiſcopis, ne paterentur in privatis domibus Sacrum fieri. Verum quia Concilium modeſtis verbis uſum fuit in hac prohibitione; plurimi Epiſcopi prædictum Decretum Conciliare non exequebantur, immo contra ipſum operabantur; unde Sacra Congregatio Concilii juſſu Pauli Papæ Quinti *die* 10 *Martii* 1615 ſcripſit litteras Encyclicas, relatas a Nicol. *Lucubrat. Canonic. dict. lib.* 5, *Tit.* 33, *num.* 7, a Novario *in Summ. Bullar. d. part.* 1, *Commentar.* 8, *num.* 2, & a Fagnano, (tunc Secretario & ſcriptore eorundem *in cap. Auctoritate num.* 18, *de Cenſibus tom.* 5, *pag.* 286.) per quas declaratum fuit, nulli Epiſcopo licere facultatem facere cuicumque perſonæ, in Oratorio privato audiendi, celebrandive Miſſam abſque obtentu Apoſtolici Privilegii. Igitur ab eo tempore citra omnes Epiſcopi obtinuerunt a prædicta conceſſione, & perſonæ nobiles cœperunt recurrere ad Apoſtolicam Sedem pro Indul-

Digitized by Google

dulto Apoſtolico privati Oratorii in ſuis domibus; cujus quidem Indulti nunc frequens eſt uſus; ideoque ipſius clauſulæ hic breviter, & ſummariæ ſunt ponendæ, exponendæ, atque explicandæ. Itaque Breve Apoſtolicum Oratorii privati incipit.

I. *Innocentius Papa Duodecimus*. Sic enim nominatur Summus Pontifex hodie regnans, creatus die 12 Julii ann. 1691, qui antea vocabatur *Antonius Card. Pignatellus Neapolitanus*, quem Deus ſucceſſibus feliciſſimis ſoſpitet, continuaque protectione cuſtodiat. Cœpit autem hæc nominis mutatio in *Sergio* hujus nominis *Papa ſecundo* circa annum 844, qui cum ante aſſumptionem ad Pontificatum vocaretur *Oſporch*, ob dicti nominis indecentiam, illud mutavit, & ſe *Sergium* appellavit. Platina *in ejus vita in princ.* Jacob Philipp. de Bergom. *in Chronica lib. 11, ann.* 846. Menochius *de Arbitr. judic. caſu* 318, *n.* 4, ubi fieri notat hujus nominis mutationem, quam deinde poſt Sergium amplexi ſunt omnes Romani Pontifices, ad denotandam Majeſtatem, & excellentiam Pontificatus, eſt enim juſtum, ut qui omnibus præeſſe debet, non amplius nomine antiquo appelletur, ſed novum nomen habeat, ſicut de novo effectus eſt omnium Dominus, & Dei Vicarius. Concordant Gonzalez *ad Regul.* 8 *Cancell. Gloſſ.* 1, *n.* 44, & Bonac. *de Cenſuris in Bulla Cœnæ tom.* 3, *diſp.* 1, *qu.* 1, *punct.* 2, *n.* 7, 8, *&* 9. Cæterum P. Antonius Foreſti *in ſuo Mappamundo tom.* 3, *in princ. c.* 3, *n.* 11, advertit ex Anaſtaſio Bibliothecario ſupradictam Platinæ narrationem eſſe fictitiam, & mutationem nominis in Papa fuiſſe introductam, vel ab Adriano III, vel a Joanne XII.

II. *Dilecto Filio* (exempli gratia) *Bonifacio Comiti de Borromæis*. Errorem nominis, ſeu cognominis, non vitiare gratiam, quando conſtat de perſona, cui conceſſa eſt, aſſerunt omnes Doctores. Sanchez *de Matrim. lib.* 8, *diſp.* 21, *n.* 37, Rota *deciſ.* 87, *n.* 3, *deciſ.* 319, *n.* 1, *& deciſ.* 566, *n.* 3, *part.* 2, *recent.* Laym. *lib.* 1, *tract.* 4, *cap.* 22, *n.* 27, Diana *part.* 8, *tract.* 3, *recol.* 63, *&* 64, quæ in Coordinato ſunt *tom.* 3, *tract.* 2, *reſol.* 107, *&* 108. Nam Papa intendit gratiam facere petenti, ſive ſit Petrus, ſive ſit Paulus, ſive Franciſcus; Juſtus *de Diſpenſat. Matrim. lib.* 1, *cap.* 4, *n.* 54, 55, *&* 56, ubi excipit; ſi petatur diſpenſatio in forma pauperum, ne detur locus fraudibus in emolumentis officialium Romanæ Curiæ. At hæc doctrina cum grano ſalis eſt intelligenda, ut ſcilicet Breve Apoſtolicum non ſit invalidum: ſed ad ejus executionem deveniri non poſſit, niſi prius remittatur Romam, & ibi error corrigatur. Thom. de Roſa *de Executor. litt. Apoſt. part.* 1, *c.* 5, *n.* 269, 270, Loter. *lib.* 3, *quæſt.* 34, *per totum*, & Amygden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1, *c.* 10, *n.* 4. Niſi error nominis, aut cognominis verſaretur in aliqua ſyllaba, vel littera, ut ſi impetrantis nomen eſſet *Antoninus*, ſeu *Bernardinus*, & in breve diceretur *Antonius*, vel *Bernardus*, aut vice verſa; vel ſi Orator nominaretur duplici nomine, veluti *Joannes Maria*, *Antonius Maria*, *Joannes Petrus*, & unum tantum nomen eſſet ſcriptum; tunc enim Breve exequendum foret. Loter. de Roſa *ubi ſupra*, *Corad de diſpenſationibus lib.* 7, *cap.* 5, *num.* 8.

III. *Civitatis, vel Diœceſis Paduanæ*. Pariter ſi circa hanc clauſulam irrepſiſſet error, & expreſſa fuiſſet alia Civitas, vel Diœceſis, validum eſſe Breve Oratorii privati aſſerit Quartus *in Rubr. Miſſal. d. part.* 3, *tit.* 10, *ſect.* 3, *dub.* 1, *difficult.* 1, cum Diana *part.* 1, *tract.* 10, *reſol.* 36, jacente in *Coordin. dict. tom.* 3, *tract.* 2, *reſol.* 109, dummodo tamen ſit certitudo circa perſonam impetrantis. Quandoquidem, ſi dubium eſſet, cuinam perſonæ fuiſſet gratia conceſſa, in hoc caſu opus eſſet correctione ante executionem; reſultante incertitudine circa perſonam impetrantis; cum enim ſint (exempli gratia) Comites de Borromæis Florentini, Mediolanenſes, & Patavini; error Civi-

tatis & Diœceſis incertum facit, cui ex his Comitibus Papa voluerit gratiam facere. Monet. de *Commut. ultimar. volunt. cap.* 12, *concluſ.* 9, *n.* 206, Juſtus *d. lib.* 1, *cap.* 4, *a n.* 59 *& ſeqq.* Non inficiamur, quod ſi poſt obtentum Breve, Comes de Borromæis Patavinus transferret Florentiam, ſeu Mediolanum habitationem ſuam, potiri poſſet eodem Breve. Tamb. *de Sacrif. Miſſ. lib.* 1, *cap.* 4, §. 4, *n.* 2, Biſſus *in Hierurg. d. Verb. Oratoria n.* 109, §. 5, ea ratione quia Privilegium eſt perſonale, & ſequitur perſonam quocumque ierit. In Brevibus Apoſtolicis, quæ impetrantur per Nobiles Venetos pro habendo Oratorio Privato, ponuntur hæc verba: *ut in Civitate, & Diœceſi Venetiarum* illud haberi poſſint. Dubitatum fuit, an virtute eorumdem Brevium ſit eis permittendum Oratorium privatum in Diœceſi hac Patavina: Et his reſpondi affirmative ad favorem DD. de Gritis, & DD. de Sagredis; tum ex ſupracitata doctrina, quod gratia eſt perſonalis, & ſequitur perſonam quocumque ierit, etiam extra Diœceſim; tum quia totum Dominium Venetum dicitur Diœceſis Nobilium Venetorum; quod idcirco a quocumque Epiſcopo hujus Sereniſſimi Dominii poſſunt abſolvi, diſpenſari, ac etiam ad ordines promoveri. Jordan. *tom.* 1, *lib.* 3, *tit.* 3, *n.* 89, *& tit.* 6, *n.* 66, ex rationibus, & Doctoribus ibi per eum allegatis.

IV. *Qui, ut aſſeris, de Nobili genere procreatus exiſtis.* Deficiente nobilitate corruit Indultum, quia hæc eſt conditio eſſentialis, propter quam Papa concedit Oratorium privatum. Felin. *in cap. Ad aures, de Reſcript.* Rota Coram Ludovis. *deciſ.* 214, *n.* 2, *&* coram Merlin. *deciſ.* 229, *n.* 1, Tambur. *d. lib.* 1, *cap.* 4, §. 4, *n.* 3, 4, 5, Quartus d. p. 3, tit. 10, ſect. 3, dub. 2, qui duo Auctores dicunt, non ſufficere nobilitatem ex privilegio, neque ex parte Matris tantum. Sed contrarium eſſe verius, & utrumque ſufficere in præſenti materia Oratorii privati docet Pignatell. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *n.* 44, *&* 45. Nam dicta clauſula non ponitur a Papa taxative, ſed demonſtrative, & de jure nobiles ex Privilegio admittuntur ad ea, pro quibus requiritur nobilitas ſanguinis, ut in praxi obſervatur in Republica Veneta circa nobiles noviter factos ex Privilegio Sereniſſimi Magni Conſilii. Garzia *de nobilitate gloſſ.* 1, §. 2, *n.* 50, *& gloſſ.* 35, *num.* 48, Tiraquell. *eod. tract. cap.* 6. Et qui natus de Matre nobili dicitur procreatus de parentela, & de genere nobili, quia nobilitas ab aſcendentibus provenit in deſcendentes, *l. fin. ff. de Senator.* Rota coram Durano *deciſ.* 8, *n.* 7, *& part.* 3, *recent. deciſ.* 220, *n.* 1. Et in materia favorabili ſufficit nobilitas ex Matre. Bald. *conſ.* 183, *in fin. lib.* 1, Rota *deciſ.* 575, *n.* 5, *part.* 4, *recent.* Et ſolum attenditur nobilitas ex Patre, quando requiritur nobilitas abſoluta, & in ſtricta ſignificatione. Rota coram Duran. *deciſ.* 294, *n.* 8. Non eſt autem neceſſaria probatio nobilitatis, ſi nota ſit Ordinario, ad quem ſpectat executio Brevis, quia non committitur ei, ut ſe judicialiter informet, & ſic ſufficit, ſi notum ſit fundamentum gratiæ: quod ſi nobilis adveniſſet noviter in Diœceſim Epiſcopi, tunc eſſet juſtificanda nobilitas extrajudicialibus probationibus. Pignatell. *d. tom.* 6, *conſ.* 98, *n.* 49.

V. *Ut in privato domus tuæ ſolitæ habitationis Oratorio.* Ex hac clauſula, ſi Nobilis mutet habitationem poſſe novum Oratorium in nova habitatione conſtruere, & in eo celebrare facere, tam in eadem Civitate, & Diœceſi, quam alibi docent DD. eo quia ut ſupra notavimus, Privilegium eſt perſonale & ſequitur perſonam. Tamb. *d. lib.* 1, *cap.* 4, §. 4, *n.* 6, prævia tamen approbatione nova Epiſcopi. Quartus *d. part.* 3, *tit.* 10, *ſect.* 3, *dub.* 3, Pignat. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *n.* 58, 59, *&* 60, ubi concedit, quod ſi Nobilis ſolitus ſit habitare diverſas domos, exempli gratia unam in Urbe tempore hyemali, aliam ruri tempore æſtivo, poterit in

ultra-

Digitized by Google

utraque Domo habere privatum Oratorium; quando verba Brevis Apoſtolici non ſtent reſtrictive, & taxative; ſed poſita ſint demonſtrative: & in dubio ſtare demonſtrative docet Rota *part. 1 diverſ. deciſ.* 442, *n.* 3, & coram Merlino *deciſ.* 328, *num.* 12, Card. Pariſius *lib.* 4, *conſ.* 4, *num.* 36.

VI. *Ad hoc decenter muro extructo & ornato, ab omnibus domeſticis uſibus libero*: id eſt in formam Capellæ cum Altari, & Sacra Imagine: at quatuor muri non ſunt neceſſarii, ſed tres ſufficiunt, ſi proſpectus claudatur vel januis ligneis, aut tela. Super fornicem, aut tectum hujuſce Oratorii poteſt tollerari cubiculum; ſed per ipſum Oratorium non eſt tolerandus tranſitus ad alia cubicula: neque in illo conſervandæ res domeſticæ, ut docent Quartus *d. part.* 3, *tit.* 10, *ſect.* 3, *dub.* 4, *per totum* Tamb. *d. l.* 1, *c.* 4, §. 4, *n.* 4, & 9, & Pignat. *d. conſ.* 98, *n.* 36, *tom.* 6. Qui omnes advertunt poſſe ad libitum Patroni dictum Oratorium iterum reduci ad domeſticos uſus, atque profanos, quia non eſt locus Sacer, & non gaudet immunitate, neque per carnalem copulam in eo committitur Sacrilegium, ut diximus ſupra.

VII. *Per ordinarium loci prius viſitando, & approbando*; idem per Epiſcopum, aut ejus Vicarium, vel alium viſitatorem ab eo delegatum, ſive a Vicario Capitulari ſede Epiſcopali vacante, ac etiam a Prælato inferiori habente quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem, toties, quoties mutaretur, ſeu erigeretur novum Oratorium, ac etiam quandocumque ſic placeret ipſi Ordinario ad videndum, an manuteneatur cum debita decentia; ſemper tamen gratis, & abſque procuratione. Tamburin. alios allegans *d.* §. 4, *n.* 11, 12, & 13, Quartus *d. ſeſſ.* 3, *dub.* 5, & Pignat. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *n.* 38, ubi advertit, Ordinarium peccare mortaliter approbando Oratorium, quando caret qualitatibus expreſſis in Indulto Pontificio, & licentiam, quam daret, eſſe nullam.

VIII. *Ac de ipſius Ordinarii licentia, ejus arbitrio duratura.* Si Oratorium ſit decenter ornatum, Epiſcopus non poteſt licentiam celebrandi negare; & ſi illam conceſſerit, non valet abſque juſta cauſa eam revocare, alias in utroque caſu datur appellatio; quia Papa non remittit executionem Brevis liberæ voluntati Ordinarii, ſed ejus arbitrio, quod ſignificat arbitrium boni Viri, & neceſſitatem exequendi, & non impediendi, niſi ex cauſa rationabili. Pignat. *d. conſ.* 98, *num.* 41, & 42, Tamb. *dict. lib.* 1 *de Sacrif. Miſſ. cap.* 4, §. 4, *a num.* 14, *uſque* 18, *dict. ſeſſ.* 3, *dub.* 5, *difficult.* 2, ubi omnes advertunt per mortem Epiſcopi minime expirare dictam licentiam, neque per mortem Papæ ceſſare gratiam Indulti conceſſi, etiamſi moreretur ante conſtructionem Oratorii. Pignatell. *ibid. n.* 53, & 54. Sufficit autem, quocumque modo conſtet de licentia Ordinarii ſive per Litteras, ſive per Decretum, ſive per mandatum; cujus formulam extendit Thomas de Roſa *d. tract. de Executor. litterar. Apoſtol.* in fine Operis *pag.* 491.

IX. *Unam Miſſam pro unoquoque die.* Et ideo peccarent mortaliter tum Sacerdotes celebrantes, tum Patroni Oratorii permittentes celebrari ultra unam Miſſam in die, quia eſſet Sacrum facere in loco inepto, deficiente voluntate Papæ, qui non concedit niſi unam Miſſam in die. An autem Regulares virtute ſuorum Privilegiorum poſſint eadem die plures Miſſas in Oratorio privato alicujus viri nobilis celebrare? diximus ſupra. Negat enim Pignat. *d. tom.* 6, *conſ.* 98, *num.* 68, tam circa ipſos Regulares, quam circa habentes Bullam Cruciatæ, quamvis contrarium doceant Moraliſtæ; quos allegat, & ſequitur Tambur. *de Sacrif. Miſſæ d. lib.* 1, *cap.* 4, §. 3, *n.* 3, & *ſeqq.* quibus non videtur contradicendum, ceſſante contradictione, ſeu prohibitione Epiſcopi; & concurrente communi obſervantia, atque conſuetudine interpretativa Indultorum Apoſtolicorum circa celebrationem plu-

Digitized by Google

rium Miſſarum in Oratorio Privato, eadem die, quam abſque ſcrupulo practicant Regulares, ut ego pluries vidi in hac Diœceſi *c. Quod dilecto. De conſag. & affinit.* Rota *part.* 1 *diverſ. deciſ.* 574, *n.* 3, *deciſ.* 944, *n.* 6, coram Burrato, & coram Alex. Octavo *deciſ.* 165, *n.* 20.

X. *Dummodo in eadem domo celebrandi licentia, quæ adhuc duret, altari conceſſa non fuerit.* Si tamen domus eſſet ita ampla, ut in eadem habitarent duæ familiæ nobiles, ut Venetiis ſæpe accidit, quælibet familia poſſet habere ſuum ſpeciale Indultum, & proprium Oratorium Pignat. *d. tom.* 7, *conſult.* 98, *n.* 61, & 62, & *ſeqq. ubi n.* 65 bene advertiit, quod locator medietatis domus non poſſet uti Oratorio exiſtente in parte domus locatæ, ea enim pars non poſſidetur a locatore, ſed a familia conductrice, Bartol. *in lib.* 1, §. *fin. n.* 17, *ff. uti poſſidetis, & conſ.* 40, *n.* 6, *lib.* 4, Rota *decis.* 315, *n.* 2, *p.* 2, *rec. deciſ.* 208, *n.* 2. Quod ſi impetraretur ſecundum Breve pro Oratorio privato nondum expirato primo, non eſſet nullum, quando expectaretur expiratio primi pro uſu hujus ſecundi: quod ex nunc, & non ex tunc cenſetur datum, *lib.* 1, §. 1, *ff. de leg.* 3, Gloſſ. *in cap. Non firmatur, De Reg. Jur. in* 6, & Calder. *conſ.* 2, *n.* 3, *de Conſtitut.* Pignatell. *ubi ſupra n.* 66. Quæ eſt doctrina notabilis pro Brevibus Indulgentiarum impetratis antequam priora ſint expirata.

XI. *Per quemcumque Sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum ſæcularem, ſeu de Superiorum ſuorum licentia Regularem.* Ideſt generica approbatione ad celebrandum in Diœceſi; quia non requiritur licentia ſpecialis pro celebratione Miſſæ habenda in Oratorio privato. Tamb. *d. lib.* 1, *cap.* 4, *num.* 23, Biſſus *d. Verb. Oratoria*, §. 12, & Pignatell. *ead. conſult.* 98, *num.* 83, & 84.

XII. *Sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio.* Jura Parochialia ſunt, receptio Decimarum, & oblationum; adminiſtratio Sacramentorum; Jus ſepulturæ, & ſimilia, quæ in Oratoriis privatis fieri non poſſunt, abſque Epiſcopi vel Parochi expreſſa licentia. Tamb. *d. c.* 4, §. 4, *n.* 24, & 25, Pignat. *d. conſult.* 98, *num.* 85, Biſſus *d. Verb. Oratoria* §. 13, & *in Verb. Miſſa*, *n.* 211, §. 15, ubi ex Tonell. *in Sacr. Enchirid. lib.* 1, *c.* 2, §. 2, *n.* 14, *ait*, non videri illicitum in Oratorio privato benedicere candelas, cineres, & palmas; quæ aſſertio poſſet fulciri illa Magiſtrali doctrina Gavanti *in Rubr. Miſſal. part.* 4, *tit.* 19, *n.* 1, & 20, quam refert Pignat. *tom.* 5, *conſult.* 76, *n.* 11, quod ſcilicet benedictiones exiſtentes in Miſſali poſſunt fieri a quocumque Sacerdote citra præjudicium Jurium Parochialium, quæ vero ſunt in Rituali a ſolo Parocho ſunt faciendæ. Cæterum, ut ait Biſſus *d.* §. 15, bonum eſt abſtinere a novitatibus in oratoriis prædictis.

XIII. *Paſchatis Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti, nec non aliis ſolemnioribus feſtis diebus exceptis.* Ideſt prædictarum feſtivitatum dies prima tantummodo, non autem ſecunda, & tertia die feſtiva. Pro aliis ſolemnioribus feſtis diebus, intelliguntur feſti dies *Epiphaniæ*, *Annuntiationis, & Aſſumptionis Deiparæ, SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac omnium Sanctorum*, ex Decreto S. Rituum Congretationia. Piga. dict. tom. 6, conſ. 98, num. 75, qui rationem reddit, ſcilicet ob commemorationem magni beneficii, his diebus feſtis a Deo recepti, cujus cauſa convenit, ut fideles Eccleſiam adeant ad gratias agendas. Quoad feſtum Patronorum ſervandam eſſe Diœceſis conſuetudinem, docent Bardi, & Gavant. apud Tamb. *d. l.* 1, *cap.* 4, §. 4, *n.* 27, & Pignat. *d. conſult.* 98, *n.* 76, & *n.* 77, ſubdens non cenſeri prohibit[illegible] celebrare in Oratorio privato feria quinta, & Sabbato majoris hebdomadæ; Regulares autem non poſſe his ſolemnioribus diebus celebrare in Oratorio privato, ſi Epiſcopus prohibeat, diximus ſupra *ex Decreto S. Rituum*

Con-

Digitized by Google

Congregationis die 23 Februarii 1667.

XIV. *In tua, & familia tua præſentia celebrare facere*. Nomine familiæ veniunt omnes, qui attinent ad ipſum Patronum Oratorii, vel ratione *Parentelæ*; ideſt Agnati, Cognati, & Affines; etiam ſpurii, ſi ſecum in eadem domo convivant, vel ratione *Servitii*, ob quod ſtipendium habeant, licet non ſint ejus commenſales, & non dormiant in eadem domo. Cardin. Tuſcus. *lit. F. concl.* 72, *n.* 11, 27, & 30, Pignat. *d. conſult.* 98, *n.* 91, & 92, & 103, Tamb. *d. c.* 4, §. 4, *n.* 28, 29, & 30. Biſſus *d. tom.* 2, *Verb. Oratoria*, §. 15, & ideo ad hunc effectum dicitur de Familia, Hortulanus, Factor, Villicius, Capellanus, qui ut ſatisfaciat Præcepto audiendi Miſſam, celebrando in privato Oratorio, debet eſſe ſtipendiatus a Patrono pro hoc munere obeundo, alioquin, ſi vocetur ob manualem eleemoſynam ad litandum, tenetur audire Miſſam in Eccleſia diebus feſtis, quod a paucis credo ſervari. Pignat. *d. conſ.* 98, *n.* 97, & licet Biſſus *d.* §. 15, doceat, quod convivens cum ipſo Patrono ratione amicitiæ, contubernii, ſi non ſit conſanguineus, vel ſtipendiatus, non ſatisfacit Præcepto, audiendo Miſſam in Oratorio privato diebus feſtis, ego contrarium ſentio, quia & is vere eſt de familia, quia firmiter ibi habitat; puta ſi ſit amicus ibi refugii cauſa degens, bannitus a ſua Patria, vel inimicitias habens, quarum cauſa deſeruit propriam habitationem, ut frequenter accidit in hac Civitate Patavina. At Pediſſequæ, & famuli ad comitandum Dominos, dum exeunt domo ſtipendiati, ſed non conviventes ſecum in eadem Domo, non ſatisfacerent Præcepto adſtantes, dum Sacerdos litat in Oratorio privato. Trullenc. *lib.* 1, *in Bull. Cruc.* § 1, *dub.* 5, *n.* 2, Pignat. *d. conſult.* 98, *n.* 106. Porro Miſſam celebrari poſſe in Oratorio privato, etiam abſente Patrono, ſi aliquis de familia ſit præſens, omnes DD. concedunt, nam ea Verba, *In tua, & familia tua præſentia*, non ſtant conjunctive, & ſonant *in tua, vel in familia tua præſentia*. Biſſus *d. tom.* 2. *Hiorurg. Verb. Oratoria*, §. 15, *in fine*, Caſtrop. *part.* 4, *tract.* 25, *diſp. Unica, punct.* 6, *n.* 9, & Pignat. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *num.* 99.

XV. *Necnon in Hoſpitum tuorum Nobilium præſentia*. En duplex conditio, *Hoſpes* ut ſit, & *Nobilis*. Illi ſunt Hoſpites, qui ſunt recepti a Domino ad ejus menſam ex occaſione temporanea, etiamſi ut ſtent ad prandium ea die; vel ad videndam Proceſſionem inde tranſituram. Gobat *de Sacram. tract.* 5, *n.* 371, Biſſus *a. Verb. Oratoria* §. 17. Nobiles non requiruntur ex genere; ſed lato modo ex quacumque cauſa, ut ſunt Divites, Doctores, Medici, Advocati, & Cives, dummodo non exerceant ea, quæ ſunt contraria nobilitati. Tiraquell. *de Nobilit. c.* 4, *& ſeqq.* Garzias *eod. tract. gloſſ.* 48, §. 3, Pellizzar. in Manual. Regul. *tom.* 2, *tract.* 8, *qu.* 13, & Pignat. *d. conſ.* 98, *n.* 100, 101, ubi advertit, quod hoc Privilegium non extenditur ad famulos eorumdem hoſpitum, quia ipſi famuli non ſunt nobiles, ſed hæc ratio me non convincit, ſiquidem benignitas Pontificis extendit gratiam ad famulos Patroni domi, quamvis non ſint nobiles, eo quia ſunt neceſſarii ipſi Patrono; ergo dicendum venit, quod ſamuli hoſpitum nobilium, quia ſunt neceſſarii & ipſi ſuis dominis, ad quem effectum illos ſecum conducunt, debeant & ipſi participare de eadem gratia Pontificia & ſatisfacere præcepto Miſſæ, eam audientes in Oratorio privato illius domus, ubi hoſpitantur, ne ſint pejoris conditionis, quam famuli continui prædictæ domus; ubi enim eſt eadem ratio, ibi debet eſſe eadem Juris diſpoſitio, *l. Illud*, *ff. ad l. Aquiliam.* Thomaſett. *Reg.* 319, & quamvis Privilegium ſit ſtricte interpretandum *cap. Porro*, *cap. Ex parte*, *&c. Petiſtis*, *de Privil.* tamen poteſt extendi, quantum extenditur mens concedentis. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 1, *tit.* 5, *n.* 13. Et eſt credendum, mentem Pontificis eſſe, dum admittit famulos neceſſarios Patroni nobilis ad hanc gratiam, admittendos fore etiam famulos neceſſarios hoſpitum

tum nobilium; præcipue ſi ſunt Matronæ nobiles, quarum famulas non deceret recedere ab ipſis, ut in aliqua diſtanti Eccleſia rurali Miſſam quærerent audiendam.

XVI. *Volumus autem quod familiares ſervitiis tuis non neceſſarii, ibidem Miſſæ intereſſentes, ab obligatione audiendi Miſſam in Eccleſia diebus feſtivis de præcepto minime liberi cenſeantur.* Quatuor ſunt circa hanc clauſulam notanda. *Primum*, quod illi cenſentur familiares neceſſarii, qui non ſolum ſunt neceſſarii ſervitio perſonali Patroni, ſed etiam ſunt neceſſarii ſervitio communi domus; atque adeo nemo excluditur ex iis, qui ſunt in aliquo actuali ſervitio, concernente domum Privilegiati: & cum neceſſitas, & utilitas in jure æquiparentur, *cap. In cauſis, De Re judic. & cap. Poſt translationem, De Renunciat.* Abb. *in cap. ſuper, De Reb. Eccl. non alien.* illi omnes dicuntur famuli neceſſarii, qui ſunt utiles in aliquo ſervitio ipſi Domino, attento ſtatu, & dignitate ejuſdem Domini Privilegiati. Pignatell. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *numer.* 107, 108. Et ideo Cubicularii, & Cubiculariæ, Secretarius, Auriga, Coquus, Paraſrenarii, quibus non convenit deſerere proprium Dominum, eumve ſolum domi relinquere, reputandi ſunt neceſſarii ejus ſervitio, & capaces Privilegii audiendi Miſſam in Oratorio privato illius domus. *Secundum* eſt, quod qui ſuperflui ſunt, vel ſervitio actuali tunc non neceſſarii, puta Hortulanus, Cuſtos domus, vulgo *Caſtaldo*, & ſi qui ſimiles, tenetur ire ad Eccleſiam, non attenta opinione Homoboni, Pellizzarii, & Caſtropalai, quos citat, & refutat Tamb. *d. lib.* 1, *c.* 4, *§.* 4, *n.* 34, & 35; non eſt enim eorumdem bona ratio, quod his temporibus ceſſante obligatione audiendi Miſſam in Parochiali Eccleſia, poſſit audiri in Oratorio privato, & ſic ſatisfieri præcepto; nam ad præcepti ſatisfactionem requiritur, ut Miſſa audiatur in Eccleſia publica, & publicus cultus Deo reddatur ſecundum ritum Sanctæ Matris Eccleſiæ, & Sacros Canones tum antiquos *in cap. Tabernaculum, de Conſecr. diſt.* 1, tum Concilii Tridentini *d. ſeſſ.* 22, *in Decreto de Vitan. & obſerv. in celebr. Miſſ.* Et ideo eorumdem Homoboni, & Pellizzarii ratiocinationem Eminen. Card. Brancatius *in differt. de Privileg. Capell. Cardinal. pag.* 30, vocat falſam, & divinatoriam. *Tertium* eſt, quod ſi quis non poſſet adire Eccleſiam diebus feſtis de Præcepto, ad Miſſam audiendam, ob legitimam cauſam, non teneretur eam audire in privato Oratorio; etiamſi ibi eam poſſet audire; & non eſſet ex privilegiatis; præceptum enim non obligat ad id, per quod adimpleri non poteſt. Pignatell. *d. conſult.* 98, *n.* 108, Diana Coordinatus *tom.* 4, *tract.* 2, *reſol.* 42, §. 5. Quæ deſumpta eſt *ex part.* 9, *tract.* 1, *reſol.* 3. *Quartum* eſt, quod Privilegiatus audire Miſſam in Oratorio privato, tenetur ibi eam audire, ceſſante legitimo impedimento accedendi ad Oratorium, puta gravis infirmitatis, quamvis eo impedimento excuſaretur accedere ad Eccleſiam publicam; præceptum enim audiendi Sacrum diebus feſtis, obligat omnes non impeditos; at Privilegiatus, habens Oratorium privatum, non eſt impeditus reſpectu privilegii, quod datum eſt non ad tollendam obligationem audiendi Miſſam, ſed ad facilitandum adimplementum obligationis, ut ſi Papa mihi concederet, ut jejunare poſſem comedendo carnes, eſſem obligatus ſemel in die carnem, cibumque ſumere, & ſic jejunare. Nugnus 3 *part. qu.* 83, *art.* 6, *dub.* 3, Pignatell. *d. conſ.* 98, *n.* 110, alias rationes adducens contra Suarezium, & Dianam contrarium docentes *in d. §.* 5, *reſ. coord.* 42, *tom.* 4, *tract.* 2.

Tandem quia plurimi Regulares allegati per Tamb. *de Sacrif. Miſſæ dict. lib.* 1, *cap.* 4, §. 4, *n.* 37, pro certo ſupponunt, habentem Bullam Cruciatæ poſſe in die feſto audire non ſolum unam, ſed plures etiam Miſſas, non tam in Oratorio privato propriæ domus, quam alienæ; advertit Pignat. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *n.* 109, ſuppoſitum non eſſe verum: ſiquidem ad ſummum Bulla Cruciatæ concedit, ut ea fruens poſſit de licentia Ordinarii, & Commiſſa-

tiii

rii obtinere Oratorium privatum in propria domo; & ſubdit rationem, quia cum fere omnes habeant Bullam Cruciatæ, etiam homines infirmæ conditionis, ſi poſſent in quibuſcumque privatis Oratoriis, unam, vel plures Miſſas diebus feſtis audire, deſtruerentur publicus cultus Divinus, qui litando in publicis Eccleſiis Deo redditur, & ideo Sacr. Congr. Concilii *die 4 Novembris* 1648, interrogata ab Archiepiſcopo Calaritano: *An Privilegium Cruciatæ Bullæ pro hujuſmodi Oratoriis, & Altaribus, ac Miſſarum celebratione in dicta Diœceſi poſſit ſuffragari? Item, an quatenus dictæ Capellæ ſub Decreto S. Concilii, nec non dicto Decreto Pauli V., & litterarum prohibitione comprehendantur, & Bulla Cruciatæ non ſuffragetur, liceat Archiepiſcopo contra Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares in eiſdem Capellis celebrare volentes, poſt edictum Archiepiſcopi publicatum, ſeu intimatum procedere; & quibus pœnis illos punire?* Reſpondit. *Privilegium Bullæ Cruciatæ non ſuffragari: ideo licere Archiepiſcopo contra Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares in eiſdem Capellis celebrare volentes, poſt edictum Archiepiſcopi publicatum, procedere etiam ad pœnas Cenſurarum.* Quam declarationem affert Pignat. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *n.* 117, ſubdens, quod Tridentinum Concilium *dict. ſeſſ.* 22, *in Decreto de evit. & obſerv. in celebr. Miſſ.* revocat, quoad Oratoria privata, omnia privilegia, & ſic etiam Bullam Cruciatæ, quæ licet a Summis Pontificibus prorogetur, pro Regnis Hiſpaniarum; illa prorogatio non addit de novo; ſed ſolum extendit ad ulterius tempus, ut dixit Rota coram Seraphino *deciſ.* 583, *n.* 2, *in fine* coram Merlin. *deciſ.* 553, *n.* 11, & coram Ludoviſ. *deciſ.* 522, *num.* 17, & notat Fagnan. *in cit. cap. Auctoritate num.* 10, *de Cenſib.*

His ita enucleatis pro intelligentia Canonum, & Brevium concernentium Oratoria tum publica, tum privata, in quibus Sanctiſſima Euchariſtia & conficitur & diſpenſatur, deveniendo ad reſolutionem propoſiti caſus, omnes dixere, *licitum eſſe Viro nobili, ex indulto Pontificio Oratorium privatum domi ſuæ habenti, dum Miſſam audit in eo, una cum Uxore, bis, terve in hebdomada a Sacerdote celebrante Communionem accipere*; nulla enim eſt prohibitio vel reſpectu ſuſcipientium, vel reſpectu loci, vel reſpectu adminiſtrantis.

In ſuſcipientibus nulla eſt prohibitio, quia non ſolum licet laicis bis, terve in hebdomada ex devotione communicare, ſed etiam quotidie data debita devotione, & præparatione, de qua infra, ſicut in primitiva Eccleſia omnes Chriſtiani faciebant. Emin. Cardin. Bona Rerum *liturgic. lib.* 2, *cap.* 17, *n.* 2, ubi probat hanc fidelium devotionem quotidie communicandi perduraſſe uſque ad initium quinti ſæculi, & eam renovari optaſſe Concil. Trid. *ſeſſ.* 22, *de Sacrif. Miſſ. cap.* 6, tanquam proficuam populo fideli, ut teſtantur SS. Patres, & probat Graffius *de Arbitr. Confeſſar. lib.* 1, *cap.* 30, & latius infra in Caſu Prudentiali.

Reſpectu loci nulla eſt prohibitio, quia cum Papa conceſſerit huic Viro nobili, ut in propria domo Oratorium habere poſſit, & in eo Sacrificium Miſſæ celebrare facere; per conſequens conceſſiſſe cenſetur, ut in eo ſacram communionem valeat percipere; cui enim conceditur, quod eſt majus, dicitur etiam conceſſum quod eſt minus. *cap. Ex part.* 3, *extra de decim.* Megalla *tom.* 2 *Promptuar. Verb. Euchariſtiæ Miniſter num.* 17, Bordonus *Var. Reſol. part.* 3, *reſol.* 144, *n.* 17, & Volpi *reſ.* 61, *n.* 20. Tanto magis, quia ex inſtituto Eccleſiæ, & ex præſcripto Ritualis Romani *de communione*, ea eſt præbenda in Miſſa, ſtatim poſt communionem celebrantis, ne fideles priventur illis precibus, quas poſt Communionem Eccleſia recitari jubet, ſpectantes tum ad Sacerdotem, tum ad alios fideles, qui Sacram Euchariſtiam ibi ſumpſerunt, ut obſervat Emin. Card. Brancatius *in diſſert. de Sacro Viatico pag.* 157, Summa Diana *Verb.*

Com-

Digitized by Google

Communio n. 71, & *Hierolexic.* Macri *in Verb. Communio in princ.* ſubdens, quod idcirco in Sabbato Sancto non recitatur in Sacrificio Poſtcommunio, eo namque die non diſtribuitur Euchariſtia. Sed de hoc in Prudentiali caſu ſequentis Menſis Aprilis.

Reſpectu poſtea adminiſtrantis non eſt prohibitio, quia ſi celebrans eſt Sacerdos Regularis, huic licita eſt Euchariſtiæ adminiſtratio vigore privilegiorum. Portell. *p.* 3, *caſ.* 39, Diana Coordinatus *tom.* 4, *tract.* 2, *reſol.* 44, deſumpta *ex part.* 4, *tract.* 4, *reſ.* 14, ac etiam in Bord. *d. p.* 3, *reſ.* 144, *num.* 16, 17, & 18, ubi plurimos DD. allegat ſic docentes; licet enim antiquitus Regulares communicare non poſſent Laicos abſque Parochorum licentia ſub excommunicationis pœna, per *Clement. Religioſi*, *De Priv.* Miranda *in Manual. Præl. q.* 42, *art.* 1, nihilominus ex ſubſequentium Privilegiorum conceſſione dicta facultas fuit Regularibus impertita, excepto die Paſchatis, & Viatico. P. Auguſt. a Virgine Maria *de Priv. Relig. Verb. Euchariſtia*. Bord. *d. reſ.* 144, *num.* 18, Biſſus *in Hierurg. tom.* 2, *Verb. Miſſa num.* 211, §. 16, Tonell. *in S. Enchirid. lib.* 1, *cap.* 2, §. 2, *n.* 14, Gobat. *de Euchariſt. tract.* 5, *n.* 368, Quartus *in Rubr. Miſſ. part.* 3, *tit.* 10, *n.* 1, *dub.* 9, & Emin. Cardin. de Lauræa *de Euchar. diſp.* 24, *num.* 77. Quod ſi celebrans ſit Sacerdos ſæcularis, etſi ſtricto jure non poſſit diſpenſare Sanctiſſimam Euchariſtiam fidelibus, niſi ſint ſibi ſubditi, & habeat in eos juriſdictionem vel ordinariam, vel delegatam, Em. Card. de Lugo *de Sacram. Euchar. diſp.* 18, *num.* 36, Pignat. *d. tom.* 6, *conſ.* 98, *num.* 86, & Laym. *lib.* 5, *tract.* 4, *c.* 7, *num.* 3: tamen ex univerſali Eccleſiæ conſuetudine, & ex communi placito Doctorum, quilibet Sacerdos, præcipue dum celebrat, poteſt communicare fideles ex tacita licentia Epiſcoporum, & Parochorum; ac ex eorumdem interpretativa voluntate; quæ in adminiſtranda SS. Euchariſtia ſufficit, excepto (ut diximus) Paſchali, ac mortis tempore. Emin. Card. de Lugo *d. diſp.* 18, *n.* 37, & de Lauræa *d. diſp.* 24, *n.* 78, hanc rationem allegantes, ſcilicet, quia in omnibus, quæ cadunt in commodum, & beneficium Domini, ac Superioris, poteſt quis uti ejus voluntate interpretativa, niſi alias conſtet, Dominum eſſe invitum. At cadit in commodum Epiſcopi, & Parochorum, quorum intereſt, fidelis populi devotionem fovere, & Sacræ Euchariſtiæ pabulo nutriri, ſi Euchariſtia debita cum reverentia pie poſcentibus diſpenſetur. Ergo ſimplex Sacerdos licite illam diſpenſat ex interpretativo conſenſu Superiorum, & ita concedunt Barb. *in Collect. DD. ad Concil. Trid. d. ſeſſ.* 22, *de Sacrif. Miſſ. c.* 6, Bonacina *de Sacram. Euchar. tom.* 1, *diſp.* 4, *q.* 5, *pu.* 1, *n.* 7, Candidus *diſquiſit.* 47, *art.* 2, *n.* 4, Bordon. *Var. reſ. part.* 1, *reſol.* 20, *num.* 26, Gavant. *in Rubr. Miſſal. part.* 2, *tit.* 10, *n.* 6, Quart. *ib. p.* 2, *tit.* 10, *ſect.* 3, *dub.* & *difficult. prima in fine*, Navar. *in Man. cap.* 21, *n.* 52, Maſtrius *in Theol. Mor. diſp.* 18, *n.* 72, Biſſus *in Hierar. Verb. Euchar. n.* 174, §. 2, *tom.* 1, *p.* 405, & in puncto renuit Beja *part.* 4, *caſu* 14, ubi præter ſupradictas rationes, ulterius conſideravit, quod cum Eccleſia reſervaverit Parochis communionem ſuorum Parochianorum tempore Paſchali, & cauſa Viatici tempore mortis; ſequitur, aliis temporibus adminiſtrationem Euchariſtiæ non eſſe Parochis reſervatam, ſiquidem incluſio unius eſt excluſiu alterius. *Cap. Nonne de Præſumpt. l. Cum Prætor. ff. de Judic.* Barboſ. *Axiom.* 120, & ulterius S. Trident. Conc. *in ſeſſ.* 13, *cap.* 8, agens de Euchariſtia dixit, Miniſtros hujus Sacramenti, quo ad uſum, & ſumptionem fidelium eſſe Sacerdotes celebrantes; non autem dixit eſſe Parochos tantum.

Tandem, licitam eſſe in Oratorio privato ſupradictam Dominici Corporis, dum Miſſa celebratur, diſpenſationem, probat Decretum S. Congregationis Concilii die

Digitized by Google

17 Februarii 1679, De quotidiana Communione, (infra relatum ſub caſu Prudentiali) in quo S. Congregatio jubet, doceri, Sanctiſſimam Euchariſtiam eſſe ſumendam vel in Eccleſiis, vel in Oratoriis privatis, conceſſis ex Pontificia diſpenſatione ad celebrandum; non autem eſſe deferendam ſecreto in crumena argentea ad domi exiſtentes, vel lecto cubantes.

De Oratoriis privatis conſule Gatticum, qui hoc argumentum ex profeſſo illuſtravit. Illud vero hic prætereundum haud eſt, quod S. M. Benedictus XIV in Epiſtola data 2 Junii 1751, ad Primatem &c. Poloniæ a §. 20, ad 26, declaravit, in hiſce privatis Oratoriis adminiſtrari haud poſſe Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ etiam extra tempus Paſchale, comprehenſis etiam Regularibus exceptis.

Digitized by Google

QU. XXV.

Quænam Sacellorum, ſeu publicorum Oratoriorum jura?

§. I. Concilii Chalcedonenſis Patres anno 451 hunc Canonem tulerunt: *Neminem abſolute ordinari præcipimus*, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec *quemlibet* in gradu Eccleſiaſtico, niſi ſpecialiter *Eccleſiæ Civitatis, vel Poſſeſſionis, aut Martyrii qui ordinatus eſt, pronuncietur*. Can. 6, rel. in Diſt. LXXI, Can. 1. Ex hoc Canone diſcimus, præter Cathedrales, ac Parochiales Eccleſiarum Civitatis, & Poſſeſſionis nomine notas, alias extitiſſe Sacras Ædes, quæ *Martyria*, & *Monaſteria* appellabantur (a).

§. II. Martyria erant Sacella in locis Martyrum ſanguine, ac ſepultura conſecratis excitata (Vid. Gloſſ. Du Freſne V. Martyrium). Horum Martyriorum meminere Euſebius in Vit. Conſtantin. Lib. IV, cap. 40, & Socrat. Lib. IV, cap. 23, & Lib. VI, cap.

(a) Berard. in Gratian. Canones Part. I, Cap. XXII, pag. 232. Ex hoc Canone agnoſcimus quadruplicem olim fuiſſe Eccleſiam, cui Clericus adſcribi potuiſſet; & primo erat Eccleſia *Civitatis*, ea ſcilicet, quam hodie Cathedralem Eccleſiam appellamus, ſecundo Eccleſia *poſſeſſionis*, ſeu, quemadmodum alii ex Græco textu interpretantur, *Eccleſia pagi*, quæ Eccleſia eadem eſt cum Eccleſia Parochiali, uniuſcujuſque loci extra urbem ſiti, quemadmodum perſpicue liquet ex can. 1; cau. 16, qu. 3, ubi ruſticæ Parochiæ & poſſeſſiones promiſcue ſumuntur. Ex quibus adparet toto cœlo aberraviſſe a germana ſententia canonis Gloſſographum, qui ad vocem illam *poſſeſſionis* ita animadvertit: *ideſt ſi ordinatur ad titulum Patrimonii*, quaſi Chalcedonenſis Concilii tempore invecta jam fuiſſet Clericalium Patrimoniorum diſciplina, quotum originem vix a ſæculo XI repetendam eſſe vel hoſpites in ſacra juriſprudentia noverunt. (Ita ſolet uſuvenire ut plurimum canonum interpretibus illis, qui veteres canones non juxta veterum mores explicant, ſed ſtudent potius ſuis temporibus accommodare, cum non aliud ſciant, quam quod ipſi in ſua Provincia fieri ſuiſmet oculis viderint) Tertia erat Eccleſia *Martyrii*; ſcilicet pius quidam locus, & Religioſus extra Eccleſiam Cathedralem, vel Parochialem, in quo antea erant tumulata cadavera Martyrum, quique ex fidelium cultu in ædem ſacram fuerat dedicatus. Quarta erat Eccleſia *Monaſterii*; cum enim tum Monachorum nemo ſacris ordinibus initiatus eſſet, ne aut divinis myſteriis carerent, aut cogerentur a ſolitudine Monaſteriorum exire ſacrorum cauſſa, cautum erat, ut locus ſacer, ſive ſacrificio deſtinatus in Monaſterio ipſo conſtitueretur, cui addiceretur Clericus, qui ſacra faceret.

(b)

Digitized by Google

cap. 26 (*b*). Quod Graeci *Martyrium*, Latini *Memoriam* dixere. Hinc Auguſtini illud de Civit. Dei Lib. XXII, cap. 10. *Nos Martyribus noſtris non Templa ſicut Diis, ſed MEMORIAS fabricamus*. Quod ſi hæc Sacella ad alicujus Apoſtoli, vel Prophetæ memoriam, virtuteſque æternandas poſita erant, tunc *Apoſtoleorum*, aut *Propheteorum* nomine augebantur. Sozomenus Lib. IX, cap. IV, Lib. VIII, cap. 16, hanc vocem, *Apoſtoleum* Petri in Urbe Roma: *Apoſtoleum Petri & Pauli ad Quercum in Suburbio Chalcedonis*: crebris uſurpat ſermonibus. Et in Concilio Conſtantinopol. ſub Menna Act. III, & apud Theodorum Lectorem Lib. II, *Prophetei Iſaiæ*, *Prophetei Samuelis* mentio occurrit.

§. III. Hæc Martyria aliquando etiam Cæmeteria, & Areæ dicta ſunt (*c*). Laodicena Synodus can. 110: *Non eſt concedendum, ut in Cæmeteria, vel ea, quæ dicuntur MARTYRIA, quorumvis hæreticorum abeant ii, qui ſunt Eccleſiæ, Orationis, vel venerationis gratia*. Geſta purgat. Cæciliani ad calcem Optati p. 272. *Cives in AREA Martyrum fuerunt incluſi*. Et pag. 277: *Tollat aliquis veſtrum in AREA, ubi orationem facitis, & illic ponantur*. Interdum quoque *Menſæ* appellata. Auguſtinus Serm. 113 de diverſis: *Sicut noſtis, quicumque Chartaginem noſtis, in eodem loco Menſa Deo conſtructa eſt, tamen MENSA dicitur Cypriani, non quia ibi eſt unquam Cyprianus epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus, & quia ipſe immolatione ſua paravit hanc Menſam, non in qua paſcat, ſive paſcatur, ſed in qua Sacrificium Deo, cui ipſe oblatus eſt offeratur*. Nonnunquam demum *Tropæa*, &

(b) Euſebius de vita Conſtant. Lib. III, cap. 48, Τὴν δὲ ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν ἐξόχῳ τιμῇ γεραίρων, εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδρυνε, μαρτυρίοις τε μεγίστοις καὶ περιφανεστάτοις οἴκοις τοῖς μὲν πρὸ τοῦ ἄστεος τοῖς δ' ἐν αὐτῷ τυγχάνουσι δι' ὧν ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν μαρτύρων μνήμας ἐτίμα, καὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν τῷ τῶν μαρτύρων καθιέρου, Θεῷ.

Socrat lib. IV, cap. XVIII. Εν τῇ δὲ τῇ πόλει Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου μαρτύριόν ἐστι λαμπρὸν καὶ περιφανὲς, συνεχεῖς τε ἐν αὐτῷ συνάξεις ἐπιτελοῦνται, διὰ τὴν τοῦ τόπου ἁγιότητα. *In ea urbe (Edeſſæ) illuſtre ac ſplendidum eſt martyrium Thomæ apoſtoli, in quo propter loci ſanctitatem collectæ ſine intermiſſione celebrantur*.

Socrat Lib. IV, cap. XXIII. Ἀμμώνιος οὕτως ἦν ἀπερίεργος, ὥστε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἅμα Ἀθανασίῳ γενόμενος, μηδὲν ἑλέσθαι ἱστορῆσαι τῶν ἔργων τῆς πόλεως μόνον δὲ ἰδεῖν τὸ Πέτρου καὶ Παύλου μαρτύριον. *Ammonius adeo parum curioſus extitit, ut quum Romam veniſſet una cum Athanaſio ex magnificis urbis operibus nullum videre deſideraverit, ſed ſolas Petri & Pauli baſilicas (martyria) viderit*.

Socrat lib. VI, c. VI. (pag. 306, d. edit. Amſtelod. MDCXCV.) Γενόμενοι δὲ ἐν τῷ μαρτυρίῳ, ἔνθα τὸ σῶμα τῆς μάρτυρος Εὐφημίας ἀπέκειτο κ. τ. λ. *Quum in Eccleſiam veniſſent, in qua corpus Euphemiæ martyris reconditum eſt*. Euſeb. lib. IV de vit. Conſtant. c. XL. Καὶ δὴ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτῷ σὺν πάσῃ φιλοκάλῳ σπουδῇ κατειργασμένου μαρτυρίου προσήκειν τὴν ἀφιέρωσιν ποιήσασθαι, ἐν ἐκεῖν ἐδοκίμαζε. Et ipſe quidem optimum factu eſſe judicabat, ſi ejus martyrii, quod ſingulari ſtudio ac magnificentia Hieroſolymis conſtruxerat dedicationem celebraret.

(c) Vide Onuphr. de cæmeteriis c. XI. Cæmeteria erant chriſtianis (quod & nunc ſunt) veluti templa, & orationum loca, in quibus Epiſcopi ſynodos congre-

Digitized by Google

& *Baſilica* (*d*) vocata. Hieronymus Ep. 18 ad Marcellum: *Eſt ibi Sancta Eccleſia, ſunt TROPÆA Apoſtolorum, & Martyrum*. Et Ep. ad Lætam VII. *BASILICAS Martyrum, & Eccleſias ſine Matre non adeat*.

§. IV. Quædam ex hiſce Martyriis Eccleſiarum ſubſidiariarum, quædam Parochialium, nonnullæ etiam Epiſcopalium locum obtinuerunt, ſed pleraque intra Oratoriorum cancellos ſubſtiterunt, cujuſmodi illa ſunt; quæ nobis exhibet laudatus Canon Chalcedonenſis. Ad hæc tamen Sacella, ſeu Oratoria Chriſtiani illorum Martyrum cultores unde unde confluebant, ad eaque ab Cathedrali, vel Parochiali Eccleſia miſſitabantur Presbyteri, a quibus Sacra ibidem peragerentur. Nec canone 6 Chalcedonenſi cautum fuit, niſi ne plures ab initio initiarentur Presbyteri, quam quos Cathedralis Eccleſiæ, vel Parochialium, vel Martyriorum, vel Monaſteriorum miniſteria ſibi depoſcebant. De Monaſteriorum *Oratoriis* alibi erit dicendi locus.(Vid. inf. Lib. VIII.) Hic ſatis erit animadvertere, Presbyteros, qui tunc temporis Sacerdotali Officio in Monaſteriis fungebantur, Monachos nequaquam fuiſſe (nam Monachi omnes Laici), nec Monaſteriis præfuiſſe (D. enim Auguſtinus in ſuis Epiſtolis Monaſteriorum Præpoſitos ab Monaſteriorum Presbyteris ſatis aperte diſtinguit), ſed fuiſſe Presbyteros Cathedralium, vel Parochialium Eccleſiarum, qui ad ſtata Sacra in Monaſteriis factitanda ſe ſe ſtatis diebus conferebant, uti in annotationibus ad S. Gregorii Epiſtolam 41, Lib. I. monet Petrus Guſſanvilæus. Nil igitur prohibet, quin dicamus etiam Presbyteros Martyriorum miniſteriis deſtinatos Cathedralis, vel Parochialis Eccleſiæ fuiſſe ſtipendiarios (*).

§. V. Hiſce Martyriis, de quibus ha-

gabant, ſacramenta adminiſtrabant, verbum Dei concionabantur. Hinc illud ſcitu dignum, quod cum quum imperator quiſpiam perſequutionem in chriſtianos inſtaurare conſtituiſſet, ante omnia eos a cæmeteriis arcere ſolebat, ne in unum conveniendi eis facultas eſſet.

(d) Ce nom grec ſignifie *maiſon royale*; on l'a donné aux Egliſes des Chrétiens, parce qu'on les a regardées comme les palais du Roi des Rois, dans leſquels ſes adorateurs vont lui rendre leurs hommages: c'eſt ainſi qu'elles ſont nommées par les Eſcrivains du quatrieme & du cinquieme ſiecle.

(*) Thomaſſin. de V. & nov. Eccl. Diſcipl. Part. I, Lib. II, cap. 92, §. 3. Ejicit communione & cætu fidelium Gangrenſis Synodus, can. 20, eos, qui averſantur, & contemptui habent Sepulcra Martyrum, & quæ ad ea fieri ſolent, ſeu ſynaxes, ſeu ſacrificia, συνάξεις, λειτουργίας, στήμας. Iſtud certe Oratorium eſt. Sed non prorſus conſtat, fuiſſe Presbyteros, aut Clericos alios, ibidem defixos ad divinæ Pſalmodiæ officium defungendum. Potuit eo delegare Epiſcopus, quos ſibi collibitum eſſet. Juſſit Concilium Carthaginenſe V dejici & complanari ab Epiſcopis Altaria omnia, & Monumenta Martyrum, *Altaria, quæ paſſim per agros, aut vias, tamquam memoriæ Martyrum conſtituuntur:* niſi documenta certa ſint, aut ſacrorum Martyris cinerum, aut cruentati ejus ſanguine, & cruciatibus loci. Id tanto magis adduxerit nos, ut nullos ſpeciales auguremur fuiſſe Clericos, qui his monumentis colendis addicerentur, & qui ti-

tu-

haſtenus valde finitima ſunt, & affinia ea noſtrorum temporum Sacella, & Oratoria, quæ piorum virorum Sodalitia ad alicujus Sancti memoriam conſecrandam, recolendamque ſibi conſtruxerunt. Hæc duplicis ſunt generis. Alia Parochiali Eccleſiæ obnoxia, alia vero ſui juris, licet intra Parochiæ fines, poſita ſint. Illorum Sacerdotes nec jura ulla Parochialia ſibi arrogare, nec Parochialia ulla munia obire poſſunt, invito Parocho. Horum Rectores, licet ab omnibus Parochialibus juribus ſe ſe abſtinere debent (e), in Parochiales tamen functiones falcem ſuam im-

tulum inde Beneficii conſequi poſſent.

(e) Benedict. XIV Inſtir. CV, §. IV, pag. 281. *De decretis a Sacra Congregatione Rituum ad componenda diſſidia inter Parochos, & Sodalitia.*

Poſt accuratiſſimum rei totius examen, ut dictum eſt, propoſitæ fuerunt, ſolutæque triginta tres quæſtiones: Sacra Congregatio diſcrimen propoſuit inter Societates ſæcularium erectas in Eccleſiis Parochialibus, aut Sacellis, vel Oratoriis publicis, vel privatis quæ a Parochia dependent, ipſique adjiciuntur, & reliquas inter Societates conſtitutas in publicis Eccleſiis, aut Oratoriis publicis, vel privatis quæ intra ipſius limites poſita ſint; Sacra Congregatio fere omnia tribuit Parochis contra eas Societates, quas primo loco recenſuimus, eamdem tamen liberalitatem minime oſtendit, cum de ſecundis Societatibus ſermonem haberet. Nam ipſis, eorumque Capellanis plurima conceſſit; integras tamen fore decrevit conventiones interpoſitas, cum Sodalitia ſtatuerentur, litium compoſitiones a partibus diffidentibus factas, probataſque a Sede Apoſtolica; item indulta, Synodales Conſtitutiones, vel provinciales, & conſuetudines immemorabiles, aut ſaltem centenarias. Sed ne libri conquirendi ſint, qui has quæſtiones, ſolutioneſque continent, eas hoc loco ſubjicimus, ut Parochis, ac Sodalitiis commode innoteſcant.

Decreta

Congregationis Sacrorum Rituum circa jura Parochialia, Functiones & præeminentias inter Parochos, & Confraternitates laicorum, earumque Capellanos, & Officiales.

Urbis, & Orbis

Ad debitum imponendum finem controverſiis, quæ inter Parochos, & confraternitates ſæculares earumque Capellanos, & Officiales ſuper juribus Parochialibus, & Functionibus Eccleſiaſticis, nonnulliſque præeminentiis, ſeu prærogativis frequenter exoriri ſolent, in Sacrorum Rituum Congregatione ab Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Domino Cardinale Colloredo, propoſitis infraſcriptis dubiis videlicet:

I. An Confraternitates laicorum legitime erectæ in Eccleſiis Parochialibus habeant dependentiam a Parocho in explendis Functionibus Eccleſiaſticis non Parochialibus?

II. An dictæ Confraternitates erectæ in Capellis, vel Oratoriis tum publicis, tum privatis, annexis Parochialibus Eccleſiis, & ab eis dependentibus habeant dictam dependentiam a Parocho quoad dictas functiones?

III. An Confraternitates erectæ in aliis Ec-

immittere minime prohibentur. (Vid. ſupra qu. V, §. 1, 2, & N. 2)

Q U-

Eccleſiis publicis habeant, quoad eaſdem functiones, aliquam dependentiam a Parocho, intra cujus Parochiæ limites ſitæ ſunt Eccleſiæ?

IV. An Confraternitates erectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis, ſejunctis ab Eccleſiis Parochialibus, quoad dictas functiones Eccleſiaſticas habeant dictam dependentiam a Parocho?

V. An benedictiones, & diſtributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum ſint de juribus mere Parochialibus?

VI. An benedictiones mulierum poſt partum, Fontis Baptiſmalis, Ignis, Seminis, Ovorum, & ſimilium ſint de juribus mere Parochialibus?

VII. An functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ ſint de juribus mere Parochialibus?

VIII. An celebratio Miſſæ ſolemnis feria quinta in Cœna Domini, ſit de dictis juribus Parochialibus?

IX. An prima pulſatio campanarum in Sabbato Sancto, ſit de dictis juribus Parochialibus?

X. An celebratio Miſſarum ſolemnium per annum, ſive pro vivis, ſive pro defunctis, ſit de dictis juribus Parochialibus?

XI. An expoſitio Quadraginta Horarum, & benedictio, quæ ſit ſuper populo, ſit de dictis juribus mere Parochialibus?

XII. An expoſitio, quæ ſit cum Reliquiis, vel ſacris Imaginibus, & benedictio, quæ cum eis ſit ſuper populo, ſit de dictis juribus Parochialibus?

XIII. An functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto ad duodecimum expreſsæ, peragi poſſint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho?

XIV. An in dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres ſtatis horis recitari poſſint Horæ Canonicæ cum cantu, vel ſine, abſque alia licentia Parochi?

XV. An in dictis Oratoriis privatis ſit licita celebratio Miſſæ privatæ, aſsentiente Ordinario Loci, & contradicente Parocho?

XVI. An Capellani Confraternitatum poſſint populo denunciare Feſtivitates, & Vigilias occurrentes in hebdomada abſque licentia Parochi?

XVII. An Parochus, invitis Confratribus, docere poſſit Doctrinam Chriſtianam in prædictis Eccleſiis, & Oratoriis publicis, & privatis a Parochiali diviſis, & ſeparatis?

XVIII. An in ſæpedictis Eccleſiis publicis Confraternitatum poſſint haberi publicæ Conciones, etiam per totum curſum Quadrageſimæ, vel Adventus cum licentia Ordinarii, & abſque licentia Parochi?

XIX. An in eiſdem Eccleſiis poſſit celebrari Miſsa, ſive lecta, ſive cantata, ante Miſsam Parochialem, ſive lectam, ſive cantatam?

XX. An ad Parochiam ſpectet facere officium funebre ſuper cadaveribus ſepeliendis in prædictis Eccleſiis & Oratoriis publicis Confraternitatum?

XXI. An intra ambitum earumdem Eccleſiarum fieri poſſint Proceſſiones juxta cujuſque Confraternitatis inſtitutum abſque interventu, vel licentia Parochi?

XXII. An eædem Proceſſiones fieri poſſint extra ambitum dictarum Eccleſiarum abſque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium tranſeundum eſt?

XXIII. An in dictis Proceſſionibus Capel-

pellani Confraternitatum poſſint deferre Stolam?

XXIV. An Epiſcopo accedenti ad Eccleſias publicas Confraternitatum, quæ non ſint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, porrigendum ſit aſperſorium a Parocho, in cujus territorio ſunt ſitæ dictæ Eccleſiæ?

XXV. An earumdem Eccleſiarum, & Confraternitatum Rectores, & Capellanos poſſit Parochus, ceſſante alio ſpeciali, ac legitimo titulo, & ex ſolo jure Parochialitatis, compellere invitos ad aſſiſtendum Functionibus Eccleſiæ Parochialis?

XXVI. An in ſæpedictis Eccleſiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri poſſit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſine Speciali Indulto Sedis Apoſtolicæ?

XXVII. Præſuppoſita facultate retinendi, an poſſit intra annum publice exponi ſine licentia Ordinarii?

XXVIII. An poſſit Parochus ſe ingerere in adminiſtratione oblationum, vel eleemoſynarum in ſæpedictis Eccleſiis recollectarum, vel capſulæ pro illis recipiendis expoſitæ clavem retinere?

XXIX. An in Eccleſia Parochiali Confratres, vel eorum Capellani immiſcere ſe valeant invito Parocho in ejuſdem Eccleſiæ functionibus, ſive Parochialibus, ſive non Parochialibus?

XXX. An Confraternitates, ſive ſint erectæ in Eccleſia Parochiali, ſive extra illam, poſſint pro libito, & juxta uniuſcujuſque peculiaria ſtatuta, Congregationes ſuas facere abſque interventu, vel licentia Parochi?

XXXI. An poſſint propria bona adminiſtrare, ac de illis diſponere, abſque ulla dependentia a Parocho?

XXXII. Quando Parochus eiſdem Congregationibus interſit de mandato Ordinarii, & tanquam ejus Delegatus, an poſſit ſuffragium deciſivum ferre? & quatenus affirmative.

XXXIII. An etiam ſuffragium duplex?

Sacra eadem Rituum Congregatio re mature diſcuſſa reſpondendum eſſe cenſuit.

Ad primum affirmative.

Ad ſecundum affirmative.

Ad tertium negative.

Ad quartum negative.

Ad quintum negative.

Ad ſextum negative; ſed benedictiones mulierum, & Fontis Baptiſmalis fieri debere a Parochis.

Ad ſeptimum negative, prout jacet.

Ad octavum negative, prout jacet, ſed ſpectare ad Parochos.

Ad nonum negative, prout jacet, ſed ſpectare ad Eccleſiam digniorem, ad formam Conſtitutionis Leonis X, 22, §. 14.

Ad decimum negative; prout jacet; ſed licere Confratribus dumtaxat in feſtivitatibus ſolemnioribus ejuſdem Eccleſiæ, vel Oratorii, ut in Brunduſina ſub die 1 Junii 1601.

Ad undecimum negative.

Ad duodecimum negative: & quoad benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus ſerventur decreta.

Ad decimum tertium, ſatis proviſum in ſuperioribus.

Ad decimum quartum affirmative; niſi aliter Ordinarius ſtatuat ex rationabili cauſa.

Ad decimum quintum affirmative.

Ad decimum ſextum affirmative.

Ad decimum ſeptimum negative.

Ad decimum octavum affirmative.

Ad decimum nonum negative: niſi aliter Epiſcopus diſponat.

Ad vigeſimum affirmative, quando tumulandus eſt ſubjectus Parocho, intra cujus fines eſt Eccleſia, vel Oratorium.

Ad vigeſimum primum affirmative.

Ad vigeſimum ſecundum negative; niſi adeſſet licentia Epiſcopi.

Ad vigeſimum tertium negative extra proprium Eccleſiam.

Ad vigeſimum quartum negative.

Ad

Ad vigeſimum quintum negative.
Ad vigeſimum ſextum negative.
Ad vigeſimum ſeptimum negative.
Ad vigeſimum octavum negative.
Ad vigeſimum nonum negative.
Ad trigeſimum affirmative, dummodo non impediant functiones, & divina Officia.
Ad trigeſimum primum affirmative.
Ad trigeſimum ſecundum negative.
Ad trigeſimum tertium negative.
Et ita, ſalvis tamen conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forſan factis, concordiis inter partes initis, & a Sancta Sede approbatis, Indultis, Conſtitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, conſuetudinibus immemorabilibus, vel ſaltem centenariis, declaravit, ac decrevit, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro videbitur Die decima Decembris 1703.

QU.

Digitized by Google

QU. XXVI.

Quid habes de Regiis Sacellis, ſeu Capellis Palatinis?

§. I. UTrum Regia Sacella, ſeu *Capellas* (*) Palatinas in Parochialium, an in Epiſcopalium Eccleſiarum album referendas eſſe putarem, diu multumque dubitavi. Enimvero Rex cum ſua Familia non unius urbis, non unius Diœceſis, ſed totius Regni civis, atque incola eſſe cenſetur. (Vid. Petrum Galandum in Vit. Petri Caſtellani Galliar. Magn. Eleemoſynar.) Nullius igitur ille Paræciæ, nullius Diœceſis eſt; ſed Regia ejus Domus, ac Familia per ſe Paræciam, ac Diœceſim conflare, atque efficere videntur.

§. II.

(*) Moris erar peregrinantibus, reliquias ſanctorum ſeoum ferre, ad uſum ſacrum, qui ſine illis ex praxi eccleſiæ illius remporis, quæ etiam adhuc continuatur in Romana Eccleſia, peragi & rite celebrari non poterar. Repoſitorium, in quo reliquiæ & vaſa ſacra in uſum ſacrorum privatorum comparata, aſſervabantur *capellæ* nomine veniebat, quod eſſet regumentum & conditorium reliquiarum. Ekkehard. junior *in caſ. S. Gall. c.* 1, apud Goldaſt *tom. I rerum Allem. p.* 15, hujus capellæ mentionem facit: *Diſpoſuit igitur adhuc vivens, ad titulum S. Petri, cui jam ibat, qui eſt in cæmeterio S. Galli, capellam, qua itinerans utebatur, cum reliquiis & libris, & omnibus utenſilibus ſacris, in quo & corpus illius cum omni honore humatum eſt*. Apud Matthæum Pariſienſem *ad ann.* 1242, *p.* 525, hæc occurrunt: *In hac fuga amiſit dominus rex Angliæ capellam ſuam*, i. e. *omnia ornamenta ſacerdotalia pretioſiſſima & multa alia, quæ longum eſſet enarrare; præter reliquias*. Illuſtrior adhuc locus occurrit in charta Philippi, Flandriæ comitis *de anno* 1191, apud Edmundum Marrene, & Durandum P. I *theſ. anecdot.* ubi fecit donationem de *capella ſua, quam*, ait, *mecum defero in itinere Hieroſolymitano*. Addit: *Ad quam capellam pertinent duo candelabra argentea, duæ pelues argenteæ, quatuor ampullæ argenteæ, calices duo, unus aureus, alter argenteus, fiſtula argentea*, (addit Martene *in not. ad communionem, quæ olim fiebat ſub utraque*) *caſulæ duæ & duplicia indumenta, thuribulum argenteum, & ornamenta altaris, altaria portatilia duo, & cruces tres, philacterium parvum, cum quo pax defertur*. In diplomare *de anno* 1231, apud GEWOLDUM. in addit. *ad Hund. metrop. Salisb. tom. II, p. m.* 17, *edit. noviſſ. capellani* officium inter ea collocarur, quod *capellaniæ* ducis *utenſilia conſervare debeat*, quæ utenſilia in *capella* ſeu *conditorio aſſervabantur*. Et hanc appellationem jam uſitatam fuiſſe ante Carolingorum tempora,

§. II. Si ad florentiſſimum olim Orientale Imperium, Clerumque Conſtantinopolitanum Palatinum (*a*) oculos retorqueo, illiuſque Protopapæ (*b*) officia, & jura perpendo, equidem nihil tale in eo reperio, quod non dicam Epiſcopalem, ſed neque Parochialem dignitatem valeat exæquare. Ecquod enim in eo Protopapa mihi dederis ullius Juriſdictionis veſtigium? Contra vero nonne & ipſe, & omnis Palatinus Clerus ab Patriarchæ nutu penitus pendere coacti fuerunt? Quod ſi Palatinus Proto-

evincit formula Marculfi jam adducta, ad quam Hieronymus Bignonius apud Baluz. tom. II Capit. pag. 925, hæc notat. *Capellam pro capſa dicit, in qua martyrum oſſa conderentur, vel hic locus evincit. Nam & ſuper capſam jurare lex Alaman. b. t. 6, dicit. Sic etiam accipitur in formulis incerti auctoris c. 3. Evodius de miraculis S. Stephani lib. I. Capella argentea, in qua erat reliquiarum portio. Reliquias igitur S. Martini in palatio aſſervatas innuit hac formula. In breviario diviſionis theſaurorum* Caroli M. apud Baluz. tom. 1 *Capit. p.* 489, de capella non dividenda hæc habetur: *capellam i. e. eccleſiaſticum miniſterium tam id, quod ipſe fecit, atque congregavit, quam quod ad eum ex paterna hereditate pervenit, & integrum eſſet, neque ulla diviſione ſcinderetur, ordinavit*. Breviter: *conditorium, & repoſitorium*, quo ſacra hæc cimelia cum reliquiis aſſervata ſunt, *capellæ* appellationem habuit. Videtur autem mox in morem tranſiiſſe, ut *peculiaris ædicula* aſſervandis his capellis deſtinata fuerit, maxime, quæ in privato erant patrimonio, illuſtriores enim ejuſmodi capellas habuiſſe, in itinere ſecum duxiſſe, eaſque in primis in *expeditionem bellicam & ultramarinam* abeuntibus inſeruiſſe, dictum eſt. Redeuntes ſolebant has *capellas* factas oratoriis, vel ædiculis includere, quo ipſo factum, ut *oratoria* talia nomen *capellæ* acceperint.

(a) Capellarum Palatinarum originem uſque ab ætate Conſtantini, qui primus Chriſtianæ religioni nomen dedit, arceſſunt plerique, aliquibus freti Euſebii (2), & Sozomeni locis, quos ex propoſito excutit, illuſtratque Thomaſſinus. Illud exploratum ſub Theodoſio juniore (3) Capellarum hujuſmodi in aula Conſtantinopolitana uſum haud dubium, controverſumque videri. Ut autem in occidente Palatinis Cleri præfecti, Archicapellani, & Eleemoſynarii vocabantur, ita Conſtantinopoli Aulæ *Papatium* caput, ut ceteri primi, ſummique *Papates*, Protopapæ nomine more Græcanico cenſebatur. Sane Imperatores Conſtantinopolitanos ſummis ſæpe laudibus Gregoras (4) extollit, quod Palatii Clero viros adſcriberent, & pietate, & eruditione celebriores, ut in eorum referri cenſum, ad Epiſcopales Sedes, & Metropolitanas, & Patriarchales veluti gradus haberetur.

(b) Magnum Protopapam vocat Phranzes lib. 3, cap. 19. De cujus nomine hæc ex Cangio in Gloſſario mediæ Græcit. Πρωτοπαπᾶς τῦ Παλατίυ *Protopapas Palatii* nuncupatus occurrit apud Leonem Grammaticum in Conſtantino Porphyrogenito pag. 491. Anonymum Combefiſianum in eod. Porphyrogenit. n. 10, & Scylitzem pag. 612. Πρωτοπαπᾶν τῦ Μεγάλυ Παλατίυ *Protopapam Magni Papatii* apud eundem Scylitzem pag. 649, & Glicam pag. 306. Πρωτοπαπᾶς τῶν Βασιλειῶν Protopapas Imperatorum apud Zonaram in Nicephoro Phocha pag. 160. ὁ τῦ ἱερῦ συςήματος τε, καὶ Κλήρυ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν Αρχηγός. *Sacrique cœtus, & Cleri Auguſtarum ædium Princeps*, apud continuatorem Theophanis lib. 1, n. 20. Anonymus de Clero Palatino Καὶ Βασιλικῶν τῶν ἱερέων ὁ πρῶτος. *Auguſtalium ſeu Regiorum Sacerdotum primus*.

(c)

Digitized by Google

topapa privilegio fulgebat Imperatoris menſæ (c) ac dapibus bonas preces

(c) Imperatoris Menſæ benedictionem impertiri ad Protopapam ſpectaſſe, agens, de die ſolemni Paſchæ Codinus (17) ſcribit. „ Abſoluta, *inquit*, liturgia, Imperatore jam ad menſam præſente, priuſquam accumbat, venit Protopapas, aut alius de Sacerdotum numero, & benedicens Imperatoriam menſam, eo quod Quadrageſima jam effluxerit, tempuſque carnis edendæ advenerit, accepto pane; & ferculo diſcedit. “ Mirum eſt aulæ Archidiaconum hanc ſibi prærogativam non adrogaſſe, quum una earum fuerit, quas olim invaſiſſe primum Diaconos ex S. Hieronymo alibi (18) retulimus. Morem hunc cibis bene adprecandi priuſquam ſumerentur, a Jeſu Chriſto Servatore noſtro ſuam traxiſſe originem certum eſt, quem quotiens menſæ accubuit, & benedictione uſum fuiſſe, & gratiarum actione (19) legimus. Conſtanter ſubinde Eccleſia illud Apoſtoli (20) tenuit: *Nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem*. Tunc vel maxime, quum abolendo Manichæorum errori (21), qui creaturis a malo Principio, ut ſomniabant, originem trahentibus maledicebant, exhorrebantque eas obſtinate propius inſiſtens, nihil immundum eſſe, omniaque præmiſſa benedictione ſumenda voluit. At ſecundam aliam illam ejusdem Apoſtoli (22) regulam: *ſine ulla contradictione, quod minus eſt, a meliore benedicitur*, id quoque perpetuo docuit, benedictiones ejuſmodi quas invocativas potius quam conſtitutivas Theologi e ſchola vocant, a dignioribus ubilibet eſſe impertiendas. Sæculo nono Bulgari nuper ad fidem converſi, a (23) Nicolao I quæſivere. „ Si licet ſuper menſam in qua Sacerdos, vel Diaconus deeſt; vexillum Sanctæ Crucis imprimere, & comedere. *Reſpondit Pontifex*: quod procul dubio licet; nam omnibus datum eſt, ut & omnia noſtra hoc ſigno debeamus ab inſidiis munire Diaboli, & ab ejus omnibus impugnationibus in Chriſti nomine triumphare. Supereſt tantum, ut quum potior adeſt, inferiori hoc ſibi, niſi juſſus, non audeat adrogare. “ Ex ejuſmodi interrogato dubitare fortaſſe poterit, an id muneris etiam præſente Presbytero Bulgarorum Diaconi ſibi vendicarent. Verum de iſtiuſmodi jampridem Hieronymus (24) dixerat: *Diſcant qui hoc faciunt, ſe non recte facere*. Diaconi enim, ubi presbyter aderat, uti benediceret, ſupplicabant; ac nonniſi ab eo juſſi id munus explebant, quemadmodum heic expoſuit Nicolaus. Abſente nihilominus Protopapa, non ſupplet heic Archidiaconus, ſed e numero Sacerdotum alius, quod non ſatis dignum Exocatacœlo videretur, ei muneri ſubrogari, quo ab initio non invaſit.

Dubitari jure heic poterit, an quotidianum hoc Protopapæ manus fuerit, an in diebus dumtaxat ſolemnioribus, quemadmodum de magno Paſchatis die innuere Codinus videtur, *eo quod Quadrageſima effluxerit, tempuſque edendæ carnis advenerit*. Solemne quippe aliquando apud Chriſtianos ubique terrarum fuit, nihil niſi a Sacerdote benedictum in fractione jejunii Quadrageſimalis comedere, quemadmodum Johannes Belethus Sæculo XII, (25) in quo florebat, adhuc ſervatum teſtatur. „ Nihil, *inquit*, quod non ſit a Sacerdote benedictum hoc die Paſchatis comedere debemus. Unde etiam nunc in quibusdam regionibus pro more receptum eſt, ut in magno vaſe omnia, quæ velint illo die comedere, fercula ab Eccleſiam deferant, in cujus atrio, & veſtibulo a Sacerdote cum cruce, & aqua luſtrali, quam benedictam dicimus, in ſacris veſtibus benedicuntur. “ Ejus verba integro circiter poſt illum ſæculo exſcribit Durandus (26) Mimatenſis, illud addens, idcirco nos, ea die, edere, niſi quod a Sacerdote benedictum eſt, non debere, *quia inimicus noſter nunc magis ſa-*

ces precandi, illique occurrendi ad Paſchalia (*d*) ſolemnia prodeunti, ac recurrente Theophaniæ die (*e*), aquam luſtrandi, expiandique, eaque Au-

---

tagit ſupplantare. Cujuſvis autem pretii hæc ratio fuerit, inde tamen uſum per id temporis fuiſſe communem plane conficitur. Porro ejus per eam ætatem moris in Sicilia, atque Calabria teſtes ſunt locupletes fragmenta antiqui Panormitani Miſſalis ab Canonico de Johanne edita (27), atque Lucæ Archiepiſcopi Conſentini vetus Ordinarium. Quem equidem an ex vetuſta Græcorum diſciplina, qui diu medio ævo has Eccleſias gubernarunt, an potius ex Latinorum ritu ſumſerint, Noſtrates, haud facile dixerim. Etenim, & in illorum Euchologio paſſim ejuſmodi benedictiones occurrunt, eoſque ſuorum rituum ad ſuperſtitionem uſque tenaces noſcimus. Illud interim habes, panem, ac ferculum ex Imperatoris menſa, peracta benedictione, referre Protopapam; quod de eſculentis eum, qui benediceret participandi conſuetudo, non apud Græcos modo, ſed etiam apud Latinos, certe non cum laude, jamdiu inoleverat. Sed an quotidianum id munus fuerit, aç proventus, mihi hactenus obſcurum. Nam neque quotidianam fuiſſe in menſa Imperatoris lectionem, ex Luitprandi (31) Cremonenſis Epiſcopi ad Nicephorum Phocam legatione X ſæculo peracta diſcimus.

(d) In Magno Paſchalis die Imperatorem ad Eccleſiam advenientem excipere Protopapas ſolebat. Illud narrat Codinus, quem de Protopapa potius Palatino, quam de Magnæ Eccleſiæ iterum locutum ſuſpicor: Matutinum, inquit, magnæ Dominicæ Paſchatis cantatur hora diei tertia, vel quarta hunc in modum: Imperatore ſuis ex geſtaminibus ſereme, quæ magis adriſerit, & Proceribus item propria inſignia geſtantibus, egreditur Protopapas ex Eccleſia cum Archidiacono, & nonnullis Lectoribus, traditque Imperatori lampadem. Et adminiſtri Proceres, quorum ſæpe meminimus, porrigunt Proceribus ceteros, ut & in ſupradictis feſtis. Eccleſiæ igitur foribus clauſis, thus adolet Protopapas; deinde elata voce canit illud: Gloria ſanctæ, & ſubſtantiali, & vivificæ, & indiviſæ Trinitati, omni tempore, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, & *Cantoribus ſubjicientibus* Amen, *concinit* iſte Reſurrectionis troparium: Chriſtus ſurrexit a mortuis: idque tertium. Poſtea excipientes Cantores decantant illud, donec Protopapas præſcriptos ſtichos (hoc eſt verſiculos) percurrit, illum ſcilicet: „ Exſurgat Deus, & reliquos. Poſt hæc Archidiacono preces pro pace, ut moris „ eſt, recitante, Protopapas aperiens ma„ nu ſua fores ingreditur; qui cum comi„ tatu ſuo in Eccleſia illud: Reſurrectio„ nis dies, exultemus populi, ſonantiore „ & ſublimiore voce decantat. “

(e) Ritus magnæ benedictionis aquarum in ſanctis Theophaniis ſolemniſſimus eſt apud Græcos. Nam quum inter dies Baptiſmo ſolemniter conferendo deſtinatos, præter Paſcha, & Pentecoſten ex antiquiſſima traditione deſcendentes, Epiphaniæ etiam feſtum, in quo Jeſu Chriſti Baptiſmatis anniverſaria ſacra recoluntur, Græci tractu temporis recenſuerint: hinc factum, ut maxima quoque ſolemnitate ea die aquam conſectarent, quæ & Chriſti contactu ſanctificata, & nobis in remedium collata fuit. Viget autem hodieque hic mos, quemadmodum & generalis baptiſmus, ubicumque viget earum ritus. Primis quidem temporibus aquarum ejuſmodi conſecratio fieri ſub media nocte ſolebat, uti ex Chryſoſtomi homilia de Baptiſmo Chriſti diſerte noſcimus; quæ fortaſſe cauſſa fuit, cur a Græcis Patribus hæc ſolemnitas *feſtum luminum*, *dies luminarium*, quod multis ad depellendas tenebras accenſis luminibus celebraretur, adpellata fuerit. Narrat tamen Theodorus Lector, celebrem illum tot ſchiſmatis, erroribuſque Petrum Cnaphaeum, ſeu Fullonem, qui Sedem Antiochenam ſæculo quinto toties invaſit, con-

Aulam, Aulicoſque perfundendi, nec non feria V Majoris Hebdomadæ (*f*) Imperatori pauperum pedes lavanti aſtandi, quin & Patriarchæ munus

conſtituiſſe, *ut invocatio ſuper aquas die feſto Epiphaniorum ſub veſperam fieret*. Quamobrem quamvis nocturna illa feſtivitas jamdiu exoleverit, bis nihiſominus hodie eam benedictionem Græci, reſte Goario, faciunt, ſemel in pervigiliis veſpere, & mane in miſſa ſecundo, duplexque propterea ordo benedictionis in eorum Euchologio legitur. Quum enim ex illa aqua adſpergerentur fideles, eamque in domos, agroſque referrent; atque ad baptizandum reſidua ſatis non eſſet, inductum ſenſim, ut veſpere pro fidelibus ad adſportandum, mane pro Catechumenis ad abluendum conſecraretur. Mira de hac in antiquis monumentis leguntur, quam ſingulari plane ritu Græci trina ſtatuæ Jeſu Chriſti, vel ut alii faciunt, crucis ejus immerſione, benedicere ſolent. Eandem conſuetudinem quotquot Eccleſiæ Græcæ in Sicilia, ac Calabria ſunt, hac die conſtanter tenent; ita ut etiam Eccleſia Catholica Regina Græcorum, etſi ad latinum jamdiu traducta ritum, hac etiam die ritu tamen latino, aquam benedicat. Quinimmo hinc manaſſe autumo, quod in ſuo ordinario, inter ceteros hujus feſti ritus Lucas Archiepiſcopus Conſentinus præſcribit: „ Completis laudibus, & pronuntiato ex more Martyrologio, mox Domnus, vel Sacerdos, qui Laudes celebravit, faciat ſolitum exorciſmum ſalis, & aquæ, & circumſtantes adſpergat cum faſciculo hyſſopi. Capellani quoque Civitatis (*ſic in Calabria vulgo vocantur Parochi*) adſpergant inde fideles omnes die ipſa, tam in Eccleſia, quam ubicumque poſſunt, in memoriam, ac reverentiam Baptiſmi Dominlci. " Conſtantiſſime enim in Calabria, non Sabato ſancto, more Romano; ſed in die Epiphaniæ domus a Parochis more Græcanico, aqua licet dumtaxat mixta ſale benedicuntur. Porro in Palatio aquam iſtam hac die benedicere, & Aulam, Aulicoſque adſpergere, ubi ea cæremonia a Patriarcha Conſtantinopolitano non fieret, vel alius ex Patriarchis, cui cedendum fuiſſet in Aula, non eſſet, ad Protopapam pertinuiſſe nos docet Codinus. Scilicet ad eum quoque Palatinorum baptizandorum cura pertinebat, quemadmodum ex requiſito a Polyeucto Styliani Protopapæ teſtimonio, de quo ſuperius diximus, ſatis innuitur.

(f) Potiſſimæ quoque Palatini Protopapæ partes in lavipedio erant Magnæ Feriæ V, quod in aula fiebat ab Imperatoribus. Exemplum, quod Salvator nobis reliquit, non ab Epiſcopis modo, ea die recurrente, ſed a ſummis etiam Principibus paſſim ſolemni ritu imitatum, nobis tradit hiſtoria temporum Chriſtianorum. Hoc autem pacto lotionem hujuſmodi in Aula Conſtantinopolltana fieri ſolitam Codinus deſcribit. *Magna Feria quinta ante liturgiam inſtituitur pedum lo… in hunc modum. Conſtituunt duodecim pauperes, eoſque ſubuculis, ſeu tunicis curtis, braccis, ſeu caligis, & calceis veſtiunt. Et poſita pelvi in Imperatoris conclavi, Protopapas ad januam conſiſtens recitat illud: Benedictus Deus noſter cum Triſagio. Deinde lecto per illum Evangelio, quando proceſſit uſque ad illa verba*: miſit aquam in pelvim: *infundit Imperator aquam in pelvim. Poſtea adducunt jam antea præparatos pauperes, ſingillatim quemlibet, quorum quivis manu cereum ardentem geſtat. Et hos quidem ſedente, Protopapa autem Evangelium legente, illudque pronunciante*: cœpit Jeſus lavare pedes diſcipulorum: *lavat imperator dexterum cujuſque pedem, lotumque ſindone, qua præcinctus eſt, abſtergit, & oſculatur. Dantur autem cuilibet pauperi tria aurea numiſmata. Poſtea inchoatur liturgia, ſeu miſſa*. Jam vero in hoc Aulæ Græcæ ritu non ſimul ſedere pauperes vides more hodierno, quo Apoſtolorum ſitus in pedilavio, quod illis exhibuit Jeſus Chriſtus, exprimi veriſimilius videtur. Sed eun-

nus ſuum primo auſpicanti plauden-di (g), tandem exercitui ad bellum pro-

eundem etiam morem tenuiſſe olim Romanos Pontifices, ex ordinibus a Mabillonio in Muſeo editis plane conſtat. In hunc enim modum Benedictus S. Petri Canonic s, qui ſæculo XII ineunte floruit, und cimi Romani ordinis Auctor, rem, prout gerebatur, exponit: „ Finita Miſſa, „ Domnus Pontifex ita indutus redit in „ Palatium in Baſilica S. Laurentii, ibi- „ que exſpoliat ſe uſque ad Dalmaticam: „ & poſita pelle ad collum ejus, ſedet. „ Cubiculatii ponunt concham ante eum, „ & linteum mundum. Duodecim Subdia- „ coni manent extra Baſilicam. Duo Oſtia- „ rii accipiunt Priorem (Subdiaconorum) „ in ulnis & portant eum ad Pontificem. „ Pontifex vero aqua calida lavat pedes „ ejus, & tergit linteo, oſculatur eos, & „ dat ei quinque ſolidos. Sic facit uni- „ cuique eorum duodecim.“ Eodem ferme pacto deſcribunt & ordines reliqui ad uſque Cæremoniale Romanum Auguſtini Patricii Epiſcopi Pientini, qui anno CIƆCCCCLXXXVIII illud Innocentio VIII dicavit, vulgavitque deinde Marcellus Archiepiſcopus Corcyrenſis. In hoc primum non duodecim, ſed tredecim, non Subdiaconis, ſed pauperibus, haud quidem ſingillatim adventantibus, verum in ornatis ſcamnis ex ordine ſedentibus, non uterque, ſed dexter dumtaxat pes lavari præſcribitur, quamvis Subdiaconos in pauperes ſub Sixto IV, Innocentii Prædeceſſore, fuiſſe mutatos ex Diario Jacobi Volaterrani perſpicuum ſit. Cauſa autem cur tredecim tandem electi fuerint, licet hac noſtra ætate ingenia torſerit multorum, qui myſticas ut plurimum expiſcari conati ſunt rationes; re tamen vera non alia fuit, quam inducta a Pontificibus ad hoſpitalitatem exhibendam tredecim quotidie in palatio alendi conſuetudo, S. Gregorii M. exemplo, qui cum duodecim quotidie paſceret, tertium decimum ſemel habuit Angelum accubitorem. Vetuſtior itaque Romanorum Pontificum ritus ad abluendi mandum quod adtinet, ab Aulæ Græcæ more non differebat. Qui enim extra Aulam apud ipſos Græcos hæc lotio fieret ex officio divini, & ſacri lavipedii in eorum Euchologio diſcimus, ubi, quæ ſequuntur, habes: *Poſt exclamationem dicente Sacerdote:* & ut digni ſiamus: *in diſpoſitis ſcamnis, qui lavandi ſunt, ſedent. Et Sacerdote primum lavipedii Evangelium cantare incipiente, ſtat Superior, & prout narrat, vel continet Evangelium, exequitur. Quum itaque dicit:* Ponit veſtimenta ſua, *deponit & ipſe Mandyam. Quum vero profert:* linteo accepto præcinxit ſe: *ipſe quoque ſabbano longiori linteamine ſe ſuccingit. Quum autem ait:* mittit aquam in pelvim: *mittit & ipſe aquam tepidam, & rurſus dicto:* cœpit lavare pedes diſcipulorum, *ipſe quoque lavare aggreditur, facto initio ab Oſtiario ad Œconomum uſque & Eccleſiæ Præfectum, qui eſt duodecimus. Et uniuſcujuſque poſtquam lotus eſt pedes, abſtergit, & oſculatur. Quum vero ad Œconomum pervenit, tunc Evangelium reliquum Sacerdos percurrit.* Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei &c. Profecto, quamvis in permittendo Presbyterorum in inferioribus officiis miniſterio ſcrupuloſiores fuiſſe Græcos jam ſupra monuerimus, heic tamen a Presbytero Evangelium canitur, quod fortaſſe extra liturgiam, & Altaris Miniſterium *mandatum* fieret. Ea propterea de cauſa, & a Protopapa in Aula legebatur, quum nulla ibi cantus mentio fiat. Similiter ab eodem in coronatione Imperatoris Evangelium legi Codinus obiter ſcribit, tametſi quum alio loco illum ex propoſito enarrat ritum, nullam ejus rei ingerat mentionem. Quoniam vero in pedilavio cum cereis ardentibus lavandi pauperes accedebant, cereum deinde etiam Imperatori præbere ad Protopapam pertinuiſſe hoc loco addit.

(g) In Enthroniſmo novi Patriarchæ aliud ei munus adtribuit Phranzeſ. Inveſtiturarum abuſus per annuli, virgæque tradi-

ditio-

Digitized by Google

proficiſcenti bene ominandi (*h*), il- lumque ad fortiter pugnandum Sacra-

---

ditionem, maxime in Occidentali Eccleſia Sæculis XI, ac XII, Sacerdotium inter ac Imperium, diſcordiæ fomes, in Eccleſiam quoque Græcam ultimis præſertim temporibus irrepſerat, potiſſimum vero ad Patriarcham quod attinet Conſtantinopolitanum, ut obſervari, non apud cæteros modo eorum temporum Græcos Scriprores, ſed apud ipſum Codinum poteſt, qui & Patriarchæ, & Archimandritis, & Abbaribus litui ab Imperatore tradendi formulas deſcribit. Etenim quod ad annulum ſpectat, illo Græcos Epiſcopos nunquam fuiſſe uſos conſtat, indeque occaſionem Cerularium occœpiſſe, hanc inter alias adverſus Latinos ſtruendi calumniam, quod apud eos Epiſcopi tanquam ſponſi annulis uterentur. Sane de electione Joſephi Patriarchæ agens Nicephorus Gregoras, illum inquit fuiſſe ab Imperatore *per debita ſuffragia, & teſtimonia deſignatum, & Paſtorale Pedum in Imperatorio ſuggeſtu veteri more ab ipſo porrectum accepiſſe*. Formulam autem, qua virgam hujuſmodi auro, gemmiſque radiantem Patriarchæ Imperator porrigebat, hanc tradit Phranzes. *Sancta Trinitas, quæ mihi Imperium donavit, Te in Patriarcham novæ Romæ deligit. Hoc modo*, ſubdit, *e manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat. Magnus Protopapas Palatii benedictionem pronunciabat*. Cave autem putes, de benedictione heic loqui Phranzem, quam in populum Protopapas pronunciaret, quum hæc in ſolemni Conventu ad Epiſcopos uſquequaque pertinuerit; quinimmo eam ἀρίστ., quum Imperator poſt traditum baculum Patriarchæ, manum hujus oſculatur, eidem Patriarcha impartitur. Sed de benedictione in pedum ipſum, quod conſecrari, ac benedici, antequam traderetur in utraque Eccleſia in more poſitum fuit, intelligendum Phranzem ſuſpicor. Niſi forte benedictionis nomine fauſtas acclamationes, quæ in Enthroniſmis hujuſmodi ad multos annos augurantur, innuere potius voluerit. Diverſa autem apud Græcos Latinos litui forma eſt. Iſti in ſummitate curvum ac retortum uſurpant, ac in ima reflexum; at vero Græci, & Orientales quatuor, aut quinque pedi formas habent. Nonnullorum ſumma pars in globum eburneum deſinit; aliorum vero duorum animalium, puta ſerpentium, aut leonum capitibus eboreis mutuo ſe implicantibus, aut reſpicientibus ornatur. Sunt, qui cruce commiſſa, ſunt, qui immiſſa tantum inſtar litteræ Tau ad verticem diſtinguunt. Poſtremo Maronitæ radiante ſphæra, ſupra quam crux eminet, faſtigium inſigniunt. Porro cujuſmodi ex his formæ fuerit Conſtantinopolitani Patriarchæ pedum, me adhuc latet. Illud ſcio, hos Patriarchas non minus ac lampadem, pedum etiam ante ſe duxiſſe, quum procederent, quemadmodum de Joſepho Patriarcha Ferrariam ad Concilium adventante narrat Sguropulus. Innuere quoque Balſamon videtur peculiare hoc fuiſſe Patriarchæ privilegium, ut baculum, & ſaccum, & polyſtaurium, & ſticharium cum littera y referret.

(h) Poſtremum, quod ſciam, Palatini Protopapæ munus eruo ex Cedreno. Quum in Aulæ Conſtantinopolitanæ Capella non modo ſanctiſſimæ Crucis lignum, ſed & innumera SS. MM. lipſana ſervarentur, Protopapæ erat cum illis pretioſis pignoribus ad exercitum, quum oportebat, prodire, ut jurejurando ſuper eis exacto, adigerentur milites, ut Religionem, ac Imperium, etiam ſanguinis impendio tuerentur. Non ſemel id factum, flexo ab univerſis copiis poplite in Græcorum hiſtoria legimus. *Miſſus*, inquit Cedrenus, *Protopapas Palatii cum honorandis lignis præparavit omnes ad ea adoranda*. Id autem & in procinctu ad aciem factum. Et quidem morem juramenta ad vivificæ Crucis, ac Sanctorum Corporum contactum exigendi in utraque Eccleſia viguiſſe, vel una Vigilii Papæ de Sacramento Conſtantinopoli in Baſilica S. Petri in Hormiſda a judicibus præſtito, quæ in qua-

Digitized by Google

cramento adigendi; hæc omnia non erant ejuſmodi, quæ cum Parochiali, aut Epiſcopali Juriſdictione poſſent comparari.

§. III. Sin vero ad Occidentale Imperium mentem, animumque converto, ac Regia Sacella, eorumque *Archicapellanos* (*i*) intueor, magnamque, qua fulgent dignitatem, perpendo, tot tantaque in illos decora, atque ornamenta congeſta reperrio, quanta non ſolum in Parochos, ſed etiam in Epiſcopos cadere unquam poſſunt. Ac primo certum eſt, Archipellanos Clerum Palatinum in ſua poteſtate, ac ditione ſemper tenuiſſe, ut fidem nobis facit Hincmarus Rhemenſis Tom. 7, Pag. 207. *Apocriſiarius, quem noſtrates Capellanum, vel Palatii cuſtodem appellant, omnem Clerum Palatii ſub cura, & diſpoſitione ſua regebat*. Præterea ex Innocentii III litteris ad Epiſcopum Lingonienſem, & ad Joannem Angliæ Regem datis diſcimus, Capellas Regias ab omni Epiſcoporum Juriſdictione immunes, ac liberas factas fuiſſe. „ Cum Capella Ducis Burgun- „ diæ

quadam epiſtola ejus eſt, narratio oſtendit. *Dum ſupradicti Judices*, inquit, *poſito indiculo ſuper altare, & cataracta B. Petri Apoſtoli, & ſuper crucem, quæ de ligno Paſſionis Domini habet incluſum, ſed & ſuper claves B. Petri Apoſtoli præſtitiſſent corporale juramentum*.

(i) Archicapellanus tanta dignitate vel Sæculo IX præminebat, ut qualemcunque locum in Eccleſiæ Hierarchia teneret, *archiepiſcopos* præcederet, etiam in Synodis, quod eſſet *ſummus aulæ ſacerdos, & primarius regis adminiſter*. In palatio Caroli Calvi hanc præfecturam tenuit Ebroinus Pictavienſis Epiſcopus, prælatus in concilio Vernenſi, *anno* 844 habito, Weniloni Senonum Archiepiſcopo, ut præfatio hujus concilii docet, & ex Sirmundo notat Harduinus *ad cit. concil. tom. IV concil. p.* 1474, cum Baluzio ad P. Demarca de C. S. & I, lib. IV, c. 7, §. 7, & Cointio in annal. Franc. ad ann. 784, §. VI, p. 249. Non fuit tamen hoc munus olim *perpetuum*, ſed temporarium, ut Baluzius *in not. ad Lupum* colligit ex ejus *epiſt.* 97, nec ſemper epiſcopi, multo minus archiepiſcopi id exercuere. Immo hi rarius: ut plurimum *abbates*, *presbyteri*, *diaconi*. Id Hincmarus obſervat *tom.* II, p. 208 *A tempore vero Pipini, & Caroli interdum per presbyteros, interdum per Epiſcopos, regia voluntate atque epiſcopali conſenſu: per diaconos vel presbyteros magis quam per Epiſcopos hoc officium executum extitit, quia epiſcopi continuas vigilias ſupra gregem ſuam debent aſſidue exemplo & verbo vigilare, & non diutius ſecundum ſacros canones a ſuis abeſſe parochiis*. Præ ceteris tamen epiſcopos archiepiſcopoſque hunc ambiſſe honorem, praxis antiqua docet, quæ tot epiſcopos archiepiſcopoſque *archicapellanos* exhibet.

Cum *comite palatii* ſummum in *aula regis* obtinebat locum, quod illuſtrat illuſtris Marca de C. S. & I. Lib. IV, c. 7, §. 3. Sicuti enim *comes palatii* de omnibus *ſæcularibus* negotiis gravioribus, ita *archicapellanus* de *eccleſiaſticis* curam gerebat, & non raro a *manu regum* erat archivio regio præfectus, quod tot indicant diplomata, ab *archicapellanis*, ut *archicancellariis*, ſubſcripta. Neque enim *archicapellanorum* munus, qua tale, ad *cancellariam regiam* ſeſe extendebat, ſed hujus præfectura ſæpe illis, ut principatum primarium in aula gerentibus, ſimul demandabatur. Teſtis eſt Hincmarus *de ordin. palat. c.* 16, archicapellano ſociatum fuiſſe ſummum cancellarium, *qui a ſecretis olim appellabatur*, quaſi geheime Echreiber. Hac ſub qualitate *archicapellani* tot diplomata ſubſcripſere, ut infinita

„ diæ gaudere dicatur hujuſmodi privilegio, quod nullus Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in perſonas Canonicorum ejuſdem Capellæ ſuſpenſionis, vel excommunicationis, aut interdicti ſententias audeat promulgare . . . mandamus, quatenus in quantum exempti ſunt ratione ejuſdem Capellæ, Apoſtolicis privilegiis deferas reverenter.“ Cap. 16, de privilegiis, &c. „ Super tua non excommunicanda Perſona, neque tua interdicenda Capella niſi de mandato Sedis Apoſtolicæ Speciali (k) . . . Illud regali tuæ prudentiæ conſulimus ad cautelam, ut cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regni tui contentioſe non agas, maxime ſuper negotiis Spiritualibus, & Eccleſiaſtico jure, cum ad nos poſſis habere recurſum, per quos multa poteris honeſte perficere, quæ honeſte non poſſes perficere per te ipſum; pro certo confidens, quod nos petitiones, & preces tuas, quantum honeſtas permiſerit, intendimus exaudire.“ (Regeſt. 26, L. 4, Epiſt. 130.) Tandem ex Benedicti XIV Conſtitutione XXXVI, Tom. II, quæ incipit: *Cum a nobis*, §. 5, intelligimus „ ſupremos Eleemoſynarios (l), ſeu Capellanos Majores Regiorum Sacellorum Epiſcopa-

ta exempla oſtendunt, quorum inſignem copiam congeſſit Malinkrot *de archicancell. S. Rom. imper.* cum Preſſingero ad *Vitriar. jus publ. lib. I, tit.* 14, §. 7, *lit.* 6. Conf. Speelmannus, & Caugius *in gloſſar.* voc. *capellanus*. Inde factum eſt, ut, quia hæc duo munia eſſent conjuncta, *archicapellanorum*, & *archicancellariorum* nomina promiſcue ſæpe uſurpata fuerint.

(k) Thomaſ. de Vet. & nov. Eccleſ. Diſcipl. Part. I, Lib. II, Cap. 112, §. 6, pag. 549. Exemptionis iſtiuſmodi & petitio & conceſſio poterat adprime conſentire æquitatis & pietatis legibus, atque Eccleſiæ neceſſitati ſervire, cum primus omnium & oraſſe, & exoraſſe memoretur hujuſmodi libertatem ſanctiſſimus Hungariæ Rex Stephanus, omnium Regni Sui Eccleſiarum conditor & dotator. Id nimirum præ cæteris omnibus Eccleſiarum particularium incolumitati, & ſtabilitati conducibile eſt, ut Regibus conveniat & Pontifici ſummo, qui centrum eſt ipſe, & cardo unitatis omnium Eccleſiarum.

(l) Tillerius ex Regiarum Chartarum tabulario. „Ex commentariis de rebus Philippi III, Philippi Pulcri, Philippi Longi, Magno Eleemoſynario & Confeſſario Regio erat cubiculum cuique ſuum in Palatio, vel in Hoſpitio Regis, ubi quatuor alia tantum eſſe debebant, præter cubiculum ipſius Regis. Individuos enim ſibi cohærere volebant Reges Chriſtianiſſimi eos interdiu noctuque, per quos animæ ſuæ ſalus procurabatur, ne quo opprimerentur inopino caſu. Itaque toto Regno duo hæc Officia maximo in honore habebantur, propter munera illa quæ penes Regem obeunt. Nullo enim ex alio tanta utilitas redundat, ſi modo ſtrenue adminiſtrarentur. Sacramento ſe obligabat Magnus Eleemoſynarius, nihil unquam ſe a Rege petiturum, quod non & juſtitiæ & pietati adprime concineret, & a favore, & gratia procul eſſet. Ita præcipit Conſtitutio Philippi Pulcri anno 1290. At vero Conſtitutione Philippi Longi anno 1318, prohibetur, ne quiſquam ingerat ſe ad alloquendum Regem, dum ſacris intereſt Myſteriis, præter Confeſſarium ejus, qui eum poteſt vel tunc ſubmonere de rebus ad ſalutem Animæ & conſcientiam attinentibus: & poſt peractam rem „ ſa-

„ pali dignitate præditos eſſe (*m*), „ eoſque Aulæ totius Regiæ eſſe Epiſcopos, quocumque in loco per „ totum Regnum Rex verſetur, ab „ eo Sacramenta petere ſolere. “

§. IV. Regum ad exemplum ſe ſe componere volentes ii, qui nobili loco nati erant, Sacella juxta ſuas ædes, ſuiſque in Caſtellis ſibi, ſuiſque ædificarunt, Presbyteroſque aluerunt, queis, non ſolum familiaria ſacra, ſed & famularia jura imperarent, uti conquerebatur Agobardus Ludgunenſis Epiſcopus in Concilio Pariſienſi ann. 829. „ Increbuit conſuetudo „ impia, ut pene nullus inveniatur „ anhelans, & quantumcumque proficiens ad honores, & gloriam temporalem, qui non DOMESTICUM habeat SACERDOTEM non cui obediat, ſed a quo inceſſanter exigat licentiam ſimul, atque indebitam obedientiam non ſolum in divinis officiis, verum etiam in humanis; „ ita ut plerique inveniantur, qui „ aut ad menſas miniſtrent, aut ſacrata vina miſceant, aut canes ducant, aut caballos, quibus feminæ ſedent, regant, aut agellos „ provideant. Et quia tales, de quibus hæc diximus, bonos ſacerdotes in domibus ſuis habere non „ poſſunt, (nam quis eſſet bonus „ Clericus, qui cum talibus hominibus dehoneſtari nomen & vitam „ ſuam ferret?) non curant omnino, quales Clerici illi ſint, quanta ignorantia cæci, quantis criminibus involuti. Quod autem „ non habeant eos propter Religionis honorem, apparet ex hoc, „ quod non habent eos in honore. „ Unde & contumelioſe eos nominantes, quando volunt eos ordinari Presbyteros, rogant nos, aut „ jubent dicentes: Habeo unum Clericionem, quem mihi nutrivi de „ ſervis meis propriis aut beneficialibus ſive pagenſibus, aut obtinui ab illo, vel illo homine, ſive de illo, „ vel

---

„ ſacram, antequam Rex Oratorio ſuo „ prodeat, alloqui ſimiliter illum poteſt „ de Collationibus Beneficiorum, non de „ quavis re alia. Ita & in Oratorio ipſo „ poſt peracta ſacra Magnus Eleemoſynarius compellare Regem poteſt de eleemoſynarum largitionibus. Alia Conſtitutione Philippi Longi, dum Regni Regens eſſet anno 1316, poteſt Confeſſarius ſatagere, ut Brevia Beneficiorum „ ſubſcribantur, & ſigillo Regio muniantur. Idem juris eſt Magno Eleemoſynario circa Brevia eleemoſynarum. Multæ hactenus exarſerunt lites, & contentiones propter juriſdictionem, quam ſibi „ Magnus Eleemoſynarius vindicat, quaſi Officii ſui jus, in Xenodochia, & „ Noſocomia Regni Fundationis etiam „ Regiæ, ad ea videlicet regenda, viſitanda, & meliorem in formam diſciplinæ, ſicubi opus eſt, revocanda. Anno „ 1455, in Senatu Pariſienſi declaratum „ eſt, eos, qui Titulum Beneficii obtinebant, Epiſcopali obnoxios eſſe juriſdictioni. Ubi vero penes Laicos adminiſtratio erat, Magni Eleemoſynarii poteſtati ejuſmodi loca ſubeſſe debere. „ Quod exinde pluribus Edictis confirmavit Franciſcus I. “

(m) Benedictus XIV, ibid. citat Literas ſuas Apoſtolicas datas 21 Auguſti 1745, quibus conceſſerat Carolo Emanueli Sardiniæ Regi, ut ſupremus ipſius Eleemoſynarius, ſeu Regalis Sacelli Major Capellanus Epiſcopali dignitate exornaretur, atque is Territorium proprium haberet, &

Digitized by Google

„ vel illo pago? volo, ut ordines „ eum mihi Presbyterum. “

§. V. Uberiorem etiam ſegetem Parochorum Epiſcoporumque querelis præbuerunt hæc Sacella domeſticique Presbyteri, tum quia illorum obedientiam detrectabant, tam quia populum ab Parochialibus, ac Cathedralibus Eccleſiis avocabant. Id maxime dolebant Ticinenſes Patres anno 855. „ Quidam Laici, & maxime potentes, ac nobiles, quos „ ſtudioſius ad Prædicationem venire „ oportebat, juxta Domus ſuas Baſilicas habent, in quibus divinum „ audientes officium ad majores Eccleſias rarius venire conſueverunt. „ Et dum ſoli afflicti & pauperes „ veniunt, quid aliud, quam, ut „ mala patienter ferant, illis prædicandum eſt? Si autem divites, qui „ pauperibus injuriam facere ſoliti „ ſunt, venire non renuerint, admoneri utique poſſent, ut Eleemoſynis peccata ſua redimerent, & „ a fluxu rerum temporalium abſtinerent. Admonendi igitur ſunt „ potentes, ut ad majores Eccleſias, ubi prædicationem audire „ poſſent, conveniant, & quantum „ Domus omnipotentis Dei divitiis, & honoribus cæteras antecedunt, tanto ad audiendum „ præcepta conditoris ſui alacrius „ feſtinent. “ Apud Harduin. Tom. V Concil. pag. 98. Et anno 850, can. 18. „ Nulla ratione Clerici, aut „ Sacerdotes habendi ſunt, qui ſub nul-

---

& Subditos, in quos ſuam exerceret Juriſdictionem.

Le P. Anſelme Hiſtoir. Des Grands Officiers de la Courone, Grand-Aumonier de France Officier de la Courone. Il diſpoſe du fonds deſtiné pour les aûmones du Roi, célébre le ſervice divin dans la chapelle de ſa Majesté.

Adverſus hæc opponunt nonnulli declarationem S. Congregat. quam refert Fagnanus, ubi dicitur, quod cum quidam Sacerdos Regius Capellanus vocatus ad Judicium coram Ordinario loci poſtulaſſet ſe remitti ad Capellanum majorem ſub prætextu exemptionis, de qua habetur in Concil. Trid. *cap.* 11, *ſeſſ.* 24, *de reformat.* Sac. Congreg. cenſuit *cap.* 4, *ſeſſ.* 6, & *cap.* 6, *ſeſſ.* 25, comprehendere Capellas Regias, etiamſi in privilegiis eſſet dictum, ut non poſſent viſitari ab Ordinariis, quia *cum dict. cap.* 6, *ſeſſ.* 25, deroget etiam fundationi, & immemorabili; cenſetur derogare iſtis privilegiis: Nec obſtant privilegia exemptionis conceſſa Regiis Capellanis *ſeſſ.* 24, *c.* 11, quia reſervatio exemptionis, de qua *in dict. ſeſſ.* 24, *c.* 11, procedit juxta terminos *cap. Cum Capella* 19, *de privil.* ſolum quoad ſuſpenſionem, vel excommunicationem, aut interdictum, non autem quoad viſitationem, & aliam juriſdictionem, & ibi aperte patet, & tenet Rota *dec.* 744, *part.* 1, *Diverſ. Covarruv. pratic. c.* 11, *n.* 5, Barboſa *in Concil. ſeſſ.* 7, *c.* 8, *num.* 26, Fagnan. *in dict. cap. Cum Capella n.* 7, & 10. Et de facto Tridentinum *dict. ſeſſ.* 24, *c.* 11, *de ref.* expreſſe præſervavit dictam Decretalem, ibi: *Et quoad Capellanos Regios juxta Conſtitutionem Innocentii III, quæ incipit, Cum Capella, ſubjecti exiſtant.* Nec huic Ordinariorum juriſdictioni (quod ſcilicet in locis, Capellis, & Eccleſiis, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, Epiſcopi poſſint viſitare, & recognoſcere decentiam Divini Cultus, & alia facere, & inquirere, quæ pertinent ad ſacra Myſteria) fuit in aliquo derogatum per Trident. *cap.* 8, *ſeſſ.* 22

„ nullius Epiſcopi diſciplina, & providentia gubernantur. Tales enim acephalos, ac ſine capite priſca Eccleſiæ conſuetudo nuncupavit .. Docendi igitur ſunt Sæculares viri, ut, ſi in Domibus ſuis Myſteria Divina jugiter exerceri debeant, ab his tamen tractentur, qui ab Epiſcopis examinati fuerint, & ab ordinatoribus ſuis commendati ſuis literis comitati probantur. “ Apud Harduinum Tom. V Concil. pag. 24.

§. VI. Ad hoſce Clericos, & Sacerdotes pertinet Canon 15 Concilii Arvernenſis anno 535 celebrati, ubi dicitur: „ Si quis ex Presbyteris aut Diaconis, qui neque in Civitate, neque in Parochiis CANONICUS eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in Oratoriis officio ſancto deſerviens celebrat divina Myſteria, feſtivitates præcipuas Domini Natale, Paſcha, Pentecoſten; & ſi quæ principales ſunt, nullatenus alibi, niſi cum Epiſcopo ſuo in Civitate teneat. “ Hic mentio fit Presbyterorum, Diaconorumque *Canonicorum*, & *Non-Canonicorum*. Illi dicebantur, qui ad Eccleſias Cathedrales, vel Parochiales alligati erant, atque Eccleſiaſtica ſtipendia merebant, hi vero qui Procerum Domibus mancipati erant, eorumque ſumptibus alebantur, cumque Eccleſiæ Canoni (*n*) ſeu albo adſcripti non eſſent; ideo in *Canonicorum* h. e. Eccleſiaſticorum numero minime ponebantur, verum tamquam Eccleſiæ abortus habebantur.

§. VII. Pontifices, & Concilia in id maxime incubuerunt, ut hæc Eccleſiæ monſtra, cum e medio tolli non poſſent, ſaltem quantum fieri poſſet, ea emendarentur. Itaque curarunt, ut hiſce Laicorum Sacellis

ſua

de reform. ut cenſuit *Sac. Congr. Conc. in Neapolitana* 12 *Decemb.* 1601, *lib.* 15 *dec. pag.* 423. In qua reſponſione pro inſtructione additur, quod protectio Regia ad effectum exemptionis contentæ in textu Concilii non acquiratur per ſimplicem receptionem in protectionem.

Hanc de re conſule Cataſ. de Capell. Reg. Cap. 4, ubi omnia privilegia Regiis Capellis conceſſa in medium profert.

(n) Canon antiquis ſcriptoribus denotabat *Eccleſiæ Matriculam* ſeu *album*; unde etiam clerici in hanc *matriculam* relati dicti ſunt *matricularii*, obſervante Antonio Matthæi *de nobil. lib. II, c.* 33, *p.* 537. Adhuc Sæculo X, quo nova *canonicorum* appellatio jam invaluerat, hoc nomen uſitatum fuit, uti docet ſcriptor ſæculi X, Gerardus *in Vita S. Uldarici Epiſcopi Auguſtani* apud Mabillonium *in Act. Benedict. ſæc. V, pag.* 426, ubi ita: *Curſus ſcilicet quotidianus. cum matriculariis in choro ejusdem matriculæ ab eo caute obſervabatur*. Inde etiam p. 428, *Eccleſiæ Matriculæ* mentionem facit. Præterea etiam canon *penſionem*, *ſtipendiumque* denotat, quod vel jus noſtrum Romanum docet *in l.* 1, *C. de indict. l. un. C. de collat. bon. l.* 3, *C. quæ res vend. non poſſ. Nov.* 128, §. 1. Conf. Samuel. Pitiſcus *in lexic. antiq. Rom. voc. canon.* Jacobus Gutherius *de offic. dom. Aug. lib. III, c.* 4, *p.* 541. Atque hi clerici erant *canonici*, qui *canoni eccleſiæ* inſcripti erant, ſtipendiis eccleſiæ militabant, & ſportulis eccleſiæ alebantur, cum, qui in oratoriis magnatum rem ſacram faciebant, non ſtipendiis eccleſiæ, ſed magnatum alerentur, atque inde *canonicorum* denominatione haud gauderent. Matthæi *cit. loc.* Cangius *in*

gloſ-

Digitized by Google

ſua dos conficeretur, ſui, proprii-que Presbyteri attribuerentur, alligarenturque, qui in Epiſcopi ditione, ac poteſtate manerent. Hinc Gregorius Magnus Epiſcopo Firmano negotium dedit, ut Sacellum, quod Nobilis quidam Vir in ſuo Caſtello ædificarat, atque idonea Dote inſtruxerat, religioſum faceret, ejuſque regimini *titularem* Presbyterum admoveret. „ Presbyterum quoque te „ illic conſtituere volumus CARDI- „ NALEM, ut quoties præfatus con- „ ditor fieri ſibi Miſſas voluerit, vel „ Fidelium concurſus exegerit, ni- „ hil ſit, quod ad Miſſarum Sacra „ exhibenda ſolemnia valeat impe- „ dire. " Lib. IX, Indict. 14, Ep. 18. Hinc Aurelianenſe Concilium IV, Can. 33, vetuit, ne amplius Sacræ ædes in Divitum fundis, ac poſſeſſionibus extrui ſinerentur, niſi bene dotatæ, ac bene nummatæ. „ Si quis „ in agro ſuo aut habet, aut poſtu- „ lat habere Eccleſiam, prius & ter- „ ras ei deputet ſufficientes, & Cle- „ ricos, qui ibidem ſua officia im- „ pleant, ut ſacratis locis reveren- „ tia tribuatur. " Inde plura Nobilium Oratoria caput extulerunt, & ad Parochialem dignitatem evecta fuerunt. Inde Patronatus. (*o*) jura ſua

gloſſar. voc. canonici, Thomaſſinus *P. I de vet. & nova Eccleſ. diſcipl. lib.* 3, *c.* 8, §. 4, Gerardus Du Bois in hiſtor. Pariſ, lib. VI, c. 1, §. 5.

(o) Docent Eruditi, nomen juris Patronatus eo ſenſu ſumptum, quo hodie & Canoniſtæ & Theologi illud ſumunt, multis ſæculis ignotum fuiſſe. Raymundum Decretalium collectorem, cujus ætate talia nomina ſub ea notione, quam hodie habent, invaluerant, primum ea inſeruiſſe Tit. Decretalium 38, quæque in prima canonum collectione nuſpiam apparent. Sed quamvis hæc ita ſint de nomine, rem tamen ipſam veteribus non fuiſſe plane incognitam, immo ex iis juribus, quæ olim Eccleſiarum fundatoribus titulo fundationis tribuebantur, facile colligi poſſe initium privilegiorum, quæ lapſu temporis Patronis titulo juris Patronatus ſunt conceſſa. Cujuſmodi autem hæc jura ſunt olim Eccleſiarum fundatoribus tributa? Ex S. Paulini, qui ſub initium ſæculi V floruit, Epiſtola 10, & 12, conſtat per illud tempus conceſſum fuiſſe, ut nomina, & elogia fundatorum in Eccleſiis ab ipſis ædificatis eſſent publice inſcripta. Quamquam etiam ante Paulini ætatem illud conceſſum conſtat, ut Eccleſiæ fundatæ a fundatoribus ſuis nomen mutuarentur. Unde Baſilica Conſtantiniana, titulus Damaſi, titulus Æquilii, titulus Eudoxiæ, Lucinæ, & Faſciolæ & aliorum tum maſculorum, tum fœminarum. Sed præterea jus nominationis, ſeu ut hodie dicimus, præſentationis, vel Sæculo IV, vel ſaltem ineunte ſæcul. V, delatum fuiſſe Epiſcopis, qui in alieno territorio Eccleſias fundaſſent, colligitur ex can. 16 Concilii Arauſani primi ann. 441, & ex Can. 39, Concil. Arelat. 3, ann. 452. Quod tunc temporis conceſſum erat Epiſcopis, eadem fortaſſe ſuadente ratione Laicis non fuerit denegatum; at certe Sæculo VI, ſub Juſtiniano Imperatore, Monaſteriorum Eccleſiarum aliorumque piorum locorum fundatoribus fuiſſe jus deſignandi presbyteros, & adminiſtratores, Epiſcopi tamen judicio ſemper probandos, manifeſtum eſt ex l. 46, c. de SS. Eccleſiis, atque ex aliis ejusdem Juſtiniani novellis, præſertim ex novella 57, c. 2. Immo nedum fundatoribus, ſed etiam eorum hæredibus idipſum fuiſſe permiſſum liquet ex novella 123, c. 58. Ratum tamen harum legum primis illis temporibus fuiſſe uſum in his noſtris regionibus,

ſua initia cœpere, atque incrementa. §. VIII. Atque utinam hic faſtus (p).

---

bus, & juris patronatus in beneficiorum collatione vix ulla reperiri veſtigia in Eccleſiis Italiæ VI, & VII Sæcul. aſſerit Natalis Alexander Hiſt. Eccl. Sæcul. VI, c. 6, art. 3, n. 8.

Eſt autem jus Patronatus jus præſentandi clericum inſtituendum ad Eccleſiam, vel beneficium vacans. Quæ præſentatio nobiliſſimam facit, ac præcipuam jurispatronatus partem, quamquam ipſum, & minora quædam jura comprehendat, uti ſunt jura alimentorum, ſepulturæ, ſedis, proceſſionis, thuris, & cetera, quæ honorifica appellantur. Qui his juribus fruitur, Patronus dicitur, ſive quod patrocinium Eccleſiæ præſtare debet, ſive quod olim dominus fuerit earum rerum, ex quibus Eccleſia ædificata eſt.

Jus patronatus vel eſt Eccleſiaſticum, vel Laicale, vel mixtum. Eccleſiaſticum eſt quod Eccleſia, vel Clericus habet titulo Eccleſiaſtico; laicale, quod ex bonis laicorum conſtitutum eſt, quodque ad aliquem pertinet laicali titulo; ex. gr. agnationis, hereditatis; mixtum, quod ex Eccleſiaſticis, & laicalibus bonis conflatum eſt, atque ita ad laicos, & Eccleſiam pertinet, ut non alternatim, ſed ſimul ab utriſque fiat præſentatio. Laicus ad præſentandum habet quatuor menſes, eccleſiaſticus menſes ſex, uterque a die cognitæ vacationis. Laicus, cui brevius conceditur temporis intervallum, quo præſentationem expediat, poteſtatem habet variandi, offerendique alium; Eccleſiaſticus ea facultate caret, quoniam in eligendo clerico, quem offerat, & laico peritior eſſe cenſetur, & longiori deliberatione accuratius ferre judicium debet.

Quæ variandi poteſtas, quam laicus habet, in eo eſt poſita, ut ipſe facta præſentatione alium ſimiliter idoneum clericum nominare poſſit *cumulative*, ut ajunt, non *privative*, hoc eſt alium adjungere illi, quem pridem nominaverat, non ut eum rejiciat *cap.* 5, & 24, *de jurepatr.* Tunc autem cum æque idonei ſunt clerici, *quis eorum alteri præferatur, judicio Epiſcopi relinquitur*, ut inquit Lucius III, *in cit. cap.* 24. Verum cum Eccleſiaſticum eſt juſpatronatus, in quo patronus variandi facultatem non habet, qui primo præſentatus eſt, modo ſit idoneus, inſtitui debet. Similiter ſi laicus Patronus clericum obtulit non idoneum, propter ſuam, quam habet, variandi facultatem, alium offerre poteſt, ſed Eccleſiaſticus, qui ſciens prudens id fecit, pro ea vice amittit jus præſentandi. Confer Benedictum XIV *de Synod. Diœceſ. lib.* 12, *cap.* 7, *num.* 6, & Giraldum *expoſit. jur. Pontific. par.* 1, *lib.* 3, *tit.* 38, *ſect.* 579, *tom.* 1, *pag.* 393.

Lapſo tempore, quod Eccleſiaſtico, aut laico Patrono conceſſum eſt, neque exacta præſentatione, tranſit ad Epiſcopum poteſtas conferendi beneficium ſuo arbitratu. Mixtum autem juſpatronatus naturam utriuſque ſequitur; ac ſemper illud ſibi vindicat, quod in altero fuerit optimum. Itaque eſt in eo tum variandi poteſtas, tum ſpatium ſex menſium ad faciendam præſentationem, quorum alterum laicalis, alterum Juriſpatronatus Eccleſiaſtici proprium eſt.

Eſt item juſpatronatus reale, quod inhæret rei, prædio ſcilicet, aut caſtro, & cum re defertur ad ejus poſſeſſorem, & perſonale, quod non rei eſt adjunctum, ſed certis adſcriptum perſonis, hoc eſt patrono, ejuſque heredibus, aut deſcendentibus. Denique juſpatronatus eſt hereditarium, quod ſimul cum hereditate ſiva legitima, ſive teſtamentaria ad heredes defertur, & agnatitium, ſive familiare, quod tranſit ad eos, qui ſunt ex familia, ſive agnatione, præterea mixtum ex utroque, quod etiam vocatur *ex pacto, & providentia*, quodque ad eos defertur, qui ſunt heredes ſimul, & ſucceſſores legitimi, adeout nemo illud ſibi aſſerere poſſit, niſi oſtendat, eſſe ſe hæredem, atque a teſtatore deſcendentem.

Ag-

Google

Acquiritur juſpatronatus per conſtructionem, ſi quis videlicet ære ſuo Eccleſiam ædificavit; per fundationem, ſi quis fundum ad Eccleſiam conſtruendam præbuit; per dotationem, ſi quis dotem dedit aptam, & idoneam, per quam conſultum ſit ſumptibus, quos Eccleſiæ conſervatio, & Miniſtri poſtulant. Qui hæc tria unus præſtitit, is unus quoque patronus efficitur; at cum alter Eccleſiam excitavit, alter fundum, & alter dotem dedit, omnes juſpatronatus conſequuntur, modo cum Epiſcopi conſenſu ædificata Eccleſia fuerit.

Atque hæc quidem quam ſequimur, communis opinio eſt, quod tribus hiſce modis, conſtructione ſcilicet, fundatione, dotatione acquiratur juſpatronatus, adeout ſi tres fuerint, quorum alter eccleſiam ære ſuo ædificaverit, alter fundum, alter dotem dederit, omnes juſpatronatus conſequantur. Quidam tamen ſunt, qui fundi donatione illud acquiri negant, ajentes, fundationem, quam canones memorant, eſſe conſtructionem, non fundi donationem, & aliquem eſſe vix poſſe, qui in alieno fundo eccleſiam ædificet. Quæ ſententia eſt Franciſci de Roye *ad tit. de jurepatr. cap. 13*, Van-Eſpenii *Jus Eccleſ. univerſ. part. 2, tit. 25, cap. 3, num. 6, & ſeq.* & aliorum quorumdam. Ego facile do, & concedo, interdum conſtructionem cum fundatione confundi, atque omnes ut plurimum in ſuo, non in alieno fundo eccleſiam ædificare. Sed ſi quis in alieno ædificet, cur non acquirere debet juſpatronatus, qui fundum dedit, ſine quo Eccleſia ædificari non poteſt? Neque certum eſt, quod canones, qui de fundatione loquuntur, omnes ad conſtructionem referendi ſint; immo vero *in can. 4, cauſ. 18, q. 2*, ſatis perſpicue jus præſentandi *poſſeſſionis* domino adſcribitur.

Non omnem tamen dotationem, aut conſtructionem ſatis eſſe ad acquirendum juſpatronatus perſpicue docet Synodus Tridentina *cit. ſeſſ. 25, cap. 9*, cum ſtatuit, ut *Patronatus quicumque . . . . acquiſiti a quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi ſeu ex augmento dotis, ſeu nova conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis, uti delegatis, ut ſupra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur, & quos non repererint ob maxime evidentem eccleſiæ, vel beneficii, ſeu dignitatis neceſſitatem legitime conſtitutos eſſe, in totum revocent*. Ita ſi qui Eccleſiæ non ſatis dotatæ incrementum dotis attribuit, bene is quidem de Eccleſia meritus habetur, ſed patronus non efficitur.

Ita illud Gloſſæ, *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus*, intelligendum eſſe oſtendit Fagnanus *in Cap. quoniam de jurepat. num. 49*. Ceterum illud eſt animadvertendum, quod qui tantum Eccleſiam ædificat, non acquirit juſpatronatus, niſi ea ſuam quoque dotem habeat. Neque enim ſine dote Eccleſia ædificanda eſt, quinimmo conſtituendam eſſe dotem, antequam illa ædificetur, tradit Fagnanus *loc. cit. num. 34*. Quare cum dicant Sacri Canones, fundatores, qui neceſſaria quæque dederunt, ſi plures hi ſint, omnes *in ſolidum* juſpatronatus obtinebunt; ſi unus cuncta præſtitit, is unus patronus habebitur. Et quamquam conjunctim ædificanda & dotanda ſit Eccleſia, tamen dotatio, quæ deinceps fiat cum Epiſcopi conſenſu, valet etiam ad acquirendum juſpatronatus. Fagnanus loc. cit. num. 48.

Sola fundatione, quæ ſecundum eccleſiaſticas regulas facta ſit, acquiri juſpatronatus, quamquam illud expreſſe reſervatum non fuerit, docet Gloſſa *in Can. 6, de conſecrat. diſt. 1*, idque late demonſtrat Franciſcus de Roye *in prolegom. ad tit. de jurepatr. cap. 15*. Quod non obſcure videtur ſignificare Clemens III, *in Cap. 25, de jurepatr.* cum rogatus num *aliquis efficiatur ſola eccleſiæ conſtructione patronus* reſpondit: quod ſi aliquis eccleſiam cum aſſenſu Diœceſani conſtruxit, ex eo juſpatronatus acquirit.

Hactenus de tribus modis acquirendi ab

initio, vel potius conſtituendi jus Patronatus, quos modos vulgus comprehendit hoc verſiculo.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Acquiritur juſpatronatus etiam per privilegium, quod Summus Pontifex (neque enim Prælati inferiores id poſſunt) elargitur alicui benemerito de Eccleſia, licet hic Eccleſiam neque fundaverit, neque ædificaverit, neque dotaverit. Atque olim quidem plura conceſſa ſunt iſtiuſmodi privilegia tam in Cathedralibus, quam in Collegiatis & Parochialibus Eccleſiis. Sed Concil. Trid. ſeſſ. 25, de reform. cap. 9, ſuſtulit ferme omnia, videlicet, exceptis iis, quæ ad Imperatorem, Reges, ſupremos Principes jus Imperii in ſuis ditionibus habentes, pertinent, vel etiam quæ in generalium ſtudiorum gratiam conceſſa fuerant. Ideo quidquid hodie eſt horum jurium patronatus, vel ex fundatione, ædificatione, dotatione provenit, vel ex Papali privilegio, at poſt Tridentini tempora conceſſo dimanat. 2 Acquiritur juſpatronatus per præſcriptionem, ſed aliter contra Eccleſiam liberam, aliter contra patronatum: Contra Eccleſiam liberam ex Decreto Trid. ſeſſ. 25, c. 9, acquiritur ex multiplicatis præſentationibus, (vel binæ præſentationes multiplicatæ præſentationes ſunt, quia pluralis locutio duorum numerorum continetur c. 40, de R. I. in 6.) per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, hoc eſt qui excedat 100 an. ut volunt nonnulli, vel a 100 an. non valde diſtet, ut aliis placet, niſi forte agatur de iis perſonis, viris ſcilicet Principibus, & potentibus, ſeu communitatibus, ſeu univerſitatibus, in quibus id jus plerumque ex uſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet. In iis enim, inquit Concilium, planior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur. At vero contra Eccleſiam non liberam, ſed patronatam, hoc eſt contra patronum ipſum fit præſcriptio ſervatis iiſdem regulis, quæ alias de jure Communi ſervari conſueverant: ſufficit proinde, ſi quidem adſit titulus, tempus 10 ann. inter præſentes, 20 inter abſentes. Si vero titulus deſit, tempus 30 ann. contra privatum, ſive Clericum, ſive Laicum, tempus ann. 40 contra monaſterium, vel alium locum pium. 3 Sed præter fundationem, verba ſunt Van-Eſpen p. 2, t. 25, n. 31, & dotationem, nec non præſcriptionem, eſt alius titulus, ſeu modus, quo primum ad Laicos, & deinde ad monaſteria & Capitula juſpatronatus ſatis frequenter tranſivit. Circa Sæculum 8, & 9, contigit, ut Principes non tantum bona Eccleſiæ uſurparent, ſed ipſa etiam monaſteria, quin & Parochiales Eccleſias, eaſque ſuis militibus darent in feudum, vel Alodem, eoque titulo omnes earum obventiones haberent. Hi laici primum quidem in iis Eccleſiis, quas tamquam proprias poſſidebant, earum ſe dominos appellantes, Presbyteros, aſſignatis modicis emolumentis propria auctoritate, & inconſulto Epiſcopo inſtituebant, ac deſtituebant. At cum id tamquam Eccleſiis admodum præjudicioſum in Synodis vetitum fuiſſet, cautumque, ut nullus abſque conſenſu Epiſcopi cuilibet Presbytero daret, vel auferret Eccleſiam, can. neminem 169, 7, ex Concil. Cabionenſi, cœperunt Laici presbyteros iis Eccleſiis præficientibus Epiſcopis præſentare; & ita juspatronatus habere in Eccleſiis, quas in beneficium ſeu Alodem acceperant.... ad hæc cum plures Laici Eccleſias, quas in feudum acceperant, in monaſteria, & capitula tranſtulerint, etiam ipſi Monachi, & Canonici Presbyteros iis Eccleſiis præficiendos præſentare cœperunt: atque hinc jus præſentandi, ſeu Patronatus Monaſteriorum, ſeu Capitulorum pro majore parte originem ſumpſit; quod ſcil. origine Laicale fuerit, poſtquam tamen in monaſteria, & capitula tranſiit, pro Eccleſiaſtico reputatur.

Transfertur juſpatronatus cum re, cui inhæret, ſi reale ſit, & transfertur etiam contractu, aut ſucceſſione. Contractus dona-

Digitized by Google

(p), atque æſtus Sacellorum ædificandorum juxta ſuas Ædes in Laicis noſtrorum temporum extinctus eſſet, aut ita excreviſſet, ut non ſolum de Sacris ædibus excitandis, ſed de iis etiam dotandis, ornandiſque, deque Clericorum numero augendo, ac divino cultu amplificando, exaggerando-

nationem reſpicit, ac permutationem, quoniam juspatronatus, niſi qua lex impedimento ſit, donari, permutarique poteſt. Donatio in privatum hominem collata indiget Epiſcopi auctoritate, collata in Eccleſiam, aut Monaſterium non indiget. Quod etiam dictum volo de permutatione, quæ ſimiliter cum privato homine abſoluta opus habet Epiſcopi auctoritate; atque hæc præterea rem aliam ſpiritualem, aut ſpirituali annexam deſiderat, ut recte perficiatur. Vendi tamen juspatronatus nequit niſi forte vendatur fundus, aut caſtrum, cui adhæret, quia tunc etiam juspatronatus in emptorem transfertur. Verum ex jurepatronatus, quod fundo adhæret, nulla pretii fieri debet acceſſio, quia tunc res ſpiritualis, vel ſpirituali annexa, quod fieri nequit, tacite venderetur.

Succeſſione transfertur juspatronatus ad heredes ſive legitimos, ſive teſtamentarios, & vero transfertur in ſolidum, quamquam hereditas inequaliter dividatur, quoniam juspatronatus dividi non poteſt. Quæ ſucceſſio defertur in ſtirpes, hoc eſt jure repræſentationis, & ideo pluribus patronis decedentibus, quorum alter duos heredes reliquerit, alter unum, duo illi heredes unum habebunt ſuffragium ad faciendam præſentationem, quoniam ambo unicum tantum patronum repræſentant.

Cum autem inter plures patronos, aut unius patroni heredes facile diſſidia, liteſque exoriantur, merito, ut hæc removeantur, conſtitutum eſt, eos recte poſſe inter ſe alternis vicibus dividere jus præſentandi. Quæ alterna diviſio niſi facta fuerit, quoties facienda erit præſentatio, omnes patroni ſuum habebunt ſuffragium, ſive vocem ad eam expediendam, & cum omnium voluntas conſentiens non fuerit, ille erit anteferendus, cui plura numero ſuffragia præſto ſunt, niſi quid forte obſtet, propter quod repulſam ferre debeat: cum autem paria erunt omnia, Epiſcopus gratificari cuivis poterit ſuo arbitratu.

Amittitur juspatronatus, ſi Eccleſia incendio conſumpta fuerit, vel motu terræ, vel vetuſtate, aut vitio ſuo corruerit, ſi patronus ſuo ſe jure abdicet, aut alteri concedat, vel Eccleſiam, nulla ſui juris facta reſervatione, collegiatam fieri patiatur, vel prædium vendat, cui juspatronatus adhæret; ſi in hæreſim inciderit, ſi Eccleſiæ Rectorem, aut Clericum vel per ſe, vel per alios occidere, ſeu mutilare auſus fuerit, vel jura eccleſiæ uſurpaverit, vel ſeparatim juspatronatus vendiderit; denique ſi præſcribi permiſerit.

(p) Depuis, che les grands ont cru qu'ils ſeroient dégradés, s'ils étoient confondus avec le peuple dans la maiſon de Dieu, que les exercices publics de religion leur ont paru trop incommodes, ils ont voulú avoir des autels preſque dans leur chambre, des Prêtres á leurs ordres, des prieres pour eux ſeuls; on diroit qu'ils ont renoncé á la communion des Saints, & l'on ſait de quelle maniere Dieu eſt honoré dans ces lieux profanes. Faut-il s'en prendre á l'égliſe & á ſes Paſteurs trop foibles? Souvent on leur force la main, & l'on ſe venge quand ils refuſent. L'irréligion déclareé porte peutêtre moins de préjudice au Chriſtianiſme qu'un maſque de piété contraire aux regles, aux loix, á la diſcipline de l'égliſe: vainement le Concile de Trente a voulu prévenir cet abus, ſeſſ. 22: il ſubſiſtera auſſi long-temps que l'orgueil, la molleſſe, l'indevotion des grands. Le peuple des campagnes fait ſoveut pluſieurs lieves de chemin dans la plus mauvaiſe ſaiſon pour ſatisfaire aux devoirs de religion;

doque præclare vellet mereri. Verum proh dolor! Ea oratoria (*q*) nobis paſſim exſurgunt, adeoque indotata, incompta, atque inornata, ut

gion, tel qui veut s'en aquiter ſans ſortir de chez lui, refuſeroit de contribuer a la conſtruction d'une ſuccurſale dans un village. Voyez l'Ancien Sacramentaire, premiere partie, p. 655, & 844.

(q) Clericatus Tom. I, Part. II, pag. 12. Oratoria illa dicuntur publica, quæ auctoritate Epiſcopi erecta, & quæ egreſſum, & ingreſſum habent per viam publicam. Hæc gaudent Eccleſiaſtica Immunitate. Marc. Ital. *de immunit. Eccleſ. cap.* 4, §. 4, & Farinaceus *eod. tract. n.* 267, & ſunt capacia pollutionis. Paſſerin. *de Pollut. Eccleſ. diſp.* 2, *cap.* 5, *n.* 4. Secus autem ſi ſint Oratoria privata, quamvis in eis de licentia Papæ celebretur Miſſa, Paſſerin. *ibid. d. n.* 4, & alios concordantes cumulat Diana *part.* 12, *tract.* 1, *reſol.* 81, quæ in coordinato eſt, *tom.* 4, *tract.* 8, *reſol.* 81, adeout luxurians in Oratorio privato non committat Sacrilegium, neque teneatur in confeſſione hanc loci circumſtantiam aperire, Pellizzar. *in Manuali Regular. tom.* 2, *tract.* 5, *cap.* 3 *num.* 44, Barboſ. *de jure Eccl. lib.* 2, *cap.* 8, *n.* 16, Pignatell. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *num.* 112, & Diana *coordin. d. tom.* 4, *tract.* 2, *reſol.* 63, deſumpta *ex part.* 9, *tract.* 1, *reſol.* 70.

Et quoniam, præcipuum requiſitum eſt Oratorii publici, ut ejus Oſtium ſit in publica via, ita ut quilibet fidelis poſſit ingredi in ipſum, non eſt levis controverſia, an in hujuſmodi publicis Oratoriis poſſit Epiſcopus permittere, ut præter oſtium in publica Via, habeant aliam januam, ex qua pateat ingreſſus in domum privatam, & per quam Patroni procedere poſſint in ipſum Oratorium? Et nonnullis viſum eſt reſpondendum, quod Epiſcopus dictam ſecundam januam non poſſit concedere; nam eatenus Summus Pontifex permittit Epiſcopis facultatem approbandi, & licentiam concedendi, ut in Oratoriis, & Capellis privatorum, poſſit Miſſa celebrari, quatenus ipſa Oratoria, ſeu Capellæ habeant oſtium, quod immediate reſpondeat in viam publicam, & nullum habeant aditum, vel proſpectum a loco privato, etiamſi in privato ſolo conſtructa ſint, & parietes non ſint cum ædibus privatorum communes, ut ex mente S. Congregationis notat Fagnan. *in cap. Auctoritate num.* 24, *de Cenſibus tom.* 5, *pag.* 287. Immo Nicolius *Lucubrat. Canon. lib.* 5, *tit.* 33, *ſub num.* 7, *limit.* 3, *pag.* 223, refert Brevis Pontificii declaratorii hæc verba, videlicet: *Ut ſi Capellæ hujuſmodi porta viæ publicæ adjaceat, & in ea nulla alia porta, quæ ad aliquam domum ducat, exiſtat; & quatenus exiſtat, illa claudatur: atque ita a privatis domibus ſeparata ſit, ut per eas ad eam acceſſus, aut proſpectus nemini pateat.* Quæ verba tranſcribit etiam Pignat. *tom.* 1, *conſult.* 93, *num.* 24, *in fine.* Et ideo Oratorium publicum non poſſe habere oſtium, per quod ingrediatur in domos privatas dicit Quartus *in Rubr. Miſſal. part.* 3, *tit.* 10, *ſect.* 1, *dub.* 3, *Verſ. Dico ſecundo.* Paſſerin. *de Pollut. Eccl. d. diſp.* 2. *cap.* 6, *num.* 3, *Verſ. Sic etiam.* Et Barboſa *de jure Eccleſiaſtico Univ. d. lib.* 1, *cap.* 11, *num.* 28, ubi legitur reſcriptum S. Congregationis ad Epiſcopum Conimbricen. *diei primæ Julii* 1616, in quo permittendam eſſe, ait, celebrationem Miſſæ in Oratorio prope ædes Andreæ Dalmeidæ Catholici Regis Senatoris extructo, *dummodo idem Oratorium, ſeu Capella, publico in loco ſita ſit, atque ita a privatis domibus ſeparata, ut per eas ad Capellam hujuſmodi ire minime poſſit; ad eamque liber acceſſus e via publica pateat.*

Nihilominus, quamvis in Oratorio publico ſit alia janua, ingreſſum præbens in domum privatam, poſſe permitti ab Epiſcopo celebrationem Miſſæ, ſi oſtium principale ſit in via publica, docent, Averſa *quæſt.* 11, *de Euchar. ſect.* 14, Hurtad.

part.

Digitized by Google

ut pietati exitio, Eccleſiæ dedecori, Religioni detrimento eſſe ſoleant.

IN-

part. 2 *reſol. Moral. tract.* 12, *cap.* 1, *num.* 2193, Bardi in quæſt. Select. *lib.* 4, *quæſt.* 10, §. 10, Quintanadven. *tom.* 1, *ſingul. tract.* 7, *ſingular.* 33, *n.* 9, Riccius *deciſ.* 78, *num.* 5, *part.* 4, Alphonſ. de Leone *de Offic. Capell. quæſt.* 3, *ſect.* 1, *in fin.* Paſqualig. *deciſ.* 173, Thomas Tambur. *de Sacrificio Miſſæ lib.* 1, *cap.* 4, *num.* 5, Jordan. Epiſcopus Tragurien. *tom.* 1, *lib.* 4, *tit.* 1, *n.* 161, & noviſſime Pignatellus *d. tom.* 1, *conſult.* 93, *num.* 27, *&* 28, ubi reddit rationem, quia ingreſſus privatus, remanente publico, non tollit formam Oratorii publici; nam id publicum dicitur, quod eſt omnium uſui deſtinatum, §. *fin. Inſtit. de rer. diviſ. l. Riparum ff. eod. l. Prætor ait*, §. *fin. Ne quid in loco publ.* Bart. *in l.* 1, *ff. de Publ. jud.* Alciat. *in l. littus*, *ff. de Verb. ſignif.* Et licet Patroni ejusdem Oratorii ingrediantur in ipſum per viam privatam, tamen eo utuntur tamquam publico, cum ſit uſui publico deſtinatum; ſubſiſtit enim forma publicitatis ob januam in via publica, & denominatio fit a forma l. *Cum ex aliqua*, *ff. de acq. rer. dom. leg. Quæritur*, *ff. de Statu hom. lib.* 1, *ff. de Verb. ſignific.* Neque via publica, aut flumen perdunt ſuam publicitatem, quamvis in illa pateat ingreſſus e domibus privatis.

Ad Auctoritates autem, & Decreta contraria reſpondet ipſe Pignatellus, eſſe intelligenda, quando ipſa Oratoria ita conjungerentur domibus privatis, ut janua progrediens ex iisdem noceret reverentiæ, quæ debetur loco ſacro, ſecus ſi ipſa janua daret ingreſſum in cortile, atrium, aut viridarium, ut paſſim ſervatur in omnibus publicis Oratoriis ædificatis per Nobiles Venetos in hac Diœceſi Patavina, quorum cum ingens ſit numerus, & omnia præter principalem januam in via publica, habeant oſtium laterale, præbens ingreſſum in cortilia, ſeu viridaria Patronorum, conſtituunt univerſalem conſuetudinem, quæ cum ſit interpretativa Decretorum Sacræ Congregationis, & litterarum Papalium, eſt admittenda, & attendenda. Rota *part.* 9, *reſ. deciſ.* 400, *&* *part.* 10, *deciſ.* 59, *num.* 13, Emin. Card. de Luca *de juriſd. diſc.* 42, *num.* 5, *& de beneficiis diſcurſ.* 27, *num.* 17, *Ac etiam de Parochis diſcurſ.* 14, *num.* 5, videtur enim prohibenda celebratio in prædictis Oratoriis tantummodo, quando janua eſſet immediate conjuncta loco indecenti domus privatæ, & offenderet decorem Oratorii, ſeu Eccleſiæ, ut ego reperi in hac Diœceſi Patavina, in viſitatione Eccleſiæ Parochialis Villæ Sclavoniæ, in cujus Sacriſtia erat oſtium introducens ſtatim in coquinam Parochi; quod, cum fungerer Viſitatoris munere pro Emin. Domino meo Cardinali Barbadico Epiſcopo Patavino, mandavi illico claudi muro. Cæterum ubi ſalva eſt reverentia loci ſacri, nihil refert, ſi ſit etiam Janua lateralis, præter oſtium in via publica; prout experientia docet in pluribus Eccleſiis etiam Parochialibus, non ſolum hujus Diœceſis, ſed etiam Urbis Patavinæ; videlicet S. Thomæ, S. Fermi, S. Cantiani, S. Lucæ, S. Julianæ, S. Danielis & conſimilibus, e quibus datur aditus ad domum Parochialem, vel immediate, vel mediante Sacriſtia. Et ab hac opinione non diſſentit Paſſerinus ex adverſo allegatus, *d. diſp.* 2, *cap.* 6, *num.* 3, in cujus fine admittit, quod Epiſcopus poſſit dare licentiam celebrandi in publico Oratorio, quamvis præter Januam publicam habeat etiam aliud

oſtium ad privatum ingreſſum; & citat DD. quibus adſtipulantur alii apud Dianam *part.* 9, *tract. reſol.* 21, quæ in Coordinato eſt *tom.* 4, *tract.* 2, *reſol.* 24, & ibi Nald. Homobon, & Lezana.

Porro non eſt ſilentio involvendum, quod in hujuſmodi publicis Oratoriis approbandis poteſt Epiſcopus leges præſcribere circa modum, perſonas, & tempus celebrandi Miſſam in ipſis, & præcipue quod feſtivis diebus non celebretur ante Miſſam Parochialem, ut habetur in Synodo Barberina de anno 1685.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX

QUÆSTIONUM.

QU. I.

Quid tibi vis cum Parochiam, Parochialemque Eccleſiam dicis? Pag. 1

QU. II.

Quot ſunt Parochiarum genera? 5

QU. III.

Quænam ſunt Parochorum Officia, & jura?
Divini Verbi prædicatio eſt ne Parochorum munus? 6

QU. IV.

Sacramentorum adminiſtratio cujum munus ac jus? 14

QU. V.

Solemnis divinorum officiorum celebratio cujum jus, ac munus?
Num Parochorum? 17

QU. VI.

Tenentur ne Parochi feſtis diebus Sacrificium offerre pro Populo? 30

QU. VII.

Quas pœnas decernis Parochis non recitantibus Horas Canonicas? 37

QU. VIII.

Ulla ne in Parochis reſidet cenſurarum infligendarum poteſtas? 44

QU. IX.

Ullum ne Parochis in Conciliis ſubſellii, ſuffragiique jus? 49

QU. X.

Agunt ne pro jure ſuo Parochi, cum ex agris Paræciæ ſuæ Decumas exigunt? 55

QU. XI.

Quid habes de juribus Stolæ?
Quibus debentur? 61

QU. XII.

Stolæ emolumenta pretii ne, an eleemoſynæ, an ſtipendii nomine donanda? 70

QU. XIII.

Cedo originem ejus oblationis, quæ fit Sacerdoti Baptiſmi Sacramentum adminiſtranti. 73

QU. XIV.

Quando nam cœpta eſt oblatio, quæ fit a puer-

„ nullius Epiſcopi diſciplina, & providentia gubernantur. Tales enim acephalos, ac ſine capite priſca Eccleſiæ conſuetudo nuncupavit. Docendi igitur ſunt Sæculares viri, ut, ſi in Domibus ſuis Myſteria Divina jugiter exerceri debeant, ab his tamen tractentur, qui ab Epiſcopis examinati fuerint, & ab ordinatoribus ſuis commendati ſuis literis comitati probantur. “ Apud Harduinum Tom. V Concil. pag. 24.

§. VI. Ad hoſce Clericos, & Sacerdotes pertinet Canon 15 Concilii Arvernenſis anno 535 celebrati, ubi dicitur: „ Si quis ex Presbyteris aut Diaconis, qui neque in Civitate, neque in Parochiis CANONICUS eſſe dignoſcitur, ſed in villulis habitans, in Oratoriis officio ſancto deſerviens celebrat divina Myſteria, feſtivitates præcipuas Domini Natale, Paſcha, Pentecoſten; & ſi quæ principales ſunt, nullatenus alibi, niſi cum Epiſcopo ſuo in Civitate teneat. “ Hic mentio fit Presbyterorum, Diaconorumque *Canonicorum*, & *Non-Canonicorum*. Illi dicebantur, qui ad Eccleſias Cathedrales, vel Parochiales alligati erant, atque Eccleſiaſtica ſtipendia merebant, hi vero qui Procerum Domibus mancipati erant, eorumque ſumptibus alebantur, cumque Eccleſiæ Canoni (*n*) ſeu albo adſcripti non eſſent, ideo in *Canonicorum* h. e. Eccleſiaſticorum numero minime ponebantur, verum tamquam Eccleſiæ abortus habebantur.

§. VII. Pontifices, & Concilia in id maxime incubuerunt, ut hæc Eccleſiæ monſtra, cum e medio tolli non poſſent, ſaltem quantum fieri poſſet, ea emendarentur. Itaque curarunt, ut hiſce Laicorum Sacellis

ſua

---

de reform. ut cenſuit *Sac. Congr. Conc. in Neapolitana 12 Decemb. 1601, lib. 15 dec. pag.* 423. In qua reſponſione pro inſtructione additur, quod protectio Regia ad effectum exemptionis contentæ in textu Concilii non acquiratur per ſimplicem receptionem in protectionem.

Hanc de re conſule Caraf. de Capell. Reg. Cap. 4, ubi omnia privilegia Regiis Capellis conceſſa in medium profert.

(*n*) Canon antiquis ſcriptoribus denotabat *Eccleſiæ Matriculam* ſeu *album*; unde etiam clerici in hanc *matriculam* relati dicti ſunt *matricularii*, obſervante Antonio Matthæi *de nobil. lib. II, c. 33, p.* 537. Adhuc Sæculo X, quo nova *canonicorum* appellatio jam invaluerat, hoc nomen uſitatum fuit, uti docet ſcriptor ſæculi X, Gerardus *in Vita S. Uldarici Epiſcopi Auguſtani* apud Mabillonium *in Act. Benedict. ſæc. V, pag.* 426, ubi ita: *Curſus ſcilicet quotidianus cum matriculariis in choro ejusdem matriculæ ab eo caute obſervabatur*. Inde etiam p. 428, *Eccleſiæ Matriculæ* mentionem facit. Præterea etiam canon *penſionem*, *ſtipendiumque* denotat, quod vel jus noſtrum Romanum docet *in l.* 1, *C. de indict. l. un. C. de collat. bon. l.* 3, *C: quæ res vend. non poſſ. Nov.* 128, §. 1. Conf. Samuel Pitiſcus *in lexic. antiq. Rom. voc. canon.* Jacobus Gutherius *de offic. dom. Aug. lib. III, c.* 4, *p.* 541. Atque hi clerici erant *canonici*, qui *canoni eccleſiæ* inſcripti erant, ſtipendiis eccleſiæ militabant, & ſportulis eccleſiæ alebantur; cum, qui in oratoriis magnatum rem ſacram faciebant, non ſtipendiis eccleſiæ, ſed magnatum alerentur, atque inde *canonicorum* denominatione haud gauderent. Matthæi *cit. loc.* Cangius *in*

gloſ-

Digitized by Google

ſua dos conficeretur, ſui, proprii-que Presbyteri attribuerentur, alligarenturque, qui in Epiſcopi ditione, ac poteſtate manerent. Hinc Gregorius Magnus Epiſcopo Firmano negotium dedit, ut Sacellum, quod Nobilis quidam Vir in ſuo Caſtello ædificarat, atque idonea Dote inſtruxerat, religioſum faceret, ejusque regimini *titularem* Presbyterum admoveret. „ Presbyterum quoque te „ illic conſtituere volumus CARDI- „ NALEM, ut quoties præfatus con- „ ditor fieri ſibi Miſſas voluerit, vel „ Fidelium concurſus exegerit, ni- „ hil ſit, quod ad Miſſarum Sacra „ exhibenda ſolemnia valeat impe- „ dire. " Lib. IX, Indict. 14, Ep. 18. Hinc Aurelianenſe Concilium IV, Can. 33, vetuit, ne amplius Sacræ ædes in Divitum fundis, ac poſſeſſionibus extrui ſinerentur, niſi bene dotatæ, ac bene nummatæ. „ Si quis „ in agro ſuo aut habet, aut poſtu- „ lat habere Eccleſiam, prius & ter- „ ras ei deputet ſufficientes, & Cle- „ ricos, qui ibidem ſua officia im- „ pleant, ut ſacratis locis reveren- „ tia tribuatur. " Inde plura Nobilium Oratoria caput extulerunt, & ad Parochialem dignitatem evecta fuerunt. Inde Patronatus (o) jura ſua

glòſſar. voc. canonici, Thomaſſinus *P. I de vet. & nova Eccleſ. diſcipl. lib.* 3, *c.* 8, §. 4, Gerardus Du Bois in hiſtor. Pariſ, lib. VI, c. 1, §. 5.

(o) Docent Eruditi, nomen juris Patronatus eo ſenſu ſumprum, quo hodie & Canoniſtæ & Theologi illud ſumunt, multis ſæculis ignotum fuiſſe. Raymundum Decretalium collectorem, cujus ætate talia nomina ſub ea notione, quam hodie habent, invaluerant, primum ea inſeruiſſe Tit. Decretalium 38, quæque in prima canonum collectione nuſpiam apparent. Sed quamvis hæc ita ſint de nomine, rem tamen ipſam veteribus non fuiſſe plane incognitam, immo ex iis juribus, quæ olim Eccleſiarum fundatoribus titulo fundationis tribuebantur, facile colligi poſſe initium privilegiorum, quæ lapſu temporis Patronis titulo juris Patronatus ſunt conceſſa. Cujuſmodi autem hæc jura ſunt olim Eccleſiarum fundatoribus tribura? Ex S. Paulini, qui ſub initium ſæculi V floruit, Epiſtola 10, & 12, conſtat per illud tempus conceſſum fuiſſe, ut nomina, & elogia fundatorum in Eccleſiis ab ipſis ædificatis eſſent publice inſcripta. Quamquam etiam ante Paulini ætatem illud conceſſum conſtat, ut Eccleſiæ fundatæ a fundatoribus ſuis nomen mutuarentur. Unde Baſilica Conſtantiniana, titulus Damaſi, titulus Æquilii, titulus Eudoxiæ, Lucinæ, & Faſciolæ & aliorum tum maſculorum, tum fœminarum. Sed præterea jus nominationis, ſeu ut hodie dicimus, præſentationis, vel Sæculo IV, vel ſaltem ineunte ſæcul. V, delatum fuiſſe Epiſcopis, qui in alieno territorio Eccleſias fundaſſent, colligitur ex can. 16 Concilii Araguſani primi ann. 441, & ex Can. 39, Concil. Arelat. 3, ann. 452. Quod tunc temporis conceſſum erat Epiſcopis, eadem fortaſſe ſuadente ratione Laicis non fuerit denegatum; at certe Sæculo VI, ſub Juſtiniano Imperatore, Monaſteriorum Eccleſiarum aliorumque piorum locorum fundatoribus fuiſſe jus deſignandi presbyteros, & adminiſtratores, Epiſcopi tamen judicio ſemper probandos, manifeſtum eſt ex l. 46, c. de SS. Eccleſiis, atque ex aliis ejusdem Juſtiniani novellis, præſertim ex novella 57, c. 2. Immo nedum fundatoribus, ſed etiam eorum hæredibus idipſum fuiſſe permiſſum liquet ex novella 123, c. 58. Rarum tamen harum legum primis illis temporibus fuiſſe uſum in his noſtris regionibus,

ſua initia cœpere, atque incrementa. §. VIII. Atque utinam hic faſtus (*p*).

---

bus, & juris patronatus in beneficiorum collatione vix ulla reperiri veſtigia in Eccleſiis Italiæ VI, & VII Sæcul. aſſerit Natalis Alexander Hiſt. Eccl. Sæcul. VI, c. 6, art. 3, n. 8.

Eſt autem jus Patronatus jus præſentandi clericum inſtituendum ad Eccleſiam, vel beneficium vacans. Quæ præſentatio nobiliſſimam facit, ac præcipuam jurispatronatus partem, quamquam ipſum, & minora quædam jura comprehendat, uti ſunt jura alimentorum, ſepulturæ, ſedis, proceſſionis, thuris, & cetera, quæ honorifica appellantur. Qui his juribus fruitur, Patronus dicitur, ſive quod patrocinium Eccleſiæ præſtare debet, ſive quod olim dominus fuerit earum rerum, ex quibus Eccleſia ædificata eſt.

Jus patronatus vel eſt Eccleſiaſticum, vel Laicale, vel mixtum. Eccleſiaſticum eſt quod Eccleſia, vel Clericus habet titulo Eccleſiaſtico; laicale, quod ex bonis laicorum conſtitutum eſt, quodque ad aliquem pertinet laicali titulo; ex. gr. agnationis, hereditatis; mixtum, quod ex Eccleſiaſticis, & laicalibus bonis conflatum eſt, atque ita ad laicos, & Eccleſiam pertinet, ut non alternatim, ſed ſimul ab utriſque fiat præſentatio. Laicus ad præſentandum habet quatuor menſes, eccleſiaſticus menſes ſex, uterque a die cognitæ vacationis. Laicus, cui brevius conceditur temporis intervallum, quo præſentationem expediat, poteſtatem habet variandi, offerendique alium; Eccleſiaſticus ea facultate caret, quoniam in eligendo clerico, quem offerat, & laico peritior eſſe cenſetur, & longiori deliberatione accuratius ferre judicium debet.

Quæ variandi poteſtas, quam laicus habet, in eo eſt poſita, ut ipſe facta præſentatione alium ſimiliter idoneum clericum nominare poſſit *cumulative*, ut ajunt, non *privative*, hoc eſt alium adjungere illi, quem pridem nominaverat, non ut eum rejiciat *cap.* 5, *&* 24, *de jurepatr.* Tunc autem cum æque idonei ſunt clerici, *quis eorum alteri præferatur, judicio Epiſcopi* relinquitur, ut inquit Lucius III, *in cit. cap.* 24. Verum cum Eccleſiaſticum eſt juſpatronatus, in quo patronus variandi facultatem non habet, qui primo præſentatus eſt, modo ſit idoneus, inſtitui debet. Similiter ſi laicus Patronus clericum obtulit non idoneum, propter ſuam, quam habet, variandi facultatem, alium offerre poteſt, ſed Eccleſiaſticus, qui ſciens prudens id fecit, pro ea vice amittit jus præſentandi. Confer Benedictum XIV *de Synod. Diœceſ. lib.* 12, *cap.* 7, *num.* 6, & Giraldum *expoſit. jur. Pontific. par.* 1, *lib.* 3, *tit.* 38, *ſect.* 579, *tom.* 1, *pag.* 393.

Lapſo tempore, quod Eccleſiaſtico, aut laico Patrono conceſſum eſt, neque exacta præſentatione, tranſit ad Epiſcopum poteſtas conferendi beneficium ſuo arbitratu. Mixtum autem juſpatronatus naturam utriuſque ſequitur; ac ſemper illud ſibi vindicat, quod in altero fuerit optimum. Itaque eſt in eo tum variandi poteſtas, tum ſpatium ſex menſium ad faciendam præſentationem, quorum alterum laicalis, alterum Juriſpatronatus Eccleſiaſtici proprium eſt.

Eſt item juſpatronatus reale, quod inhæret rei, prædio ſcilicet, aut caſtro, & cum re defertur ad ejus poſſeſſorem, & perſonale, quod non rei eſt adjunctum, ſed certis adſcriptum perſonis, hoc eſt patrono, ejuſque heredibus, aut deſcendentibus. Denique juſpatronatus eſt hereditarium, quod ſimul cum hereditate ſive legitima, ſive teſtamentaria ad heredes defertur, & agnatitium, ſive familiare, quod tranſit ad eos, qui ſunt ex familia, ſive agnatione, præterea mixtum ex utroque, quod etiam vocatur *ex pacto, &* providentia, quodque ad eos defertur, qui ſunt heredes ſimul, & ſucceſſores legitimi, adeout nemo illud ſibi aſſerere poſſit, niſi oſtendat, eſſe ſe hæredem, atque a teſtatore deſcendentem.

Ag-

Acquiritur juſpatronatus per conſtructionem, ſi quis videlicet ære ſuo Eccleſiam ædificavit; per fundationem, ſi quis fundum ad Eccleſiam conſtruendam præbuit; per dotationem, ſi quis dotem dedit aptam, & idoneam, per quam conſultum ſit ſumptibus, quos Eccleſiæ conſervatio, & Miniſtri poſtulant. Qui hæc tria unus præſtitit, is unus quoque patronus efficitur; at cum alter Eccleſiam excitavit, alter fundum, & alter dotem dedit, omnes juſpatronatus conſequuntur, modo cum Epiſcopi conſenſu ædificata Eccleſia fuerit.

Atque hæc quidem quam ſequimur, communis opinio eſt, quod tribus hiſce modis, conſtructione ſcilicet, fundatione, dotatione acquiratur juſpatronatus, adeout ſi tres fuerint, quorum alter eccleſiam ære ſuo ædificaverit, alter fundum, alter dotem dederit, omnes juſpatronatus conſequantur. Quidam tamen ſunt, qui fundi donatione illud acquiri negant, ajentes, fundationem, quam canones memorant, eſſe conſtructionem, non fundi donationem, & aliquem eſſe vix poſſe, qui in alieno fundo eccleſiam ædificet. Quæ ſententia eſt Franciſci de Roye *ad tit. de jurepatr. cap.* 13, Van-Eſpenii *Jus Eccleſ. univerſ. part.* 2, *tit.* 25, *cap.* 3, *num.* 6, *& ſeq.* & aliorum quorumdam. Ego facile do, & concedo, interdum conſtructionem cum fundatione confundi, atque omnes ut plurimum in ſuo, non in alieno fundo eccleſiam ædificare. Sed ſi quis in alieno ædificet, cur non acquirere debet juſpatronatus, qui fundum dedit, ſine quo Eccleſia ædificari non poteſt? Neque certum eſt, quod canones, qui de fundatione loquuntur, omnes ad conſtructionem referendi ſint; immo vero *in can.* 4, *cauſ.* 18, *q.* 2, ſatis perſpicue jus præſentandi *poſſeſſionis* domino adſcribitur.

Non omnem tamen dotationem, aut conſtructionem ſatis eſſe ad acquirendum juſpatronatus perſpicue docet Synodus Tridentina *cit. ſeſſ.* 25, *cap.* 9, cum ſtatuit, ut *Patronatus quicumque . . . . acquiſiti a quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi ſeu ex augmento dotis, ſeu nova conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis, uti delegatis, ut ſupra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur, & quos non repererint ob maxime evidentem eccleſiæ, vel beneficii, ſeu dignitatis neceſſitatem legitime conſtitutos eſſe, in totum revocent.* Ita ſi qui Eccleſiæ non ſatis dotatæ incrementum dotis attribuit, bene is quidem de Eccleſia meritus habetur, ſed patronus non efficitur.

Ita illud Gloſſæ, *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus*, intelligendum eſſe oſtendit Fagnanus *in Cap. quoniam de jurepat. num.* 49. Ceterum illud eſt animadvertendum, quod qui tantum Eccleſiam ædificat, non acquirit juſpatronatus, niſi ea ſuam quoque dotem habeat. Neque enim ſine dote Eccleſia ædificanda eſt, quinimmo conſtituendam eſſe dotem, antequam illa ædificetur, tradit Fagnanus *loc. cit. num.* 34. Quare cum dicant Sacri Canones, fundatores, qui neceſſaria quæque dederunt, ſi plures hi ſint, omnes *in ſolidum* juſpatronatus obtinebunt; ſi unus cuncta præſtitit, is unus patronus habebitur. Et quamquam conjunctim ædificanda & dotanda ſit Eccleſia, tamen dotatio, quæ deinceps fiat cum Epiſcopi conſenſu, valet etiam ad acquirendum juſpatronatus. Fagnanus loc. cit. num. 48.

Sola fundatione, quæ ſecundum eccleſiaſticas regulas facta ſit, acquiri juſpatronatus, quamquam illud expreſſe reſervatum non fuerit, docet Gloſſa *in Can.* 6, *de conſecrat. diſt.* 1, idque late demonſtrat Franciſcus de Roye *in prolegom. ad tit. de jurepatr. cap.* 15. Quod non obſcure videtur ſignificare Clemens III, *in Cap.* 25, *de jurepatr.* cum rogatus num *aliquis efficiatur ſola eccleſiæ conſtructione patronus* reſpondit: quod ſi aliquis eccleſiam cum aſſenſu Diœceſani conſtruxit, ex eo juſpatronatus acquirit.

Hactenus de tribus modis acquirendi ab

Digitized by Google

inſtio, vel potius conſtituendi jus Patronatus, quos modos vulgus comprehendit hoc verſiculo.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Acquiritur juſpatronatus etiam per privilegium, quod Summus Pontifex (neque enim Prælati inferiores id poſſunt) elargitur alicui benemerito de Eccleſia, licet hic Eccleſiam neque fundaverit, neque ædificaverit, neque dotaverit. Atque olim quidem plura conceſſa ſunt iſtiuſmodi privilegia tam in Cathedralibus, quam in Collegiatis & Parochialibus Eccleſiis. Sed Concil. Trid. ſeſſ. 25, de reform. cap. 9, ſuſtulit ferme omnia, videlicet, exceptis iis, quæ ad Imperatorem, Reges, ſupremos Principes jus Imperii in ſuis ditionibus habentes, pertinent, vel etiam quæ in generalium ſtudiorum gratiam conceſſa fuerant. Ideo quidquid hodie eſt horum jurium patronatus, vel ex fundatione, ædificatione, dotatione provenit, vel ex Papali privilegio, at poſt Tridentini tempora conceſſo dimanat. 2 Acquiritur juſpatronatus per præſcriptionem, ſed aliter contra Eccleſiam liberam, aliter contra patronatum: Contra Eccleſiam liberam ex Decreto Trid. ſeſſ. 25, c. 9, acquiritur ex multiplicatis præſentationibus, (vel binæ præſentationes multiplicatæ præſentationes ſunt, quia pluralis locutio duorum numerorum continetur c. 40, de R. I. in 6.) per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, hoc eſt qui excedat 100 an. ut volunt nonnulli, vel a 100 an. non valde diſtet, ut aliis placet, niſi forte agatur de iis perſonis, viris ſcilicet Principibus, & potentibus, ſeu communitatibus, ſeu univerſitatibus, in quibus id jus plerumque ex uſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet. In iis enim, inquit Concilium, planior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur. At vero contra Eccleſiam non liberam, ſed patronatam, hoc eſt contra patronum ipſum fit præſcriptio ſervatis iiſdem regulis, quæ alias de jure Communi ſervari conſueverant: ſufficit proinde, ſi quidem adſit titulus, tempus 10 ann. inter præſentes, 20 inter abſentes. Si vero titulus deſit, tempus 30 ann. contra privatum, ſive Clericum, ſive Laicum, tempus ann. 40 contra monaſterium, vel alium locum pium. 3 Sed præter fundationem, verba ſunt Van-Eſpen p. 2, t. 25, n. 31, & dotationem, nec non præſcriptionem, eſt alius titulus, ſeu modus, quo primum ad Laicos, & deinde ad monaſteria & Capitula juſpatronatus ſatis frequenter tranſivit. Circa Sæculum 8, & 9, contigit, ut Principes non tantum bona Eccleſiæ uſurparent, ſed ipſa etiam monaſteria, quin & Parochiales Eccleſias, eaſque ſuis militibus darent in feudum, vel Alodem, eoque titulo omnes earum obventiones haberent. Hi laici primum quidem in iis Eccleſiis, quas tamquam proprias poſſidebant, earum ſe dominos appellantes, Presbyteros, aſſignatis modicis emolumentis propria auctoritate, & inconſulto Epiſcopo inſtituebant, ac deſtituebant. At cum id tamquam Eccleſiis admodum præjudicioſum in Synodis vetitum fuiſſet, cautumque, ut nullus abſque conſenſu Epiſcopi cuilibet Presbytero daret, vel auferret Eccleſiam, can. neminem 169, 7, ex Concil. Cabionenſi, cœperunt Laici presbyteros iis Eccleſiis præficientibus Epiſcopis præſentare; & ita juspatronatus habere in Eccleſiis, quas in beneficium ſeu Alodem acceperant. . . ad hæc cum plures Laici Eccleſias, quas in feudum acceperant, in monaſteria, & capitula tranſtulerint, etiam ipſi Monachi, & Canonici Presbyteros iis Eccleſiis præficiendos præſentare cœperunt: atque hinc jus præſentandi, ſeu Patronatus Monaſteriorum, ſeu Capitulorum pro majore parte originem ſumpſit; quod ſcil. origine Laicale fuerit, poſtquam tamen in monaſteria, & capitula tranſiit, pro Eccleſiaſtico reputatur.

Transfertur juſpatronatus cum re, cui inhæret, ſi reale ſit, & transfertur etiam contractu, aut ſucceſſione. Contractus dona-

(p), atque æſtus Sacellorum ædificandorum juxta ſuas Ædes in Laicis noſtrorum temporum extinctus eſſet, aut ita excreviſſet, ut non ſolum de Sacris ædibus excitandis, ſed de iis etiam dotandis, ornandiſque, deque Clericorum numero augendo, ac divino cultu amplificando, exaggerando-

nationem reſpicit, ac permutationem, quoniam juspatronatus, niſi qua lex impedimento ſit, donari, permutarique poteſt. Donatio in privatum hominem collata indiget Epiſcopi auctoritate, collata in Eccleſiam, aut Monaſterium non indiget. Quod etiam dictum volo de permutatione, quæ ſimilitet cum privato homine abſoluta opus habet Epiſcopi auctoritate; atque hæc præterea rem aliam ſpiritualem, aut ſpirituali annexam deſiderat, ut recte perficiatur. Vendi tamen juspatronatus nequir niſi forte vendatur fundus, aut caſtrum, cui adhæret, quia tunc etiam juspatronatus in emptorem transfertur. Verum ex jurepatronatus, quod fundo adhæret, nulla pretii fieri debet acceſſio, quia tunc res ſpiritualis, vel ſpirituali annexa, quod fieri nequit, tacite venderetur.

Succeſſione transfertur juspatronatus ad heredes ſive legitimos, ſive teſtamentarios, & vero transfertur in ſolidum, quamquam hereditas inequaliter dividatur, quoniam juspatronatus dividi non poteſt. Quæ ſucceſſio defertur in ſtirpes, hoc eſt jure repræſentationis, & ideo pluribus patronis decedentibus, quorum alter duos heredes reliquerit, alter unum, duo illi heredes unum habebunt ſuffragium ad faciendam præſentationem, quoniam ambo unicum tantum patronum repræſentant.

Cum autem inter plures patronos, aut unius patroni heredes facile diſſidia, liteſque exoriantur, merito, ut hæc removeantur, conſtitutum eſt, eos recte poſſe inter ſe alternis vicibus dividere jus præſentandi. Quæ alterna diviſio niſi facta fuerit, quoties facienda erit præſentatio, omnes patroni ſuum habebunt ſuffragium, ſive vocem ad eam expediendam, & cum omnium voluntas conſentiens non fuerit, ille erit anteferendus, cui plura numero ſuffragia præſto ſunt, niſi quid ſorte obſtet, propter quod repulſam ferre debeat: cum autem paria erunt omnia, Epiſcopus gratificari cuivis poterit ſuo arbitratu.

Amittitur juspatronatus, ſi Eccleſia incendio conſumpta fuerit, vel motu terræ, vel vetuſtate, aut vitio ſuo corruerit, ſi patronus ſuo ſe jure abdicet, aut alteri concedat, vel Eccleſiam, nulla ſui juris facta reſervatione, collegiatam fieri patiatur, vel prædium vendat, cui juspatronatus adhæret; ſi in hæreſim inciderit, ſi Eccleſiæ Rectorem, aut Clericum vel per ſe, vel per alios occidere, ſeu mutilare auſus fuerit, vel jura eccleſiæ uſurpaverit, vel ſeparatim juspatronatus vendiderit; denique ſi præſcribi permiſerit.

(p) Depuis, che les grands ont cru qu'ils ſeroient dégradès, s'ils étoient confondus avec le peuple dans la maiſon de Dieu, que les exercices publics de religion leur ont paru trop incommodes, ils ont voulú avoir des autels preſque dans leur chambre, des Prêtres á leurs ordres, des prieres pour eux ſeuls; on diroit qu' ils ont renoncé á la communion des Saints, & l'on ſait de quelle maniere Dieu eſt honoré dans ces lieux profanes. Faut-il s'en prendre á l'égliſe & á ſes Paſteurs trop foibles? Souvent on leur force la main, & l'on ſe venge quand ils refuſent. L'irréligion déclareé porte peutêtre moins de préjudice au Chriſtianiſme qu'un maſque de piété contraire aux regles, aux loix, á la diſcipline de l'égliſe: vainement le Concile de Trente a voulu prévenir cet abus, ſeſſ. 22: il ſubſiſtera auſſi long-temps que l'orgueil, la molleſſe, l'indevotion des grands. Le peuple des campagnes fait ſoveut pluſieurs lieves de chemin dans la plus mauvaiſe faiſon pour ſatisfaire aux devoirs de religion;

doque præclare vellet mereri, Verum proh dolor! Ea oratoria (q) nobis paſſim exſurgunt, adeoque indotata, incompta, atque inornata, ut

gion; tel qui veut s'en aquiter ſans ſortir de chez lui, refuſeroit de contribuer à la conſtruction d'une ſuccurſale dans un village. Voyez l'Ancien Sacramentaire, premiere partie, p. 655, & 844.

(q) Clericatus Tom. I, Part. II, pag. 12. Oratoria illa dicuntur publica, quæ auctoritate Epiſcopi erecta, & quæ egreſſum, & ingreſſum habent per viam publicam. Hæc gaudent Eccleſiaſtica Immunitate. Marc. Ital. *de immunit. Eccleſ. cap.* 4, §. 4, & Farinaceus *eod. tract. n.* 267, & ſunt capacia pollutionis. Paſſerin. *de Pollut. Eccleſ. diſp.* 2, *cap.* 5, *n.* 4. Secus autem ſi ſint Oratoria privata, quamvis in eis de licentia Papæ celebretur Miſſa, Paſſerin. *ibid. d. n.* 4, & alios concordantes cumulat Diana *part.* 12, *tract.* 1, *reſol.* 81, quæ in coordinato eſt, *tom.* 4, *tract.* 8, *reſol.* 81, adeout luxurians in Oratorio privato non committat Sacrilegium, neque teneatur in confeſſione hanc loci circumſtantiam aperire. Pellizzar. *in Manuali Regular. tom.* 2, *tract.* 5, *cap.* 3 *num.* 44, Barboſ. *de jure Eccl. lib.* 2, *cap.* 8, *n.* 16, Pignatell. *d. tom.* 6, *conſult.* 98, *num.* 112, & Diana *coordin. d. tom.* 4, *tract.* 2, *reſol.* 63, deſumpta *ex part.* 9, *tract.* 1, *reſol.* 70.

Et quoniam, præcipuum requiſitum eſt Oratorii publici, ut ejus Oſtium ſit in publica via, ita ut quilibet fidelis poſſit ingredi in ipſum, non eſt levis controverſia, an in hujuſmodi publicis Oratoriis poſſit Epiſcopus permittere, ut præter oſtium in publica Via, habeant aliam januam, ex qua pateat ingreſſus in domum privatam, & per quam Patroni procedere poſſint in ipſum Oratorium? Et nonnullis viſum eſt reſpondendum, quod Epiſcopus dictam ſecundam januam non poſſit concedere; nam eatenus Summus Pontifex permittit Epiſcopis facultatem approbandi, & licentiam concedendi, ut in Oratoriis, & Capellis privatorum, poſſit Miſſa celebrari, quatenus ipſa Oratoria, ſeu Capellæ habeant oſtium, quod immediate reſpondeat in viam publicam, & nullum habeant aditum, vel proſpectum a loco privato, etiamſi in privato ſolo conſtructa ſint, & parietes non ſint cum ædibus privatorum communes, ut ex mente S. Congregationis notat Fagnan. *in cap. Auctoritate num.* 24, *de Cenſibus tom.* 5, *pag.* 287. Immo Nicolius *Lucubrat. Canon. lib.* 5, *tit.* 33, *ſub num.* 7, *limit.* 3, *pag.* 223, refert Brevis Pontificii declaratorii hæc verba, videlicet: *Ut ſi Capellæ hujuſmodi porta viæ publicæ adjaceat, & in ea nulla alia porta, quæ ad aliquam domum ducat, exiſtat; & quatenus exiſtat, illa claudatur: atque ita a privatis domibus ſeparata ſit, ut per eas ad eam acceſſus, aut proſpectus nemini pateat.* Quæ verba tranſcribit etiam Pignat. *tom.* 1, *conſult.* 93, *num.* 24, *in fine.* Et ideo Oratorium publicum non poſſe habere oſtium, per quod ingrediatur in domos privatas dicit Quartus *in Rubr. Miſſal. part.* 3, *tit.* 10, *ſect.* 1, *dub.* 3, *Verſ. Dico ſecundo.* Paſſerin. *de Pollut. Eccl. d. diſp.* 2. *cap.* 6, *num.* 3, *Verſ. Sic etiam.* Et Barboſa *de jure Eccleſiaſtico Univ. d. lib.* 1, *cap.* 11, *num.* 28, ubi legitur reſcriptum S. Congregationis ad Epiſcopum Conimbricen. *diei primæ Julii* 1616, in quo permittendam eſſe, ait, celebrationem Miſſæ in Oratorio prope ædes Andreæ Dalmeidæ Catholici Regis Senatoris extructo, *dummodo idem Oratorium, ſeu Capella, publico in loco ſita ſit, atque ita a privatis domibus ſeparata, ut per eas ad Capellam hujuſmodi ire minime poſſit; ad eamque liber acceſſus e via publica pateat,*

Nihilominus, quamvis in Oratorio publico ſit alia janua, ingreſſum præbens in domum privatam, poſſe permitti ab Epiſcopo celebrationem Miſſæ, ſi oſtium principale ſit in via publica, docent, Averſa *quæſt.* 11, *de Euchar. ſect.* 14, Hurtad. *part.*

ut pietati exitio, Eccleſiæ dedecori, Religioni detrimento eſſe ſoleant.

IN-

part. 2 reſol. Moral. tract. 12, cap. 1, num. 2193, Bardi in quæſt. Select. lib. 4, quæſt. 10, §. 10, Quintanadven. tom. 1, ſingul. tract. 7, ſingular. 33, n. 9, Riccius deciſ. 78, num. 5, part. 4, Alphonſ. de Leone de Offic. Capell. quæſt. 3, ſect. 1, in fin. Paſqualig. deciſ. 173, Thomas Tambur. de Sacrificio Miſſæ lib. 1, cap. 4, num. 5, Jordan. Epiſcopus Traguriens. tom. 1, lib. 4, tit. 1, n. 161, & noviſſime Pignatellus d. tom. 1, conſult. 93, num. 27, & 28, ubi reddit rationem, quia ingreſſus privatus, remanente publico, non tollit formam Oratorii publici; nam id publicum dicitur, quod eſt omnium uſui deſtinatum, §. fin. Inſtit. de rer. diviſ. l. Riparum ff. eod. l. Prætor ait, §. fin. Ne quid in loco publ. Bart. in l. 1, ff. de Publ. jud. Alciat. in l. littus, ff. de Verb. ſignif. Et licet Patroni ejuſdem Oratorii ingrediantur in ipſum per viam privatam, tamen eo utuntur tamquam publico, cum ſit uſui publico deſtinatum; ſubſiſtit enim forma publicitatis ob januam in via publica, & denominatio fit a forma l. Cum ex aliqua, ff. de acq. rer. dom. leg. Quæritur, ff. de Statu hom. lib. 1, ff. de Verb. ſignific. Neque via publica, aut flumen perdunt ſuam publicitatem, quamvis in illa pateat ingreſſus e domibus privatis.

Ad Auctoritates autem, & Decreta contraria reſpondet ipſe Pignatellus, eſſe intelligenda, quando ipſa Oratoria ita conjungerentur domibus privatis, ut janua progrediens ex iiſdem noceret reverentiæ, quæ debetur loco ſacro, ſecus ſi ipſa janua daret ingreſſum in cortile, atrium, aut viridarium, ut paſſim ſervatur in omnibus publicis Oratoriis ædificatis per Nobiles Venetos in hac Diœceſi Patavina, quorum cum ingens ſit numerus, & omnia præter principalem januam in via publica, habeant oſtium laterale, præbens ingreſſum in cortilia, ſeu viridaria Patronorum, conſtituunt univerſalem conſuetudinem, quæ cum ſit interpretativa Decretorum Sacræ Congregationis, & litterarum Papalium, eſt admittenda, & attendenda. Rota part. 9, reſ. deciſ. 400, & part. 10, deciſ. 59, num. 13, Emin. Card. de Luca de juriſd. diſc. 42, num. 5, & de beneficiis diſcurſ. 27, num. 17, Ac etiam de Parochis diſcurſ. 14, num. 5, videtur enim prohibenda celebratio in prædictis Oratoriis tantummodo, quando janua eſſet immediate conjuncta loco indecenti domus privatæ, & offenderet decorem Oratorii, ſeu Eccleſiæ, ut ego reperi in hac Diœceſi Patavina, in viſitatione Eccleſiæ Parochialis Villæ Sclavoniæ, in cujus Sacriſtia erat oſtium introducens ſtatim in coquinam Parochi; quod, cum fungerer Viſitatoris munere pro Emin. Domino meo Cardinali Barbadico Epiſcopo Patavino, mandavi illico claudi muro. Cæterum ubi ſalva eſt reverentia loci ſacri, nihil refert, ſi ſit etiam Janua lateralis, præter oſtium in via publica; prout experientia docet in pluribus Eccleſiis etiam Parochialibus, non ſolum hujus Diœceſis, ſed etiam Urbis Patavinæ; videlicet S. Thomæ, S. Fermi, S. Cantiani, S. Lucæ, S. Julianæ, S. Danielis & conſimilibus, e quibus datur aditus ad domum Parochialem, vel immediate, vel mediante Sacriſtia. Et ab hac opinione non diſſentit Paſſerinus ex adverſo allegatus, d. diſp. 2, cap. 6, num. 3, in cujus fine admittit, quod Epiſcopus poſſit dare licentiam celebrandi in publico Oratorio, quamvis præter Januam publicam habeat etiam aliud

 oſtium

INDEX

QUÆSTIONUM.

QU. I.

Quid tibi vis cum Parochiam, Parochialemque Eccleſiam dicis? Pag. 1

QU. II.

Quot ſunt Parochiarum genera? 5

QU. III.

Quænam ſunt Parochorum Officia, & jura?
Divini Verbi prædicatio eſt ne Parochorum munus? 6

QU. IV.

Sacramentorum adminiſtratio cujum munus ac jus? 14

QU. V.

Solemnis divinorum officiorum celebratio cujum jus, ac munus?
Num Parochorum? 17

QU. VI.

Tenentur ne Parochi feſtis diebus Sacrificium offerre pro Populo? 30

QU. VII.

Quas pœnas decernis Parochis non recitantibus Horas Canonicas? 37

QU. VIII.

Ulla ne in Parochis reſidet cenſurarum infligendarum poteſtas? 44

QU. IX.

Ullum ne Parochis in Conciliis ſubſellii, ſuffragiique jus? 49

QU. X.

Agunt ne pro jure ſuo Parochi, cum ex agris Parœciæ ſuæ Decumas exigunt? 55

QU. XI.

Quid habes de juribus Stolæ?
Quibus debentur? 61

QU. XII.

Stolæ emolumenta pretii ne, an eleemoſynæ, an ſtipendii nomine donanda? 70

QU. XIII.

Cedo originem ejus oblationis, quæ fit Sacerdoti Baptiſmi Sacramentum adminiſtranti. 73

QU. XIV.

Quando nam cœpta eſt oblatio, quæ fit

a puer-

a puerperis, cum primum ad Eccleſiam prodeunt? 79

Q U. X V.

Undenam originem duxit ea oblatio, quæ nonnullis in locis fit Sacerdoti Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtranti? 84

Q U. X V I.

Ullum ne in omni memoria reperis monumentum, quod approbet oblationes eorum, quibus Pœnitentiæ, Viatici, Extremæ Unctionis Sacramenta adminiſtrantur? 87

Q U. X V I I.

Perantiquus ne illius oblationis uſus, quæ fit Sacerdoti a Sponſis, cum Matrimonio junguntur? 89

Q U. X V I I I.

Unde nam profectæ ſunt eæ oblationes, quæ fiunt pro defunctis? 91

Q U. X I X.

Cuinam incumbi onus Parochialium ædium reficiendarum? 100

Q U. X X.

Quæ quantaque ea dos, quam Parochis aſſignas? 107

Q U. X X I.

Quæ Parochorum creandorum forma, & ratio? 118

Q U. X X I I.

Quot, quibuſque modis viduantur Eccleſiæ Parochiales? 135

Q U. X X I I I.

Quid habes de Oratoriis? Antiquiſſima ne Oratoriorum Origo? 150

Q U. X X I V.

Quænam domeſticorum Oratoriorum jura? 158

Q U. X X V.

Quænam Sacellorum, ſeu publicorum Oratoriorum jura? 178

Q U. X X V I.

Quid habes de Regiis Sacellis, ſeu Cappellis Palatinis? 185

F I N I S.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google